










8875. IV. N. D. 12.



IOANNIS ANT. SCOPOLI

PHILOS. ET MED. DOCT. CAESAREAE REGIAEQVE
MAIESTATIS A CONSILIIIS IN REBUS METALLICIS,
CHEMIAE AC BOTANICES PROFESSORIS IN
REGIO ARCHIGYMNASIO TICINENSI &c.

INTRODVCTIO

AD

HISTORIAM NATVRALEM

SISTENS

G E N E R A

LAPIDVM, PLANTARVM,
ET

ANIMALIVM

HACTENVS DETECTA,
CARACTERIBVS ESSENTIALIBVS DONATA,
IN TRIBVS DIVISA,
SVBINDE AD LEGES NATVRAE.



Sur un plan nouveau, toutes connoissances anciennes
& nouvelles. ADANSON.

P R A G A E

APVD WOLFGANGVM GERLE, BIBLIOPOLAM.
MDCCLXXVII.

1W = 030000383

SACRATISSIMAE
AVGVSTISSIMAE
GLORIOSISSIMAE

ROMANORUM
IMPERATRICI
MARIAE
THERESIAE

HVNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE, CROA-
TIAE, SCLAVONIAE, GALLICIAE, ET LODOME-
RIAE, BOSNIAE, SERVIAE, BVLGARIAE,

REGINAE
APOSTOLICAE,
ARCHIDVCI AVSTRIAE,

DVCI

BVRGVNDIAE, BRABANTIAE, MEDIOLANI, STY-
RIAE, CARINTHIAE, CARNIOLIAE, MANTVAE,
PARMAE, PLACENTIAE, LIMBURGI, LVXENBURGI,
GELDRIA, GVASTALLAE, DVCATVS AVSCHVI-
CENSIS ET ZATOVENSIS, WÜRTEMBERGAE,
ET VTRIVSQVE SILESIAE,

PRINCIPI

SVEVIAE, ET TRANSILVANIAE,

MARCHIONI

S. R. IMPERII, BVRGOVIAE, MORAVIAE, SVPERIO-
RIS ET INFERIORIS LVSATIAE,

COMITI

HABSBVRGI, FLANDRIAЕ, TYROLIS, NAMVRTIAE,
FERRETIS, KIBVRGI, GORITIAE, GRADISCAE,
ARTESIAE ET SICVLORVM,

LANDGRAVIAE

ALSATIAE,

DOMINAE

MARCHIAE SCLAVONICAE, PORTVS NAONIS,
SALINARVM, MECHLINAE &c. &c.

DOMINAE DOMINAE

CLEMENTISSIMAE.

AVGVSTISSIMA
IMPERATRIX
DOMINA DOMINA
CLEMENTISSIMA!



Vt res naturales, quibus
Autor Naturæ immortalis AV-

GVSTISSIMAE MAIESTATIS TVAE imperio subdita
Regna ditavit, cœliis tenebris ante hac sepultas in lucem protraherem, media omnia,

*nia, vitam, datasque vires in-
pendi hætenus, firmiter per-
suasus, contemplatione Naturæ
nihil esse utilius, nihil Homi-
ne dignius.*

*Ita ex numerosis in triplici
Regno Naturæ per annos ul-
tra triginta institutis observa-
tionibus, natum denique est
Opus hoc, cui nil gloriosius esse
po-*

poterit, quam Augusti solii
TVI *limen attingere, ac bea-*
ri unico tantæ **MAIESTA-**
TIS *intuitu.*

TE *quidem, clementissima*
IM**P**E**R**A**T**R**I**X, *in excelsis-*
fimo humani generis fastigio
positam, religiose adiri etiam
a salutantibus scio. Et ideo
subit cura, ut quæ **T**I**B**I *di-*

cantur, T E digna sint. Ve-
rum ut Diis lacte rustici mul-
tæque gentes supplicant, &
mola tantum falsa litant, qui
non habent thura, nec ulli fuit
vitio Deos an non forte cole-
re? quoque modo possent; Ita
meæ temeritati accessit hoc
quoque, quod levioris operæ
hunc T I B I dedicavi libellum.
P L I N.

Cæ-

Cæterum, ut summum Nu-
men MARIAE THERE-
SIAE AVGVSTAE, PIAE,
FORTIS, *eiusque* CORE-
GENTIS FILII IOSEPHI
II. ROMANORVM IMPERA-
TORIS *potentissimi vitam diu*
beatam & incolumen servet,
a qua Religionis sanctissimæ
securitas, Regnorum tranquil-
litas, & subditorum felicitas
de-

*dependet unice, devotissima
mente vovet, & ad cineres us-
que præcabitur*

SACRATISSIMAE
MAIESTATIS
TVAE

Humillimus, fidelissimus, obse-
quentissimus subditus.

IOANNES SCOPOLI.

PRAEFATIO.

Qui Naturalia hoc ævo colligunt, sunt

- 1) *Observatores* pauci, orthodoxi; qui scientiæ mysteriis initiati rite colligunt, collecta examinant, discrimina quærunt, Naturæ arcana rimantur.
- 2) *Curiosi* multi, heterodoxi, qui multa prætereunt; copia delectantur, varietates pro speciebus adsumunt, aliena nomina rebus imponunt.
- 3) *Mercatores* plurimi, profani, qui pretia rerum augent; thesauros occultant, dispergunt & Aurum sapientiæ loco quærunt.

Sub prima cohorte militare cupientibus Opusculum hoc offero,

ut examinandis rerum naturalium adfinitatibus sensim adsuescant.

ut ex characteribus essentialibus Classes & Genera facilius agnoscant.

ut iuxta datas cuiusque individui partes constitutivas bonam instituunt descriptionem.

ut Generum omnium hætenus detectorum compendium habeant excursuri.



Præiverunt ecquidem similibus exemplis non pauci, sed absque Generum characteribus, nec sat attentis Regnorum adfinitatibus, seu rerum Ordine naturali, qui tamen primum studii huius obiectum est & erit.

Non tamen is sum, qui leges artis proclamare, aut genuinas rerum omnium adfinitates me attigisse præsumam; Opus enim hoc est non unius hominis, nec unius ævi.

Donec ergo meliora innotuerint, hisce utere Lector optime, quorum finis est, ei scientiæ parare viam, qua nulla utilior, nulla nobilior.





INTROITVS

AD

HISTORIAM
NATVRALEM.

Historia naturalis inquit ecquidem in omnia a DEO creata, at stricte sumpta docet unice attributa eorum corporum, quæ Tellurem constituunt & inhabitant, ut his detectis earum discrimina & utilitas innotescat.

Duplex ergo est obiectum huius scientiæ, Cognitio nempe & Vfus.

Cognitio comparat, separat, unit, hinc necessitas Ordinis, qui duplex; naturalis & artificialis.

Ordinem naturalem suppeditat perfecta Analysis & Habitus; artificialem vero nota una aliave analytica, aut habitualis.



Analysis pandit structuram & proprietates;
Habitus vero figuram, magnitudinem, durationem.

Verus itaque Naturalista interiora rimatur,
differentias evolvit, usum quærit, dum spurius
superficie contentus, ordinis incurius, colligit ut
habeat, vel ut lucretur.

Alius scientiæ huius finis est Applicatio, detegens illa, quæ imprimis homini noxia & utilia,
seu alimenta, medicamenta, venena.

Studium hoc itaque, cui innititur salus humani Generis strenue promovendum.

Itineribus, quæ oculati non Tyrones
instituant,

Musæis, quæ curant seduli & docti,

Professoribus, rigorosissimo scrutinio
electis,

Prælectionibus publicis, privatis & privatissimis.

At facilius quoque reddendum

Generum naturalium sanctiore cultu,

Characteribus genuinis & essentialibus.

Nominibus trivialibus instructivis;

Iconibus perfectis nec prætiosis.

At nec in hisce genio nimis indulgendum;
bona enim figura tunc utilis, cum data descriptio

ptio manca, aut genuinus individui character
nondum fuerit detectus.

Corpora naturalia icone exprimenda sunt:
Animalia, Vegetabilia & Cryſtalli; aliorum vero
Lapidum ut & Lichenum cruſtaceorum figuræ
ridiculæ ſunt.

In theatro Naturæ attendenda *Generatio*,
Conſervatio, *Deſtructio*.

Generatio evolvit novi individui pri-
mordium iners,

unde irritabile *Animal*:

urget rigida hybernantis
medullæ ſtamina pro-
ductura *Vegetabile*:

combinat vaga corpuſcula
in vita & ſenſu exper-
tem *Lapidem*.

Conſervatio auget & reparat congrua
Dieta;

arcet injurias mira *Oecono-*
mia;

reſtituit ſanitatem ſalubri
Medicina,

Deſtructio cogit *Lapides* ut fatiſcant;

Plantas ut fermentent;

Animalia ut putreſcant.

Transformat diſſoluta in no-
va corpora, ut deſtru-



atio unius fit genera-
tio alterius.

Sic omnium rerum mors ex-
tremum est, & nihil in
eodem statu permanet.

Instrumenta, quibus hæc peraguntur, sunt

Aether elasticus;
Ignis expandens;
Aër urgens;
Aqua distribuens.

His unit, dissociat, modificat multipliciter,
iuxta indolem agentis ac passivi, idque non casu,
sed iuxta leges a CREATORE sancitas, ac sedu-
lo quærendas, ut infinita eius sapientia & harmo-
nia Naturæ magis elucescat.

CREATOR prius Terram fundavit, dein
Hospites; hinc non errabit, qui in Historia Na-
turæ incipiens a Lapidibus, progreditur ad Ve-
getabilia, indeque ad Animalia.

Ego hanc tentabo viam, cum Lex prima in
hac scientia sit sequi Naturam.



REGNUM
LAPIDEV M.

REGINA
FAPIDEVM.

PRAEFATIO

A D

R E G N V M

L A P I D E V M.

LAPIS est corpus inorganicum, crescens iuxta posito, hinc non vivens, nec sentiens, nec vegetans.

Lapidum omnium duplex principium est, nempe unum

Salinum activum, solvens; aliudque
Terreum passivum, solubile.

Primigeniam terram siliceam appellamus, cæteras vero temporis filias.

Est itaque Tellus quarzosa in aqueo humore concepta moles, corticata demum terris ex-temporaneis, seu calce ab animalibus elaborata, Argillis a Mari deposita, & Arena demum producta.

His accessere dein Humus; Crytalli terreæ, salinæ, metallicæ; Bitumina ac Concreta inde varia, fere infinita, quæ a Diluviis dispersa, aut a Vulcanis immutata, novo cortice obduxere Tellurem, novoque obducent ventura sæcula.

Ergo Lapides attenta ætate erunt

1) *Cives* 5. Patres.

2) *Advenæ* 5. Filii.

Spectata vero origine 1) *Crytalli*.

2) *Sedimenta*.

Systema minerale perfectum hucusque nullum, nam Classes introductæ absque ullo respectu
ad



ad alia Regna, Genera stabilita antequam innotue-
rint omnium Characteres.

Geneses prætervisæ, aut neglectæ;
Cives legitimi a spuriiis non distincti;
Adfinitates obiter, aut perperam adnotatæ;
Composita pro simplicibus haud raro ad-
sumpta,

Producta pro eductis adoptata,
Scriptoribus nimia fides adhibita,
Sectæ studium anxie quæsitum.

Historiam Lapidum illustrarunt systemata
imprimis

iudiciosi CRONSTETTI,
seduli WALLERII,
perspicacis LINNAEI,
industrii GERHARDI.

Litophylacea Principum & Eruditorum,
Lithologiæ provinciales,
Monographi,
Metallurgi,
Docimastæ,
Alchemistæ.

Attamen ardua etiamnum via est per Regnum
Lapideum, cum vix ullius Lapidis perfecta ana-
lysis exstet; Habitus characteres naturales raro
ostendat; Ignis genuina corporum principia non
semper patefaciat; Recentiores plerique in con-
scribendis catalogis fuerint occupati; Geneses
obscuræ; Iudicium difficile; Genera naturalia
valde pauca, species legitimæ vix ullæ, spuria
vero ad nauseam usque fuerint multiplicatæ.

Incipienda itaque de novo scientia, sepa-
randa grana a quisquiliis, minus utilia restrin-
genda, Hospites ab Advenis distinguendi & La-
pidum characteres naturales revelandi in Fodi-
nis,

nis, Laboratoriis chemicis, Operibus fuforiis; At
laboris huius tædet plurimos, hinc

rari nantes in gurgite vasto.

Regnum lapideum constat *Metallis, Salibus,*
Terris.

Metallum fixum, volatile,
ductile, fragile,
solidum, fluidum,
sonorum, mutum,
coloratum, excolor.

Sal fixum, volatile,
vitrescens, apyrum,
stipticum, acutum, amaricans &c.
cristallinum, capillare, stalactiteum.

Terra aut *Lapis* amorphus, cristalli-
fatus,
opacus, diaphanus,
effervescens, fixus,
vitrescens, apyrus,
rasis, solidus,
polituram respuens,
admittens,
scaber, tactu pinguis,
inquinans,
fibrosus, suberosus,
stratosus, undatus,
lamellosus, mica-
ceus, scintillans,
corticofus.





TABVLA SYNOPTICA
REGNI LAPIDEI.

Tribus

I. CRONSTETTI Fossilia ponderosiora,
ab igne fluidificanda, fixa aut vo-
latilia METALLA.

II. WALLERII Substantia activa, crys-
tallisationis unica causa, generans,
genita, hybrida SALIA.

III. POTTHI Corpora apyra, polymorpha TERRAE.

TRIBVS

TRIBVS I.

CRONSTETTI. (*Metalla.*)

Hæc Aulæ subterraneæ præcipua ornamenta, gravitate eminenti, ac nitore specifico prædita, in Igne & Salinis liquoribus solubilia, sub malleo diffiliunt aut extenduntur, in Igne vero Sulphure & Acidis nunc immutata persistunt, etsi soluta, nunc vero mutantur in calcem, indeque in vitrum.

Occurrunt 1) *nuda*, perfecta, pura, aut alio Metallo mixta.

- Ita semper BISMUTHVM, PLATINVM,
 - plerumque AVRVM, ARSENICVM,
 - rarius ARGENTVM, HYDRARGYRVVM,
 2) *larvata*, perfecta at heterogenis involuta.
 - sæpius HYDRARGYRVVM, ARGENTVM,
 - rarius ARSENICVM,
 - rarissime AVRVM.

- 3) *mineralisata*, incompleta, Sulphure soluta.
 - plerumque STIBIVM, PLVMBVM, CVPRVM,
 - non raro FERRVM,
 - rarius ARSENICVM.
 4) *calciformia*, incompleta, nec Sulphure mineralisata.
 - sæpe FERRVM,
 - non raro CVPRVM, PLVMBVM,
 - rarius ARSENICVM.

Metalla ubique iacent, at magis in uno, ac alio loco. Stationes istæ a Metallicolis dictæ sunt *Venæ, Fibre, Cumuli, Congeries, Strata, Nidi*, sollicite



sollicite omni ævo quæsita, attenta imprimis Venarum efflorescentia, directione, inclinatione, latitudine, profunditate, saxi cohærentis indole, & occurrentibus obstaculis e medio sublatis.

G E N S I.

Metalla persistentia.

Nulla arte in vitrum mutabilia.

1. PLATINVM. Ex massulis scobi ferreæ similibus, plus minusve malleabilibus, nitidis, quas lente solvit aqua regia, non sulphur, nec eius hepar. Solutio fusco-rubens, dat cum Natro fixo præcipitatum lateritium in igne fluens, ac detonans, carboni impositum.

Hoc ævo detectum in Aurifodinis Americæ, examinarunt SCHAEFFERVS, MARGGRAVIVS, LEWISIVS, Hydrargyro ac Ferro sæpius inquinatum, semperque nudum.

Miscetur facilius cum Auro, Zinco, Stanno, Ferro liquato; difficilius cum Plumbo, Argento, Bismutho, Hydrargyro; nullatenus cum Arsenico.

Lapidibus micaceis adnumerat LEHMANNVS; Pseudometallis VOGELIVS; Metallis CRONSTETTUS.

Platino varia parantur, præservatur Cuprum a rubigine, vitiatur Aurum, hinc libera eius exportatio vetita.

2. AVRVM. Luteum, apyrum, mutum, ductile, adsumptoque pretio Metalla cætera superans. Metallum hoc sulphure suo haud spoliari posse, novit iam pridem laboriosissimus STAHLIVS; hinc sæpius nudum occurrit in Quarzo, Arena,

Arena, Mineris; mineralifatum vero aut album ALBINI paradoxum.

Oriens Auro dives, ac Dacia imprimis teste CARIOPHYLLO aurariis abundans. Stupenda parvitas particularum Auri in Terris & Mineris, quas aqua ad distantiam plurium horarum transfert & deponit.

Nullum in Acinis, nullumque caulibus Plantarum a Natura circumductum. Singulare est Aurum stibio Sulphurato & Arsenico larvatum, in minera plumbicolore, lamellosa, nitida, ad *Nagyayam Transilvaniae* nuper reperta.

Id tractant Aurifabri, Deauratores, Monetarii, aliique, & *quid Auro non conficitur* AGRICOLA.

3. HYDRARGYRVM. Fluidum, album, volatile, gravitate specifica Auro proximum, in vacuo agitatum phosphoreum.

Reperitur nudum aut Sulphure involutum Cinnabariim constituens, variis Terris & Mineris inhærentem.

Qualis est Mercurius mineralifatus, ruber, splendens, distinctus a Cinnabari? Quænam calx Mercurii?

Proteus hic Metallicus agitatus dat pollinem nigrum, dein rubrum, cum Sulphure tritus nigrescit, acido Sulphuris larvatus dat massam niveam, quæ in aqua mox luteum colorem induit; acido Nitri tractatus varios inducit colores, & larva hac detracta, absque ulla ponderis iactura, idem denuo resurgit.

Modum, quo Hydrargyrum in Hispania & Carniolia educitur e Terris quibus inhæret, fuse descripsit Cl. FERBERVS.



Metallo hoc utuntur, qui Aurum separant a Terris & Mineris, qui specula parant, Argentum aut Cuprum deaurant, variaque præparata medica inde conficiunt.

4. ARGENTVM. Album, sonorum, ductile fere ut Aurum, iunctum acido muriatico leni igne liquabile, cum acido Nitri constituens lapidem stygium, causticum summum.

Occurrit 1) *nativum*, atomarium, granosum, lamellosum, capillare, funiculare, foliaceum, fruticiforme.

2) *larvatum*, sulphure pauco. - -

- - *Argentum vitreum.*

copiosiore - - - - *fragile.*

Arsenico & Ferro sulphuratis - - *rubrum.*

Stibio, Arsenico, Ferro, Cupro

Sulphuratis - - - *griseum & nigrum.*

Arsenico & acido Muriæ - - - - *corneum.*

Ferro sulphurato, - - - *pyritosum.*

Stibio sulphurato, - - - *plumosum.*

Calce Zinci & Ferro sulphurato

- - *pseudogalenicum.*

Idem inest Auro nativo, Bisinuto, Mineræ Plumbi & Cupri, Terris nonnullis, Cobalto, aliisque Fossilibus.

Argentum una cum Auro, separatur a Terris & Mineris, in quibus latet, ope alterius Metalli nudi aut Sulphurati. Primum est Hydrargyrum & Plumbum, secundum vero est Lechum, seu Ferrum & Cuprum mineralisatum, quod educitur ex Pyrite. Ut vero nobile Metallum a Lecho secedat, instituenda Plumbatio, dein Cupellatio, denique Argentum ab Auro quartato separandum ope Aquæ fortis.

Nullum

Nullum Argentum nativum depuratum, depuratifimum educitur e Luna cornea.

Ditiores Argenti mineræ ampliores venas non constituunt. Maximæ moles *Argenti vitrei* erutæ e Fodinis Misniæ, Bohemiæ, Norvegiæ, MVS. REG. *Frideric. IV. P. I. Sect. 7.* n. 16.

Hoc Monetæ cuduntur, eoque vasa & ornamenta varia conficiunt, qui eo abundant.

G E N S II.

Metalla vitrescentia.

Quæ Natura & Ars in calcem & vitrum mutat.

5. BISMVTVM. Album cum aliqua flavedine, lamellosum, sub malleo fragile, facile liquefcens, fidissimus Cobalti socius.

Nativum effluens in igne e Mineris, quibus inhæret; non enim visa hætenus minera Bismuti, qualem Ars ex sulphure & hoc Metallo, aut eius calce parare potest.

Præcipitatur ab aqua ex acido Nitri, at non omne, quæ ratio Phænomeni? Cum Zinco fufum terebrat vasculum, idque vitro griseo-viridi incrustat. ACT. PARIS. 1744. II. p. 557.

Adfinitatem Metallii huius cum Plumbo pandit utriusque facilis liquatio, idem usus docimasticus & calcis prompta reductio.

Cum Borace fufum parté aliqua fit submalleabile.

Ferreis tubis ab uno Furni pariete ad alium traductis inclusa Minera, dimittit in igne Bismutum stillans in subpositum vasculum, repetita destillatione demum depurandum,



Potest ecquidem & alio modo inde educi, at longe maiore iactura Metalli.

6. PLVMBVM. Glauco-cinereum, mutum, molle, facile liquabile, dat calcem griseum, flavam, rubram, quæ in igne ventillato Lithargyrium, in validiore autem vitrum flavum largitur.

Reperitur 1) *mineralisatum*, (*Galena*), Metallo concolor, ex tesseriis rhombeis aut cubicis, maioribus minoribusque, sæpius aggregatis, inhærentibus Calci, Quarzo, Argillæ, Sinopi, Calaminæ, Mineræ Cupri.

2) *calciforme*, multicolor, friabile, induratum, amorphum, crystallinum; crystallis polyedris, albis, flavescentibus, viridulis rubris, cæruleis.

Plumbum nativum haud possibile, admissa origine Galenæ ex Sulphure & Terra metallica. Metallum hoc obtinetur in Anglia & Carinthia igne reverberii, alibi vero Furnis fusoriis, prævia ustulatione Galenæ, aut iis additis, quæ solutionem promovent, ac Sulphuri absorbendo idonea sunt.

Dempto Plumbo Argentum foret Auro rarius; hinc eius pars magna torquetur igne fusorio eousque, donec avolet, aut abeat in Calcem vel Scoriam irreducibilem.

7. STANNVM. Album, levissimum, prompte liquabile, strepit dum flectitur, Auro firmiter adhæret, dat calcem albam, refractariam, facile reducibilem.

Stannum nudum, aut mineralisatum mihi adhuc ignotum; vulgare

Calciforme, cum Salino arsenicali specifico, nec
non

non Terra vitrescibili aliaque martiali consti-
tuens mineram ponderosam, crystallinam,
polyedram, fuscam.

Metallum hoc in Bohemia obtinetur, dum

- 1) Vritur Quarzum, cui inhæret calx Stanni
crystallifata, dein
- 2) Tunditur & lavatur, imo & depuratur ab
immixto Ferro ope Magnetis.
- 3) Pollen hic denuo torretur, ut Stanno no-
xium avolet Arsenicum.
- 4) Pulvis tostus funditur cum carbonibus in
Furno angusto & longiore, cuius fun-
dum occupat lapis, non vero Massa ex
carbonario polline & Argilla.
- 5) Scorïæ hinc genitæ denuo solæ liquantur.
- 6) Crudum Stannum depuratur, ac tandem
- 7) Depuratissimum extenditur in laminas
convolvendas signandasque.


Parantur hinc vasa, aliaque perpetuo insalubria,
si Stannum Plumbo mixtum, aut Arsenico in-
quinatum. Calx dat vitrum opalinum, Figu-
lis quæsitum.

8. ZINCVM. Albidum, subductile, subsonorum,
sulphuris consortium respuens, Cuprum au-
reo colore tingens, dat in igne flammam vi-
vidissimam, Byssum niveam, vitrum testa-
ceum.

Omne Zincum calciforme, amorphum, aut cry-
stallinum.

Primum est *Calamina*, S. *Cadmia fossilis*.
Secundum *Pseudogalena* phosphorea,
multicolor.

Adfinitatem huius cum Stanno demonstrant flo-
res Zincini ex Stanno elevati, observante
MARGGRAVIO.



Sublimatur in forma metallica ex Calamina, Pseudogalena, Terra Vitrioli Zincini, in retorta apyra, addito carbone, aut Ferro, quod ignoravit HELLOTVS.

Zincum Metallis non miscetur, excepto Bismuto. LINN.

Opera fusoria hercynica singularem modum habent obtinendi hoc Metallum ex Galena ope sellæ zincinæ, antico parieti Furni fusorii insertæ. Eadem Minera Cadmiam quoque fornacum copiosam profert.

Ex Galena Zincina tosta educitur Vitriolum album, ex Calamina & Cupro conficitur Orichalcum, ex Zinco & Cupro Metallum Principis.

9. FERRVM. Valde elasticum, sonorum, tenax, magnetisimi capax, difficulter in igne fluens, rubiginem flavam contrahens, rectificari potest sine fusione, ac copia & utilitate Metalla cætera superat.

Adest 1) *nudum*?

2) *mineralisatum* (Pyrites), crystallus metallica, polymorpha, flavescens, vitriolipara.

3) *calciforme*.

Ex forma & colore

a) *Spatosum*, ex crystallis rhombeis, confluentibus, sæpius albis, cum acido effervescentibus.

b) *granatiforme*, crystallis fusco-rubris, polyedris, solitariis.

c) *hæmatiticum*, tritura rubens, nodosum, striatum, amorphum.

d) *micaceum*, squamosum, nitens.

e) *nigricans*, solidum, nec tritura rubens, nec squamosum, f)

- f) *stalaetiteum*, solidum, extus ochraceum.
 g) *dilapsum*, friabile, aut solidum, flavum,
 fulvo-fuscum, cærulescens.

Ex habitu ad Magnetem

- a) *attractorium* (Magnes)
 b) *retractorium*. LINN. S. N. 4 — 17.
 c) *intractabile*. - - - 18 — 26.

Nulla Terra metallica copiosior ferrea, cum nec Plantæ, & Animalia ea destituta sint. Hanc ignis dum mutat in Metallum, prodit hinc Ferrum crudum, dein ductile, indeque Chalybs. Cruditas Ferri a Sulphure, Terris immixtis, calce metallica irreducibili, aut semireducta.

Nullum Metallum Ferro utilius; misera enim, quidquid Auro Gemmisque dives, absque eo foret vita humani generis.

10. CVPRVM. Rufum, sonorum, tenax, difficulter liquabile, solutionem Natri volatilis Saphyrino colore tingens, ab Arsenico fit excolor, a Zinco ductilius & luteum.

Occurrit 1) *præcipitatum*, seu calx Cupri reducta, dum ex solutione Vitrioli venerei, a Ferro vel a Terra martiali præcipitatur.

2) *mineralisatum*,

flavum constans Sulphure, Cupro, Ferro.

nigricans, cuius principia sunt: Sulphur, Cuprum, Ferrum, Stibium, Arsenicum, Argentum, ac quandoque & Aurum.

3) *calciforme*,

purum, viride aut cæruleum, utrumque crystallinum, aut amorphum, friabile aut solidum.

impurum, rubens, piceum, nigricans. Primum haud raro crystallinum; crystallis polyedris.



Minera Cupri fatiscens lazurea, verficolor,
dilapsa dat Vitriolum, quod solum
 constituit Aquam cementa-
 toriam, unde Viride montanum.

Habitat in Calce, Quarzo, non procul a Schisto,
 nunquam sine Ferro, raro absque Mica sub-
 diali.

Vt e Minera aut Calce Cupri obtineatur Me-
 tallum purum, instituitur

- 1) Liquatio cruda, terreum scorificans.
- 2) Tostio massæ metallicæ a liquatione cruda
 productæ, ut superfluum sulphur avolet.
- 3) Fusio tosti Lechi, ut Ferrum in Scoriam
 abeat.
- 4) Depuratio Cupri impuri, ab immixto
 Ferro sulphurato.
- 5) Fusio ulterior Scoriarum, quas depurato-
 rius dedit ignis, ut hinc prodeat Plumbum
 & Cuprum iis immixtum.

Alios ignes exigit separatio Argenti a Cupro
 ope Plumbi, peritum Artificem exigens,
 quam descripsi in Prælectionibus.

Cupro Monetæ cuduntur, ac culinaria vasa pa-
 rantur, nunquam salubria, ni Stanno puro,
 aut alio cortice fuerint obducta.

II. STIBIVM. Albidum, fibrosum, fragile, perfo-
 dit cineritium, cum acido muriæ subseba-
 ceam, causticam, albidamque substantiam
 constituit.

- 1) *Nativum* a SWABIO propositum, confir-
 mat CRONSTETTUS, negant alii, hinc etiam-
 num dubium.
- 2) *Mineralisatum*, chalybeum aut rubrum,
capillare, nigricans, lazereum,
fibrosum, fibris concentricis,
crystallinum,

crystallinum, crystallis prismaticis,
squamosum, quasi ex lanellis imbrica-
 tis compositum.

Comitatur Mineram Cupri nigran, Argentum
 album & plumosum, rarius Galnam.

Stibii minera depurata venalis est, non regulus,
 quem dat ex calce metallica delicta ab ex-
 pulso tostionis ope Sulphure, aut eadem re-
 ducta, eo tempore, quo alcalia aut Metalla
 idipsum in igne absorbent.

Stibii minera depuratur Aurum, præservantur
 naves a Teredine, eiusque regulo varia pa-
 rantur in Officinis, sed caute alhibenda.

Ad aram stibii Aurum litantur multi haud imi-
 tandi unquam Alchemistæ.

12. ARSENICVM. In aqua solubile, sapidum ut
 salia; at ob pondus metallicum, regulinam
 eius substantiam, habitum ad acida minera-
 lia, facilem cum Sulphure & Metallis unio-
 nem, ac communem cum his patriam, ab
 iis removendum.

Hoc triplex, nempe 1) *nativum* in Pyrite a Mine-
 ris præferim cobaltinis.

2) *mineralisatum*, flavum
 aut rubrum.

3) *calciformi*, solidum aut
 farinaceum.

Nullum Metallum Arsenico volatilius, nullum-
 que facilius crystallifans.

Constat salino, mercuriali rudiori, quod sobolem
 esse salini muriatici suspicantur ELLERVS & IVSTI.

Comitatur Cuprum, Ferrum, Stibium, rarius
 Galenam expellitur e Minera Cobalti, Stan-
 ni, Pyrite albido, hinc in Mœnia & Bohemia
 copiosum.



Habitus Arsenici regulini ad Metalla soluta omnino singularis & metallurgica attentione dignissimus est.

OBSERV. Cobaltum, Nicolum, & si quod latet in Molybdena, Basalte & Mica, Metallum, mihi etiamnum paradoxum. Certe Nicoli Metallum distinctum a miscela Cupri, Ferri, Arsenici, Sulphuris, ac Terræ specificæ, quæ Vitrum cæruleo colore tingi, nullum hucusque vidi. Micam vero fusam cum Stibio, Argento, Vitro Saturni, dare Metallum ex his mixtum, quis mirabitur? Cavendum itaque ne hybrida habeantur pro Generibus naturalibus.

*Operæ pretium est, & commendabile omnibus, qui harum rerum studio capiuntur, ipsos adire officinas Metallurgorum, eorum mineras, apparatus, variosque labores adspicere, & fodinas attente per-
lustrare; quippe hinc multo certiores progressus ad veram scientiam, quam e librorum sæpe incerta aut superficiali lectione, facere licebit.*

IVNKERVS.



TRIBVS

TRIBVS II.

WALLERII. (*Salia.*)

Vnum est salinum, specificum, elementare principium, ubique dispersum, quod diversimode modificatum sensibus obvia Metallurgorum Salia constituit.

Duplicem hoc demum subiit metamorphosin, dum in regno lapideo actione ignis subterranei vitriolicam, in Oceano autem ab inhabitantibus Animalibus & Plantis muriaticam naturam adeptum fuit.

Vana itaque quæstio est, quale acidum primi-genium, cum neutrum eorum salium primævi titulum mereatur.

Attamen salinum muriaticum Parentis ingenio propius accedere, suadet ingens copia Muria, huius acidi cum Hydrargyro, Argento, Plumbo, ac Stibio uniti summa causticitas, eiusque habitus ad perfectiora quoque Metalla.

Hoc par nobile fratrum alia Salia denuo genuit, quarum aliqua legitima, composita, absque ullo concursu organicorum corporum elaborata; alia autem hybrida, aut decomposita.

Ergo Salium Genera genuina, duo tantum, ea-que sequentia.

13. **MURIA.** Salinum volatile, purius, per omnia Naturæ Regna ab aqueo humore diseminatum, cuius soboles sunt.

- 1) *Metalla* genita ab eiusdem rectificata, ac terræ specificæ depuratissimæ iuncta substantia.
- 2) *Sal commune* constans rudiori principio muriatico, terræ pariter vitrescibili minus puræ adfociato.

Porro hoc ipsum denuo modificatum, protulit.

a) *Acido*



a) *Acido specifico & Argento. Lunam corneam nativam.*

cum alcali volatili *Ammoniacum vulgare,*
cum calce *Ammoniacum fixum.*

b) *Alcali minerali dicto, cum acido Sulphuris*
Sal mirabile,

cum Sale sedativo *Boracem.*

Sal commune aquaticum aut terrestre, purum aut impurum, reagentium quorundam ope dat vaporem acidissimum, qui aqua exceptus constituit acidum muriaticum, alia autem methodo tractatum largitur Sal alcalinum specificum, minerale dictum a MARGRAVIO. Hæc cum vidissent Chemici, confestim dixerunt, Salis huius principia esse acidum illud alcali dicto saturatum. Ostendam autem alio loco, hæc non esse genuina Salis communis elementa, hinc non educta, sed mera producta.

Petrefacta in eo strato reperta, cui insident cumuli Salis gemmæ, docent, hoc ipsum olim ab Oceano in amplissimis marinarum rupium cavitatibus sensim & eousque fuisse depositum, donec eo penitus, eodemque modo repletæ fuerint, ut fissuræ montium a Spato calcario.

14. VITRIOLVM. Salinum posthumum, gravius, minus volatile, ultra limites Regni lapidei non excurrent, constituens.

1) Cum substantia inflammabili, & terra vitrescibili.

Sulphur nudum amorphum, crystallinum, striatum.

involvens Aurum, Hydrargyrum, Argentum.

immixtum intime Terris metallicis, sicque

ficque Mineras Plumbi, Ferri, Cupri, Stibii, Arsenici efficiens, quod ope elementorum ab iis avulsum, & in sua principia divisum, genuit.

1) *Acore* suo ac Terra metallica Ferri, Cupri, Zinci, *Vitriolum* pariter triplex, seu

a) *Vitriolum Martis* constituens cum Gallis atramentum.

b) - - *Veneris* cæruleum.

c) - - *Zinci* album, dimittens terram albam, quæ Cuprum mutat in Orichalcum.

Eo ipso cum Alkali minerale *Sal mirabile*.

Terra argillosa alcalina *Alumen*,


Hac ipsa, nec non serpentina, & martiali *Halotrichum*.

Calce *Gypsum*.

2) *Inflammabili parte*, unita substantiæ oleosæ, phlogisticæ, crudæ aut modificatæ, nec non solitariae vel Terris aut Vegetantibus emortuis unitæ, *Bitumina* foetida aut suaveolentia, fluida aut solida.

Alumen italicum Tolsæ & Lateræ inhæret Terris vulcanicis, graniticis, sulphureis, pumicosis. *Alumen bohemicum* educitur ex schisto bituminoso, alibi vero ex Terris argillosis acido vitriolico foetis. Hinc absque igne subterraneo *Alumen nullum*, ut nec *Vitriolum*, aut *Sal ullum*, ad cuius genesim requiritur acidum Sulphuris.

Halotrichi nostri crySTALLUS prismatica, subpentagona, truncata, ac fere eadem, quam constituit *Sal mirabile*. Sapor eius stipticus, & habitus ad ignem idem, qui *Vitrioli*. Sed tessera longe alia, & Terra alba, quæ Cuprum non tingit, nec *Alumen*



Alumen largitur, clare docent Sal hoc non esse Vitriolum, nec Alumen, sed Genus proprium, ab omni alio distinctum.

Plura corpora phlogistica, pro veris civibus Regni lapidei, habuere hactenus Mineralogi omnes. Talia sunt Ambra, Succinum, Turfa, Lithonthrax, indeque genitum Petreolum, Maltha, Asphaltum, & similia. Sed Bitumina hæc sca- tent substantia oleosa, quam ignis expellit ex solis Animalibus & Vegetabilibus, aëri libero minime expositis.

Cum visæ sint massulæ puri Sulphuris intra soli- dam mollem calcarii crudi, quæritur unde ve- nerint? Certe in eo saxo genitas, quod nulla Sulphuris principia fovet, aut a vapore sulphu- reo in interstitiis calcariæ rupis sensim densatis, productas fuisse nemo affirmabit. Nonne hæc sunt grana indurati, & a primævis sub Oceano latentibus Vulcanis eiekti Sulphuris, Terræ illi immixta, unde sensim aggesti montes calcarii? Nonne multa inde fluunt, quæ Lapidum gene- sim, & Telluris historiam egregie illustrent?

Salia hybrida, aut decomposita, sunt


Ammoniacum vulgare constans acido muriatico alcali volatili saturato. Tale visum est in faucibus & scoriis Vulcanorum, ac etiamnum colligitur in *Salfotara Neapolis*. Ergo est productum ignis subterranei, nec alia absque dubio erit origo *Ammoniaci nativi* MOBE- LII. At unde alcali volatile, quod ex solis Animalibus aëri libero expositis, evoluit pu- tredo? An in schisto humosa latet, sub quo Pyrites Vulcanici? An ipsa corpora phlogi- stica foveant substantiam animale, unde al- cali urinosum? Quale hinc iudicium de ori- gine montium Vulcanicorum?

Borax

Borax intumescens in igne ut Alumen, vitrescens ut Nitrum, cuius natalia, & genuina principia etiamnum latent. Potest ecquidem confici ex Sale sedativo & Alkali minerale, sed qua arte parari queat Sal sedativum, nemo hucusque docuit. Sunt, qui Boracem salibus alcalinis adnumerarunt, quem tamen sapor, facilis crystallisatio, partes constitutivæ, habitus ad Metalla in suis acidis soluta, aliaque multa separant a Salibus lixiviosis.

Nitrum. Salinum humosum, volatile, specificum, absorptum a principio fixo, vitrescibili, constituit Nitrum præbens crystallum prismaticam, hexagonam, truncatam, sex cavis tubulis perforatam, quæ ardenti carboni imposita fremit & detonat, absoluta vero detonatione dat Sal lixiviosum ei simile, quod educitur ex cineribus Animalium & Vegetantium. Magna aëris fixi copia in Nitro latet, quod flammam sulphuris diu sustentat etiam in loco clauso, ac forte & promovet reductionem Metallorum ex suis calcibus. Hoc ipsum cum acido Sulphuris, ac Metallis nonnullis dat in igne clauso acidum specificum, quod cum Hydrargyro massam salinam coloratam, & cum alcali cinerum novum Nitrum denuo constituit. Cave tamen, ne genuina Salis huius principia dicas esse illud acidum, & illud alcali, quod Ars inde parat sub nomine Aquæ fortis, & Nitri fixi.

OBSERV. I. Ad littora Maris visa est Argilla aluminosa, Pyrite mixta; in faucibus Vulcanorum repertum fuit in eadem gleba Alumen, Vitriolum, Sal mirabile, Sal ammoniacum; Penes Muriam fossilem haud rarum est Gypsum striatum; in Argento corneo detectum fuit acidum Sulphuris; Calculus



Calculus renum & vesicæ haud raro gypseus occurrit; Nonne hæc demonstrent genesium acidi Vitriolici ex Sale muriatico?

OBSERV. 2. Inconstantes sunt Salium figuræ. Sic Vitriolum martis etiam cubicum adest, Aluminis crystalli trigonæ: angulis truncatis a me ipso haud raro visæ. Dein multa sunt Salia eiusdem figuræ, quæ tamen aliis notis omnibus, invicem toto cælo differunt. Hinc non omnia, quæ crystallos eiusdem figuræ constituunt, ad unum Genus referenda.

OBSERV. 3. Valde adfinia inter sese sunt Salia & Metalla.

Illa enim crystallifantur in

Aqua,

Illa fixa & volatilia,

Illa vitrescentia quædam,

Illa calcinata recuperant in

Aqua priorem formam,

Illa ex minimis crystallis
composita

Illa a Sulphure quandoque
solubilia

Hæc in acidis.

Vt Metalla.

Vt Calces metallicæ.

*Vt Calces metallicæ in
igne.*

*Vt Mineræ & Me-
talla.*

Vt Metalla non pauca.

*Salium metamorphosim etiamnum occlu-
sam Lithologis serio commendo, -- cum
& Metalla ex Sale generentur cry-
stallifando. LINN.*



TRIBVS III.

POTTII. (*Terræ.*)

Regni lapidei corpora apyra, in aqua & oleis insolubilia, ex origine in primitiva & adventitia, ex habitu ad Ignem in calcaria, argillofa & filicea hoc ævo divisa.

Tria itaque sunt naturalia Genera Terrarum, nec plura, ex quibus demum commixtis, modificatis, metallo inquinatis, aliæ genitæ fere infinitæ.

15. CALX. Terra Sali proxima, mutabilis ab Igne in massam friabilem, bibulam.

Reperitur 1) *fixa*, s. acido Sulphuris saturata, *Gypsum*.

2) effervescens cum acido, *Calcarius*.

Porro ex hac resoluta, *Creta*.

reformata, *Tophus*, *Stalactites*.

figurata, *Spathum*.

inquinata,

Argilla, *Marga*.

Bitumine, *Suillus*.

Sulphure, *Hepatiticus*.

Salino muriatico, *Am-*

mon. fixum.

— nitroso, *Aphro-*
nitrum.

Ferro, *Minera Ferri*

Spatosa.

Calcarius crudus emittit in igne substantiam Salinam specificam, quæ lixivio alcalino excepta Sali huic saporem alium vimque causticam tribuit, Id ipsum at non prorsus idem Sal secedit a Calcario usto, dum aqua extinguatur, odore proprio se prodens, eidemque Sali novas proprietates denuo



concilians. Ergo calcinatio Calcarii crudi non pendet a sola expulsiōe aëris fixi, quod & solutiones Metallorum adpositæ vasi, in quo calx cruda in vivam mutatur, aliaque experimenta clare docent.

Animalia ovipara, Testacea, nec non Litho- & Zoophyta calcem conficiunt, indeque habitacula in quibus latitant, quæ emortuis hospitibus derelicta & attrita, dedere pollinem, unde sensim aggestæ rupes calcariæ, non creationis sed temporis filiæ.

Scio ecquidem Testas Conchiliorum, Lapides Cancrorum, crustas Ovorum aliaque similia, eo igne tractata, qui ex calcario crudo calcem vivam largitur, non dare Terram, eidem omni dote similem; attamen non ideo adducor, ut iis faveam, qui Calcem ab Animalibus minime genitam fuisse putant.

Petrefacta pleraque calcaria, a calce propria evoluta, aut aliena introducta, inundationum ac recessus Oceani, testes indubii. Qui hæc colligunt, nec Ectypa norunt, floccos carpunt, aut absurda nomina rebus imponunt.

Calce utuntur Oeconomi, Artifices, Opera fuforia.

16. ARGILLA. Terra mollis igne induranda.

Ex hac rectificata, *Serpentinus*, eæque Terræ quæ cum acido Sulphuris Sal amarum constituunt,

reformata ex Talco, *Amiantum*.

transubstantiata in embryonem ferreum, crystallinum, irreductibilem, *Mica, Balsates*.

inversa ab igne, *Pumex* aliaque producta Vulcanorum,

reducta ab acido Sulphuris, *Argillæ plasticæ*.
inqui-

inquinata Calce, *Marga*, *Ophites*,
Ochra Ferri, *Bolus*,
Humo, *Ardesia*.

Vidi etiam e longinquo, ni fallor, Terram hanc
 ex Iaspide & Granite redivivam, Salibus nonnullis
 sub alia forma immixtam, ultimaque metamor-
 phosi ad Terræ metallicæ dignitatem evectam.

Hinc status Argillæ quadruplex; nempe

- 1) excreescens in *plasticam Terram*.
- 2) recreescens in *Steatitem*.
- 3) deliquescens in *Sal*.
- 4) subsistens in *Metallo*.

Nata a resolutis Oceani civibus constat

- 1) Terra vitrescibili,
- 2) Principio Salino inde genito,
- 3) Glutine specifico.

Hæc Generis humani commoda plurimum
 promovent.

17. SILEX. Terras omnes duritie superat, ad
 Chalybem sæpius scintillat, cum alcali fixo
 in Vitrum diffluit.

Hujus species sunt

- 1) SILEX *achatinus*, fragmentis regula-
 ribus, opacis, *Iaspis*,
 pellucidis, *Achates*.
- 2) — *quarzosus*; fragmentis irregu-
 laribus,
 a) *amorphus*, *Quarzum rude*,
 b) *crystallinus*.
 * pretiosus. *Gemma*
 ** ignobilis. *Crystallus*.
- 3) — *arenarius*; particulis distinctis.
 Sabulum
 conglutinatis. *Cos*, *Quadrum*,
 Filtrum.



Adamas differt a Cryſtallo, ut Ferrum molle a Chalybe. Cryſtalli ſiliceæ rudimenta lamelloſa, unde & vitrum in lamellas fatiſcendo diſſiliens, notante BORRICHIO.

Silicem achatinum nonnulli ex indurato glutine Meduſarum, alii ex calce, quidam vero ex Argilla natum fuiſſe putant. At peregrina intra ſinum duræ ſilicis viſa corpora, alium Genefim indicant.

Terris hiſce utuntur Vitriarii & Metallurgi. *Gemma præcipua morum infania, — ſecum quique cogitat, quum pretia harum audiat.* PLIN.

OBSERV. I. Ex Terris hiſce ſimul invicem, aut peregrino Sale, vel Metallo mixtis, furrexere aliæ plurimæ, v. g.

Ex Terra calcaria, acido ſpecifico ſaturata, *Zeolites.*

- Terra calcaria, acido ſpecifico nupta, aliaque partim alcalina, & partim vitreſcibili, *Fluor.*

- Terra calcaria, gypſea, vitreſcibili, & metallica - - - - - *Lazulus.*

- Argilla indurata, martiali, ſubcalcaria, - - - *Trapezium.*

- Silice achatino, & ochra Ferri - - *Sinapis, Diaſprum.*

- Silice achatino, ochra Ferri & Cupri, - - - *Heliotropius.*

- Silice quarzoſo, Lithomarga, - Mica *Gneifum.*

- Silice quarzoſo, Mica, quandoque & Granato - - *Murka.*

OBSERV. 2. Vulcani ſubterranei ſubmerſi, aut ſubdiales genuere dein alia, nempe Vitra, Pumices, Tophos, inde humoris concurſu etiam Cryſtallos, ac forte & Lapides achatinos, nonnullos, nec non graniticos, alioſque, quibus addunt quidam

dam & Basaltem, Micam, Asbestum, Bitumina,
imo & Mineras, ut tandem credere oporteat,
Corpora omnia Regni lapidei a subterraneis igni-
bus fuisse producta.

Hi sunt Lapidēs præcipui, tam simplices, quam
compositi; hoc breve compendium studii non
facilis, de quo in posterum scripturos obsecro,
ne furtim aliena compilent, sed Lapidum caracte-
res ipsimet examinent, semperque

*oculatæ sint manus nostræ,
credant, quæ vident.*

PLAUT.



REGNUM
VEGETABILE.

RECNY
VEGETABLE.

PRAEFATIO

AD

R E G N V M

V E G E T A B I L E.

PLANTA est corpus naturale organicum, extensibile, non irritabile, crescens introsumpto, hinc vivens, vegetans, at minime sentiens nec ex arbitrio se movens.

Organa actionibus hisce exercendis apta, sunt
Vasa quædam aërea, ampliora; alia succifera, minora, nec non

Vtriculi, seu receptacula sphaerica, contigua, canalibus & fibris interposita.

Structura hæc obscura in Regni limine sensim evolvitur, donec appareat perfecta in Plantis

utriculosa *Medulla*,

rigido *Ligno*,

separabili *Cortice*,

pellucida *Epidermide* instructis.

Plantarum humores præcipui sunt

Limpha aquosa, tenuior, inodora, adscendens, descendens per vasa minora, corticalia, ligno proxima.

Sanguis sapidus, crassior, saponaceus, mutabilis in mucilaginem, oleum, balsamum, viscum, resinam, gummi &c.

Attamen plura vasa aliaque fluida inesse Plantis docet harum evidens cum Animalibus analogia, necessaria communicatio vasorum corticalium cum ligneis, ac nondum satis extricata medullæ, utriculorum, aliarumque partium fabrica, cum nullus sit hic locus iniectioni, quæ rigidi hu-



iufce systematis vasculofi ramos, anastomofes, veramque fabricam clarius manifestet.

Vita Plantæ nunc iners, nunc activa, prolifcat duplici Gemma, contigua nempe aut decidua.

Gemma contigua, annua, radicalis aut caulina, excrescit in truncum aut ramum, terminatur flore, fubfiftit in fructu.

Gemma decidua eft fermen, feu novæ Plantæ compendium corticatum,

Inconfpicuum in Plantis obfcuræ vegetationis, ut transitus pateat Regni unius in aliud; obfcurum in nonnullis,

ne Natura faltum faciat ab imperfectis ad perfectiffima;

evidens in plerisque,

ut fit ftructura revelata corculi adfcendentis, plumulæ radicantis, cotyledonum bibularum, tunicarum involventium.

Vegetatio eft continuata aut interrupta extenfio vivorum ftaminum ab humore indigeno, rarefacto, propulfo, renovato, ac ftupenda demum metamorphofi tranfmutato in fuccos, falia, terram, unde truncus rami, folia, flores, fructus.

In omni Flore apparent primo Involucra, dein ftamina, denique Germen. Hinc fuccus nutriens extendit primo vafa corticalia, mox alburnea, dein lignea, ac tandem medullaria; feu a Cortice Calyx, a Libro Corolla, a Ligno ftamina, a Medulla vero Germen fructusque producit. Ergo ut Calyx Corollam, Corolla ftamina, ac Fructus fermen protegit; fic Epidermis tuetur Corticem, Cortex lignum, hoc vero Medullam, ut tuta adfcendere, elongari, dividi, ac novæ Plantæ primordium proferre queat.

Vafa quædam corticalia, vi urgentis Medullæ, alium nafta fitum, explicantur in folium, fuperiore

periore pagina exhalans superfluum, inferiore vero hauriens aqueum, ne humidi inopia langueat Medullæ vita.

Fœcundatio Plantarum, iuxta observata CAMERARII, VAILANTII, GRAEWII, MALPHIGII, NEEDHAMII, LINNAEI, fit polline antherarum viscido stigmatis humore excepto, dehiscente, medullare intimum vivificante. Hinc omnis Flos perfectus constat Anthera, & Germine; hinc *Plantæ partes essentielles sunt Flos & Fructus.*

His ergo inædificanda divisio harum in Classes, Genera, Species, quæ duplex, naturalis & artificialis.

Ordo naturalis innititur scientiæ germinationis, foliationis, habitus, vitæ, partus, nec non situs, numeri, figuræ, proportionis, & structuræ omnium partium, præsertim Floris & Fructus, ut iudiciosa comparatione detectis adfinitatibus, initium fiat a primo Individuo Terris proximo, indeque progressiva & catenata, non vero laterali ac reticulata serie, progredi queat ab una Classe in aliam, usque ad ultimam illam, quæ Plantas cum Animalibus certiore fœdere iungit.

Methodus artificialis inimica Naturæ, neglectis adfinitatibus, arbitrarie ordinat Plantas iuxta unam aliamve notam ex Flore, aut Fructu, vel utroque petitam, Tale est Systema RIVINI, KNAUTHII, RUPPII a Corolla; LUDWIGII a Corolla & staminibus; TOURNEFORTII ex structura & habitu Floris; LINNAEI & ALLIONII a numero & situ staminum & stigmatum; nec non MAGNOLII & GLEDITSCHII a Calyce desumptum.

Sunt ecquidem, qui ridiculam censent omnem methodum Plantarum naturalem hætenus inventam, imo & contendunt, nullam Classẽ hucusque datam, in ullo Systemate, esse naturalem;
cum



cum tamen *Gramina*, *Umbelliferae*, *Liliaceae*, *Asperifoliae*, *Verticillatae*, *Personatae*, *Antiscorbuticae*, aliaeque multae omnino naturales sint. Si ergo aliquae Classēs naturales sunt, quid obstat, cur non & aliae quærantur, saltem ideo, ne in re tanti momenti nos adeo incurios fuisse miretur se-ra Posteritas.

Liceat ergo mihi, exemplo oculatissimi ADAN-SONII, Plantas hætenus detectas, iuxta harum adfinitates, in Tribus dividere, præstantiorum Botanicorum nomina iis imponere, factoque initio a Plantis infimæ vegetationis, attenta in primis fabrica, ac situ Floris & Fructus, ab una in aliam progredi, iis agmen claudentibus, quæ infusoriis Animalibus proximæ, uniunt Regnum Vegetabile cum Animalī; *in eo enim perfectionem methodi pono, ut similes plantæ cum similibus ponantur, dissimiles separentur.* HALL.

Caractères classicos ad ultima fere discrimina restrictos elegi, quos extendere potuissē, si exceptionum & multiloquii amans essem. Hinc & Generum definitiones non amplas, sed essentielles elegi, quas partim ipse vidi, partim vero adnotarunt Scriptores fide digni. Classes subalternæ pleræque artificiales sunt, ut numerosa Genera sub una Tribu militantia a Tyronibus facilius agnoscantur. His addidi nonnullarum vires, easque certiores, ut paucarum exemplis excitem Botanophilos ad examinandam aliarum quoque utilitatem medicam & æconomicam.

In omni Planta hæc probe examinanda,

- 1) Partes.
- 2) Habitus.
- 3) Statio.
- 4) Germinatio.
- 5) Gemmatio.

6) In-

- 6) Inflorescentia.
- 7) Tempus foliationis, florescentiæ, fructificationis.
- 8) Qualitas.
- 9) Partus.
- 10) Vita.

I. PARTES Plantæ præcipuæ sunt RADIX, TRUNCVS, FOLIVM, ADMINICVLVM, FLOS, FRVCTVS.

RADIX *numero*, nulla, obscura, unica, multiplex.
figura, globosa, ovata, fusiformis, palmata, fasciculata, granulata.
directione, transversa, repens, obliqua, descendens.
loco, terrestris, aquatica, parasitica.
structura, simplex, ramosa, fibrosa, nodosa, dentata, articulata, præmorsa, succulenta.
vita, annua, biennis, perennis.

TRUNCVS, cuius species 1) Frondis in *Flicibus*.
 2) Culmus — *Graminibus*.
 3) Caudex — *Palmis*.
 4) Scapus — *Liliis*.
 5) Caulis — *Herbis*.
 6) Surculus — *Muscis*.
 7) Stipes — *Fungis*.

Figura, teres, semiteres, anceps, angulatus.

directione, erectus, adscendens, repens, flexuosus, volubilis, declinatus.

divisione, simplex, ramosus, bifidus, dichotomus, trichotomus : ramis patentibus, divaricatis, fastigiatis, verticillatis, sparsis, distichis, oppositis, alternis, virgatis.

super-



superficie, lævis, scaber, striatus, sulcatus, villosus, hirsutus, tomentosus, aculeatus, spinosus, nodosus, urens.

vestitu, aphyllus, foliosus, vaginatus, alatus.

structura, plenus, fistulosus, annulatus, rigidus, debilis, radicans, stoloni-fer, geniculatus, bulbifer, filiformis, cirrifer.

florescentia, uniflorus, subuniflorus, biflorus, triflorus, multiflorus, paniculatus, spicatus &c.

foliatione, monophyllus, diphyllus, polyphyllus.

vita, annuus, perennis.

FOLIUM, *figura absoluta* orbiculatum, subrotundum, ellipticum, acerosum, anceps.

relativa, lineare, lanceolatum, cuneiforme, reniforme, lunatum, sagittatum, cordatum, hastatum, pandureforme, deltoideum, cucullatum, canaliculatum, undatum, tubulosum, carinatum, subulatum, acinaciforme, dolabrisforme, capillaceum, peltatum, digitatum, pedatum.

directione, patens, adpressum, inflexum, reclinatum, recurvatum, revolutum, dependens, resupinatum.

divi-

divisione, simplex, compositum, f. ternatum, binnatum, pinnatum, duplicato-pinnatum,

f. decompositum, supradecompositum; cum impari, acumine, cirrho.

superficie, læve, villosum, papillosum, tomentosum, lanatum, sericeum, hispidum, scabrum, aculeatum, spinosum, nitens, nervosum, venosum, bullatum, rugosum, punctatum, viscidum, crispatum, plicatum, planum.

ambitu, integrum, ciliatum, spinosum, dentatum, duplicato-dentatum, crenatum, lobatum, sinuatum, repandum, incisum, laciniatum, pinnatifidum, angulatum.

apice, acutum, obtusum, cuspidatum, truncatum, emarginatum, cirrhosum.

insertione, petiolatum, sessile, adnatum, amplexicaule, perfoliatum, vaginans, decurrens.

situ; radicale, caulinum, rameum, florale, natans, submersum.

numero; solitarium, conjugatum, verticillatum, fasciculatum, imbricatum.

duratione; deciduum, perennans.

ADMINICVLVM f. *Vagina*, *Stipula*, *Petiolus*, *Involucrum*, *Spatha*, *Pedunculus*, *Bractea*, *Arma*, *Pubes*.



Vagina. Basis petioli dilatata, caulem ambiens, integra, bifida, inflata, adpressa.

Stipula. (Foliolum unum, aut duplex, ad ortum petioli.) Setacea, lanceolata, ensiformis, semisagittata, lunata, subrotunda, solitaria, gemina, brevis, longa, decidua, persistens, vaginans, dilatata, patula, reflexa, ciliata, hirta, submutica, glabra.

Petiolus. (Stipes folii.) Brevis, æqualis, longus, solitarius, aggregatus, radicalis, axillaris, rameus, teres, angulatus, canaliculatus, semicylindricus, decurrens, membranaceus, glandulosus, articulatus, glaber, pubescens, armatus.

Involucrum. (Folium unum, aut plura, ad eum locum, e quo plures pedunculi prodeunt.) Monophyllum, polyphyllum, deciduum, persistens, primarium, secundarium, integrum, laciniatum, pinnatifidum.

Spatha. (Vagina, e qua pedunculus unus, aut plures.) Uniflora, multiflora, unilocularis, bilocularis, plana, cymbiformis, cucullata, convoluta, subulata, erecta, declinata, monophylla, polyphylla.

Pedunculus. (Petiolus Floris.) Radicalis, caulinus, rameus, axillaris, terminalis, solitarius, fasciculatus, simplex, ramosus, brevis, longus, teres, angulatus, foliaceus, incrassatus, articulatus, geniculatus, crassus, tenuis, nudus, bracteatus, erectus, patens, cernuus, adpressus.

Seta. (Filamentum sustinens Muscorum capsulas.) Terminalis, lateralis, solitaria, aggregata.

Bractea.

Bractea. (Folium, aut squama Flori subjacens,) colorata, excolor, caduca, persistens, inermis, armata, diversimode figurata.

Arma. (Organa ad tutelam data) nempe *Spinæ* caulinae, rameæ, foliaceæ, marginales, terminales, petiolares, axillares, pedunculares, calycinæ, fructus, simplices, compositæ.

Aculei, recti, incurvi, recurvi, nudi, foliacei, simplices, compositi.

Pubes, *Pili* simplices, ramosi, articulati.
Tomentum.

Lana.

Setæ simplices, ramosæ, hamosæ,
Glandulæ folii, petioli, stipulæ, pedunculi; cylindricæ, lenticulares, capitatae, rotundæ, ovatae, conicæ.

Flos, Plantarum decus, constat *Anthera*, aut *Germine*, vel utroque simul.

Hinc *Flos* duplex, s. *Perfectus*, constans *Anthera* & *Germine* (*Hermaproditus*) aut

Imperfectus s. *Antheram* gerens absque *Germine* (*Masculus*) aut *Germine* nec *Anthera* instructus (*Femineus*.)

Organa hæc munivit, ornavit Natura Involucro unico, duplici, triplici.

Si Involucrum, unicum, tunc dicitur *Calyx*, si duplex, tunc primum *Calyx*, aliud *Corolla*, si vero triplex, tunc primum est *Calyx exterior*, aliud *interior*, intimum *Corolla*.

Hinc duplex *Corolla* mihi paradoxa.



Partes itaque Floris non necessariae, sunt *Calyx*, *Corolla*, *Nectarium*, *Filamentum*, *Stylus*; essentielles autem *Anthera*, & *Germen*.

Calyx monophyllus, polyphyllus, integer, divisus in segmenta aequalia, inaequalia, mutica, aristata, spinosa,

communis pluribus floribus, aut uniflorus, regularis, irregularis, labiatus, s. ringens, superus, inferus, simplex, duplex, deciduus, persistens, glaber, pubescens, armatus, striatus, angulosus, coloratus, excolor.

Huc spectant *Glumæ Graminum* muticae, aristatae, solitariae, binæ, æquales, inæquales.

Squamæ Amenti, Strobili.

Calyptra Muscorum capsulis imposita, glabra, pilosa.

Scutellæ Lichenum planæ, concavæ, rotundatæ, marginatæ, crenatæ, ciliatæ.

Corolla (Involucrum Floris intimum) *monopetala*; *limbo* indiviso, aut diviso in partes æquales, rotundas patulas, (*Hippocrateriformis*) acuminatas, patulas, (*Rotata*) suberrectas & rotundas (*Infundibuliformis*). Si vero segmenta fuerint inaequalia tunc dicitur (*Labiata*, *Personata*, *Irregularis*).

Tubo cylindrico, ventricoso, recto, curvo, longo, brevi, nullo.

Polypetala, decidua, inarescens, regularis, irregularis, (*papilionacea*, *anomala*) constans *lamina* emarginata, dentata, ciliata, laciniata, lobata & diversimode figurata.

ungue

ungue longo, brevi, nectarifero, stamini-fero.

Nectarium, Pars floris filamentosa, squamosa, glandulosa, adnata corollæ, disco, aut receptaculo.

Filamentum, stipes sustinens antheram, tenuis, crassus, simplex, ramosus, insertus calyci, corollæ, vaginæ, receptaculo, disco, germi-ni, stylo.

Stylus, Columna elevans stigma, præsens, de-ficiens, simplex, divisus, teres, angulatus &c.

Discus, Suppositus germi-ni, carnosus filamen-tosus, glandulosus, indivisus, plus minus elongatus.

Floris partes essentielles sunt

Anthera polline masculino foeta, terminalis, la-teralis, erecta, pendula, uni-aut multilocu-laris, integra, bifida, dehiscens apice, late-re, basi, nec non

Germen, seu rudimentum futuri fructus, supe-rum, inferum, sessile, aut disco inpositum.

FRUCTVS *Semen nudum*, muticum, coronatum, papposum; pappo simplici, composito, ses-sili, stipitato.

tectum involucro unico, aut pluribus, unde Fructus diversi probe distinguendi, nempe

1) *Capsula*. Invol. unicum, dehiscens fovens se-men adfixum septo, valvis, receptaculo;

1) *abbreviata*, proprie talis.

2) *elongata* aut *subleguminosa*, femini-bus septo, aut valvis affixis.

2) *Legumen*. Invol. unicum, dehiscens, fovens semen affixum futuræ; *Trib.* XXVI. plurimæ.

3) *Theca*. Invol. duplex; exterius dehiscens inte-rius involvens semen.



- 1) - *capsularis* semine tecto
lana in GOSSYPIO.
Pulpa - ADANSONIA.
Pellicula pulposa - EVONYMO.
Cortice fragili - LECYTHI.
- 2) - *leguminosa*. MIMOSA *fagifolia* COPAL-
 FERA.
- 4) *Pericarpium*. Invol. unicum non dehiscens.
 - 1) - capsulare. Trib. XVII. &c.
 - 2) - subcarnosum in ROSA.
 - 3) - carnosum - FICV.
 - 4) - filiquosum simplex BOHATSIA.
 — — compositum HEDYSARVM.
 - 5) - osseum - CERINTHE. CORYLVs.
- 5) *Nux*. Invol. duplex, non dehiscens; interio-
 re osseo, aut membranaceo. HERNANDIA,
 HALORAGIS, *Xanthium* &c.
- 6) *Granatum*. Invol. duplex, non dehiscens; uno
 suberoso, aut coriaceo, alio succulento; PV-
 NICA.
- 7) *Siliqua*. Invol. duplex, non dehiscens, uno
 coriaceo, alio carnosio, aut pulposo. *Legu-
 minosæ* quædam.
 In solo TAMARINDO est cortex duplex pul-
 pam includens.
- 8) *Bacca*. Invol. duplex, non dehiscens; uno
 membranaceo in plerisque, subligneo in *Cu-
 curbitaceis*; alio succulento.
- 9) *Cysta*. Invol. triplex, non dehiscens; uno
 membranaceo, alio succulento, aut carnosio,
 intimo denuo membranaceo, aut fragili.
 PHOENIX, PASSIFLORA, BERBERIS &c.
- 10) *Scrinum*. Invol. triplex; unum ligneum, aliud
 pulposum, intimum membranaceum ac de-
 hiscens. PONTOPIDANA.

11) *Pomum*. Invol. triplex, non dehiscens; uno membranaceo, alio carnosio, intimo coriaceo; *Pyrus*.

12) *Drupa*. Invol. triplex, non dehiscens; secundo succulento in plerisque; at primo & tertio succulento in *ONCOBA*.

Drupæ cortex exterior tandem dehiscens in *AMYGDALO* & *IVGLANDE*.

II. HABITVS analogus, *Muscis*, *Lichenibus*, *Fucis* &c.

proprius, at obscurus, *Umbelliferis*, *Liliis*, *Graminibus* &c.

manifestus, *Filicibus*, *Palmis*, *Coniferis* &c.

III. STATIO indicans 1) *Solum*, calcarium, argillosum, fabulosum, margaceum, humosum, siccum, aquosum.

2) *Clima*, frigidum, calidum; temperatum, montanum, alpestre, maritimum.

3) *Locum* seu Campos, Agros, Pascua, Prata, Sylvas, Hortos, Ruderata, Vias, Colles, Fruticeta, Rivos, Flumina, Lacus, Maria, Littora, Rupes, Cavernas, Lucos, Saltus, Valles, Fimeta, Versuras, Sepes, Muros, Tecta, alias Plantas.

IV. GERMINATIO, ostendens Cotyledones nullas in *Filicibus*, *Muscis*, *Fungis* &c.

præsentantes easque solitarias

Palmis *Graminibus* *Liliis* &c.

binas, cæteris *Plantis*



diversimode figuratas, nempe integras, lineares, cylindricas, semi-cylindricas, ellipticas, orbiculatas, lobatas, multifidas.

V. GEMMATIA, nuda, aut squamosa.

VI. INFLORESCENTIA, cuius species præcipuæ sunt

- 1) *Spica*, disticha, secunda, simplex, composita.
- 2) *Panicula*, diffusa, coarctata.
- 3) *Racemus*, simplex, compositus.
- 4) *Cyma*, plus minus regularis.
- 5) *Umbella*, simplex, composita, nuda, involucrata.
- 6) *Amentum*, cylindraceum, ovatum, subrotundum, erectum, pendulum, deciduum, persistens.
- 7) *Strobilus*, erectus, nutans, conicus, cylindricus, subrotundus.

VII. TEMPVS ferens Folia, Flores, Fructus (*Calendarium Floræ*.)

VIII. QUALITAS *manifesta*; Sapor, Odor, Color, Tactus, Mensura, Vigilia, Somnus, Phosphorus.

oculta, nutriens, medicamentosa, venenata, tinctoria.

IX. PARTVS separans semen a Planta multipliciter, & quidem

- 1) revoluta calyce, ut migret,
- 2) vi elastica, ut dispergatur,
- 3) dehiscente fructu, ut excidat,
- 4) marcescente thalamo, aut calyce, ut vegetet,
- 5) diffuente Fructu, ut mollius factum novam Plantam facilius educat.

X.



X. VITA, seu vis extendens, perfecta, *Sanitas.*
 læsa, *Morbus.*
 abolita, *Mors.*

Plantarum hostes 1) Ventus eradicans.
 2) Gelu mortificans.
 3) Calor adurens.
 4) Insectum perforans.
 5) Avis decorticans.
 6) Animal gemmivorum,
 unde humorum extravasatio, stasis,
 corruptio.

Longævitas harum varia & quidem

<i>Dierum</i>	1	-	15)	<i>Bylſis & Fungis non paucis.</i>
<i>Mensium</i>	1	-	3)	<i>Plantis nonnullis.</i>
	3	-	6)	<i>Personatis Leguminosis quibusdam &c.</i>
<i>Annorum</i>	1	-	3)	<i>Graminibus multis.</i>
	4	-	8)	<i>Filicibus plerisque.</i>
	10	-	25)	<i>Palmis & Umbelliferis quibusdam.</i>
	30	-	100)	<i>Fruticibus non paucis.</i>
	120	-	400)	<i>Palmis plerisque, Tiliæ, Fago &c.</i>
	500	-	1000)	<i>Palmis nonnullis, & Coniferis quibusdam.</i>
	2000	-	4000)	<i>Adansonie & Coniferis nonnullis.</i>
				ADANSON.





TABVLA SYNOPTICA REGNI VEGETABILIS.

Tribus

- I. MICHELII Cryptogamæ, absque foliis,
ac manifesta radice INCOMPLETEÆ.
- II. PLVMIERII Subcryptogamæ, apetalæ OBSOLETEÆ.
- III. SCHEVCHZERI Culmiferæ, glumofæ GRAMINEÆ.
- IV. WACHENDORFII Apetalæ, elegantes,
staminibus tot, quot segmenta,
aut folia calycina; Fructu in tot locula
diviso, quot sunt stigmata . . . LILIACEÆ.
- V. ADANSONII Fructifloræ; staminibus
1 - 2) . . SATYRIA ET SCITAMINEÆ.
- VI. GOVANI Apetalæ & corollatæ, integrifolæ;
calyce monophyllo in apetalis,
polyphyllo in aliis; Fructu diverso a Plantis
Tribus V. - . . . DISPARES.
- VII. AVBLETHII Fructifloræ, polypetalæ,
angiospermæ staminibus tot, aut duplo
pluribus ac Petala STRICTÆ.
- VIII. RIVINI Fructifloræ, polypetalæ,
gymnodispermæ VMBELLIFERÆ.
- IX. VAILLANTII Fructifloræ, monopetalæ,
gymnomonosperinæ COMPOSITÆ.
- X. EOERHAVII Fructifloræ, monopetalæ,
angiospermæ; corolla libera . . . EPICARPIÆ.
- XI. BANKSII Fructifloræ, diversæ a Trib.
VII - X. corolla cum calyce cohærente
. CAMPANACEÆ.
- XII. IACQVINII Monopetalæ; segmentis
corollæ ad unum latus flexis CONTORTÆ.
- XIII. TOVRNEFORTII Monopetalæ;
segmentis corollæ non contortis; foliis
asperfis ASPERIFOLIÆ.
- XIV.



- XIV. PETIVERII Monopetalæ, regulares,
gymnospermæ; receptaculo styli-
fero VERTICILLATAE.
- XV. HALLERI Monopetalæ, irregulares,
angiospermæ; germine styliifero . PERSONATAE.
- XVI. ROYENII Monopetalæ, subregula-
res; staminibus 5), inordinatis; aut
regulares; staminibus 2) . . . POLYMORPHAE.
- XVII. RHEDII Monopetalæ & polypetalæ;
staminibus ex involucri uno aliove
tot, aut duplo pluribus, ac petala,
aut segmenta corollæ . PSEUDOCOMPOSITAE.
- XVIII. RAI Polypetalæ; calycifloræ; hip-
pocarpæ; staminibus tot, aut duplo
pluribus, ac petala DYMOSAE.
- XIX. LINNAEI Polypetalæ, calycifloræ,
polyandræ CALYCANThERAE.
- XX. SAVVAGESII Polypetalæ; stamini-
bus ex receptaculo tot, aut duplo
pluribus, ac segmenta calycina . NOMADEAE.
- XXI. FORSKAELY Sexu distinctæ; Fructu
2 - 3 loculari, disco insidente . TRICOCCEAE.
- XXII. MAGNOLII Polypetalæ, polygyniæ;
staminibus ex receptaculo . POLYCARPIAE.
- XXIII. MORISONII Polypetalæ, mono-
gyniæ, stam. 12 - 200) . . . POLYANDRAE.
- XXIV. OEDERI Polypetalæ; staminibus
in plura corpora coalitis . . . ICOSANDRAE.
- XXV. HERMANNI Polypetalæ; stamini-
bus inter sese, aut ope alterius corpo-
ris a corolla, & calyce distincte co-
hærentibus COLUMNIFERAE.
- XXVI. BAVHINII Polypetalæ pleræque;
corolla sæpius irregulari; staminibus
tot, aut duplo pluribus, ac segmen-
ta, vel folia calycina; Fructu elon-



gato, qui modo est Pericarpium;
modo Legumen, modo autem Sili-
qua

LEGUMINOSAE.

XXVII. HILLII Polypetalæ sæpius irregu-
lares; flore aut fructu *Leguminosis* ad-
fines

ANOMALAE.

XXVIII. GRONOVII Polypetalæ; calyci-
nis foliis & petalis 4); staminibus ple-
rumque 6): binis minoribus

ANTISCORBVTICAE.

XXIX. FORSTERII Polypetalæ regulares;
staminibus sæpius duplo pluribus, ac
petala; germine disco insidente .

DISCIFERAE.

XXX. LOEFLINGII Polypetalæ; petalis
unguiculatis, calyce persistente, ger-
mine disco insidente, fructu capsu-
lari

CARYOPHYLLEAE.

XXXI. PLUKENETII Apetalæ, calycula-
tæ; staminibus liberis, semine sæpius
unico intra fructum aut calycem

DEFLORATAE.

XXXII. BROWNII Apetalæ, calyculatæ;
staminibus imo calycis loco insertis,
fructu monospermo

SEMINVDAE.

XXXIII. HAMELII Apetalæ, sexu distin-
ctæ; floribus aggregatis, masculis fo-
liolo distinctis; staminibus liberis

AMENTACEAE.

XXXIV. MILLERII Apetalæ, sexu distin-
ctæ; floribus aggregatis, squama di-
stinctis; staminibus cohærentibus .

CONIFERAE.

XXXV. DILLENII Cryptogamæ, foliaceæ,
in frigido, & humido vegetæ, flo-
ridæ

MUSCOIDEAE.

XXXVI. BATTARAE Cryptogamæ,
aphyllæ

FUNGADAE.



TRIBVS I.

MICHELII. (*Incompletæ.*)

Regnum vegetabile inchoant Individua hæc similia, simplicissima, cortice distincto, foliis, floribus, fructibus, ac evidenti radice sæpius destituta, eaque Terræ magis, quam Plantæ similia. Certe Glaream magis, aut Argillam, quam Vegetabile refert LICHEN *Byssinus* FLOR. CARNIOL. totaque Familia *Lichenum crustaceorum* III. HALLERI, constans meris glebulis, in unicam, haud raro impalpabilem crustulam absque ullo vasculosæ, aut cellulosæ fabricæ vestigio, Terris plantivæ instratam, quæ tamen vegetant, propriisque gemmulis, omnino multiplicant.

Harum primæ *crustaceæ*, geodes, Terras inter & Plantas mediæ, particulis indistinctis compositæ, proximo gradu adfinitatis iunctæ *filamentosis*, hæ vero *foliaceis*; ut pateat, etiam in Regno vegetabili ex molleculis terreis fibras, ex his membranas, indeque vasa excipiendis promovendisque humoribus distincta produci.

GENS I.

PVLVERULENTAE. (*Crustaceæ.*)

Pollen vegetans, temere inspersus, impalpabilis, aut evidentem crustam constituens, quæ in nonnullis caret organis distinctis, fructiferis, in aliis vero nunc scutella planiuscula, nunc tubercula stipitata & florifera profert.

GEN. I. PVLINA. ADANSON. Substantia farinacea, aut tartarea, scutellis destituta.

Lichen. MICHEL, O. XXXIV. Tab. 53. fig. 3. 4.
2.

- * 2. LEPRO. SCOP. Substantia farinacea, aut tartarea scutellis a subiecto polline distinctis ornata.

Lichen. MICHEL. O. XXXIV. Tab. 52.

53. *fig. 1. 2.*

- * 3. VERRUCARIA. SCOP. Substantia tartarea, granosa, stipites floriferos elevans.

Lichen. MICHEL. O. XXXV. Tab. 59. Fungilli petiolati HALL. Helv. 2042. 2043. Lichenes FL. CARNIOL. 1363 - 1366.

GENS II.

TRICHODES. (*Filamentosæ.*)

Textura fibrosa, & filamentosa a prioribus distinctæ.

4. BYSSVS. Filamentum terrestre, simplex, aut ramosum, latere fructificans. LEDERMÜLLER *Microscop. Tab. 72.*
5. CONFERVA. Filamentum aquaticum, simplex aut ramosum, apice fructificans.

GENS III.

FOLIACEAE. (*Fuci.*)

Expansio foliacea, gelatinosa, coriacea, fructificans gemmulis evidentioribus, superficialibus, solitariis.

6. VLVA. Membrana aquatica, diaphana.
7. FV CVS. Expansio frondosa, aquatica, radicata.
- VSVS. Gens prima obtegit rupes, ne fatiscant, & arbores ne gelu pereant. *Vlvæ & Fuci* Vermibus pelagicis asyllum & habitacula præbent, Maris fundum perpetuo virore lætificant.

TRI-



TRIBVS II.

PLVMIERII. (*Obsoletæ.*)

His radix a fronde, folio, aut caudice distincta, perennis. Flores plerisque monoici; Corolla nulla; semen tectum capsula, bacca, vel drupa.

Habitus multiplex. Florescentia *Dorsiferis* occulta, *Inundatis* nonnullis obscura, aliarum manifesta. Cryptogamis Epiphyllispermis adfines *Inundatæ*, his *Spadiceæ*, quas *Palmæ* sequuntur, hasque *Gramina*, observante iam pridem Cl. ADANSONIO.

G E N S I.

Dorsiferæ.

Fuci terrestres, macri, prioribus Plantis adfines; foribus inconspicuis, frondi sæpius insidentibus, evidentioribus tamen, & iuxta novas MARATI observationes, hermaphroditis; involucri florali unico, monophyllo; staminibus 1-2); stigmate unico, capsula uniloculari, polysperma.

D I V I S I O I.

DORSO FRONDIS FRUCTIFICANTE.

8. BLECHNUM. Fructificationes in lineis binis, costæ parallelis.
- *9. STRVTHIOPTERIS. HALL. Frondes ex eadem radice masculæ, & femineæ. Fructificationes in lineis binis longitudinalibus.
Osmundæ species LINN.
- *10. FILIX. HALL. Fructificationes in lineis margini, aut nervo cuiusque frondis parallelis.
Pteris LINN.

11. HEMIONITIS. Fructificationes in lineis coeuntes, aut sese interfecantes.
12. LONCHITIS. Fructificationes in lineis lunulatis, sub frondis sinubus.
13. POLYPODIVM. Acervuli seminales subrotundi, aut reniformes, in lineas dispositi, & dispersi.
14. ASPLENIVM. Lineæ parallelæ, paucae, ad angulum cum nervo acutum dispositæ.
15. ACROSTICVM. Tota frondis facies seminali polline tecta.
16. TRICHOMANES. Fructificationes solitariae, marginales, seta terminatae.
17. ADIANTVM. Fructificationes in maculis terminalibus, sub replicato margine frondis.

D I V I S I O II.

SCAPO FRUCTIFERO A FRONDE DISTINCTO.

18. OPHIOGLOSSVM. Axis scapi, pectinis adinstar, apophyses transversas utrinque educens superius excavatas, & inferius, ut recipiant flores pedicellatos, polyandros, androgynos.
19. OSMVNDA. Scapus ramosus. Flores OPHIOGLOSSI.

Excludendæ itaque ab hoc Genere O. *Struthiopteris* & *crispa* LINN.

20. ONOCLEA. Fructificationes in spica disticha, racemosa. Capsula quinquelocularis.
21. SALVINIA. MICHEL. *Monoica*. Mas. Fasciculi pilorum spiraliter intortorum, foliis secundum longitudinem in lineas parallelas insidentes. Fem. Flores 3 - 5), pedunculati, axillares, absque calyce & corolla. Germen subovatum, acutum, pilosum. Capsula bilocu-



bilocularis, bivalvis, polysperma. Semina minima, placentæ ramosæ affixa. AVBLET.

22. AYBONIA. FÖRSTER. *Monoica*. *Mares* innati scrobiculo frondis, absque calyce & corolla. Filamenta nulla. Antheræ plures, erectæ, subulatæ, longæ, receptaculo hemisphærico, concavo insidentes. *Fem.* Calycis loco filamenta subulatæ, erecta. Corolla nulla. Styli cylindrici, plures, brevissimi, germini sparsim insistentes. Stigmata simplicia. Fructus subrotundus, unilocularis. Semina minima, numerosa, globosa, nidulantia.

GENS II.

Inundatæ.

LEMNAE & MARSILEAE frondes floriferæ; floribus inconspicuis, quibus proxima PILULARIA cum ISOETE & CHARA, a Ranunculis ideo separandæ, a quibus & aliis notis differunt.

DIVISIO I.

FRUCTIFICATIONIBVS OBSCVRIS.

23. LEMNA. *Polygama*; floribus subdorsalibus, inconspicuis. *Mas.* Invol. monophyllum. Stamina duo. Stylus brevis. Fructus abortans. *Fem.* Cal. prioris. Capsula? globosa, unilocularis, fovens semina oblonga, utrinque acuminata.

Lemna IVSSIEV *Marsileæ* species LINN.

24. MARSILEA. *Monoica*. *Mas.* Tuberculum supra frondem, filis nonnullis terminatum. *Fem.* ad radicem quadricapsularis.

Marsilea MICHEL. *Iungermanniæ* species LINN.

25. **RICCIA.** *Monoica.* Floribus frondi insidentibus, aut intra eius substantiam occultatis, ac demum prodeuntibus. *Mas.* Anthera sessilis, cylindrica, apice dehiscens, germi-
ni insidens *Fem.* Capsula? fovens semina hemisphaerica, pedicellata.
26. **PILVLARIA.** *Monoica.* Graminifolia, palustris. *Mas.* sub fronde. *Fem.* radicalis, piperis grano similis.
27. **ISOETES.** *Monoica*; foliis fasciculatis, semicylindricis. *Mas.* Calyx squama. Anthera sessilis, unilocularis. *Fem.* Capsula? bilocularis, intra basin frondis. Capsulae 50)
ADANS.
28. **CHARA.** *Monoica*, subcryptogama. *Mas.* Anthera sessilis extra calycem tetraphyllum, germi-
ni subiacens *Fem.* Cal. *Maris* Corolla nulla. Capsula? unilocularis, monosperma, semen ovatum spiraliter striatum.

D I V I S I O II.

FRUCTIFICATIONIBVS MANIFESTIS.

29. **NAIAS.** *Dioica.* Folia terna. *Mas.* Spatha biaurita, uniflora. Invol. monophyllum, quadrifidum: segmentis reflexis. Stamen unicum. *Fem.* Spatha nulla. Invol. nullum. Germen ovale, stylo unico, aut tribus terminatum. Capsula? 1 - 4 locularis; loculis monospermis. Semina elliptica. MICHEL.
30. **CERATOPHYLLVM.** *Monoicum.* Folia verticillata. *Mas.* Cal. multifidus. Stamina 16 - 20) *Fem.* Cal. *Maris* Stylus nullus. Capsula? monosperma HALL. semen nudum LINN.



31. MYRIOPHYLLVM. *Monoicum*. Folia verticillata. *Mas.* Cal. quadriphyllus LINN. octophyllus : foliorum ordinibus binis. ADANS. Stamina 8). *Fem.* Cal. multifidus LINN. diphyllus ADANS. Stigmata papillosa. Capsula? quadrilocularis ADANS. Semen nudum LINN.
32. CALLITRICHE. *Monoica*. Folia opposita. *Mas.* Cal. bifolius. Stamen unicum. *Fem.* Styli duo. Capsula bilocularis; loculis 1 - 2 - spermis. Ego in una Planta vidi flores dioicos, in alia eiusdem speciei polygamos.
33. ZANNICHELIA. *Monoica*. Folia opposita, angusta, in summis ramis quasi fasciculata. *Mas.* Filamentum unicum. Anthera capsulis Muscorum æmula. *Fem.* Cal. monophyllus, bidentatus. Styli tot, quot capsulæ. Stigmata foliacea. Capsulæ? 4 - 6), uniloculares, rostratæ, monospermæ.
34. POTAMOGETON. *Hermaphr.* Folia opposita, latiora. Flores spicati. Calyx quadrifolius. Stamina quaterna. Germina totidem, Capsulæ? uniloculares monospermæ. In nonnullis speciebus Antheras octo gemellas vidit HALLERVS.
35. RVPPIA. *Monoica*. Folia alterna, linearia. *Mas.* Invol. nullum; squamula loco calycis, Stamina octo. *Fem.* Germina octo pedicellata, ut Antheræ Muscorum. Capsulæ? totidem, uniloculares, monospermæ.
36. SPARGANIVM. *Monoicum*. Folia ut in Calamariis. *Mas.* Calyx triphyllus; stamina tria. *Fem.* Calyx idem; Pericarpium 1 - 2 - locale; loculis monospermis ADANS. Drupa sicca LINN. GLEDITSCH.

G E N S III.

Spadiceæ.

Inundatæ quædam, terrestres aliæ. Pleris-
que flores spadicei & spathacei, sexu distincti,
apetali, aggregati.

D I V I S I O I.

SPADICE SIMPLICI.

37. ZOSTERA, *Monoica*. *Mas.* squamæ planæ
uni lateri spadicis linearis vaginæ folii in-
clusi, infidentes; Stamina 8 - 10) *Fem.* in
alio latere. Capsula? ovalis, monosper-
ma. ADANS. Sem. solitarium LINN.
- *38. ARTOCARPVS. FÖRSTER *Monoicus*. *Mas.*
Spadix simplex, clavatus, flosculis tectus.
Cal. proprius minimus, bivalvis: Corolla
nulla. Stamen unicum e fundo calycis.
Fem. Spathæ bivales, deciduæ. Spadix ova-
tus, germinibus connatis tectus. Cor. nul-
la. Stylus nullus. Stigma punctum promi-
nulum. Pericarpium ovato globosum, mo-
nospermum. Semen pilo coronatum, re-
ceptaculo insidens, ac pulpa immersum.
39. CASVARINA. *Monoica*. *Mas.* Spathæ nul-
læ. Spadix filiformis, imbricatus. Cal. bi-
valvis; valvis basi cohærentibus, basi &
margine ciliatis. Filamentum unicum ca-
pillare. Anthera didyma. *Fem.* Spathæ
nullæ. Amentum squamatum. Cal. squa-
mula ciliata, ut in *Mare*. Corolla nulla.
Stylus filiformis. Stigmata bifida. Capsu-
la conica, bivalvis; valvis perpendicula-
riter dehiscentibus. Semen solitarium, mar-
gine & apice membranaceum. FÖRSTER.



Spathæ, Spadix, aliaque removent ab *Amen-
taceis*.

40. VALISNERIA. *Dioica*. Spatha bifida. *Mas.*
Spadix simplex. Calyx triphyllus. Stami-
na duo. *Fem.* Spatha uniflora. Calyx trifi-
dus. Stigmata tria. Capsula? longa, unilo-
cularis, polysperma.
41. AMBROSINIA. Spatha bilocularis. *Mas.*
interioris, *Fem.* exterioris lateris.
42. CALLA. *Monoica*. Spadix digitiformis, fru-
ctificationibus tectus. *Mas.* Filamenta per-
sistentia. Anthera sessiles. *Fem.* Germen
sessile. Bacca globosa, compressa, unilocu-
laris, polysperma.
43. PIPER. Spadix simplex, filiformis. Anthe-
ræ duæ, oppositæ, ad radicem germinis.
Stigmata tria. Bacca unilocularis, mono-
sperma. Semen globosum.
44. POTOS. Spadix brevis, incrassatus. Calyx
quadrifolius. Stamina quatuor. Antheræ
minimæ. Baccæ uniloculares, monosper-
mæ, tetragonæ.
45. DRACONTIUM. Spadix brevis, cylindri-
cus; Calyx pentaphyllus. Stamina 6 - 7).
Stigma latum. Bacca unilocularis, poly-
sperma.
46. ARUM. Spadix apice nudus, medio loco ma-
sculus, inferne femineus. Stamina 10 - 80).
Germina ad quinquaginta. Baccæ 1 - 4 -
loculares, 1 - 10 - spermæ.

D I V I S I O II.

P A L M A E.

Arboreæ; caudice indiviso, singulari folio-
rum coma coronato, floribus paniculatis, sexu
distin-

distinctis, in eadem, aut diversa Planta. His Invol. floris unicum, hexaphyllum, persistens, coriaceum. Stamina sena, basi coalita. Drupa cortice osseo, pulpa fibrosa, ossiculo rotundo, aut ovali.

Sola ATHRODACTYLIS caret floris involucrio, & polyandra est.

ORDO I.

Foliis flabelliformibus.

47. CORYPHA. Drupa unica, monosperma.
 48. BORASSVS. Drupa trisperma.
 49. CHAMAEROPS. Drupæ tres, monospermæ.

ORDO II.

Foliis pennatis.

- *50. ATHRODACTYLIS. FÖRSTER. *Dioica.*
Mas. Spathæ alternæ, sessiles, serrato-spinosæ. Spadix; Thyrsus decompositus, spathis bracteatis. Cal. proprius nullus. Cor. nulla. Filamenta plurima, brevissima, ramificationibus extimis spadiceis sparsim insidentia. *Fem.* Spathæ quatuor terminales; Spadix globosus, fructificationibus tectus. Cal. nullus. Cor. nulla. Germina numerosa, receptaculo conico, s. globoso insidentia. Fructus subglobosus, maximus, constans Drupis numerosis, cuneatis, farinaceis, monospermis. Semen ovale.

Keura FORSKAEL. *Kaida* H. MALABAR.

51. CYCAS. *Dioica.* *Mas.* Spatha nulla. Amentum strobiliforme. Antherarum loco pollen inspersus paginæ superiori squamarum Amenti. *Fem.* Stylus unus. Drupa ovalis; ossiculo uniloculari, ligneo,



52. **COCOS.** *Hermaphr.* Flores hexandri trigyni; germine trifido, sterili. *Fem.* in eodem spadice monogyni; drupa fibrosa, coriacea; ossiculo foraminibus tribus, obsoletis; nucleo aquam fovente. IACQVIN.
53. **ARECA.** *Monoica.* Drupa membranacea, fragilis; nucleo cartilagineo. Idem character *Eleis.*
- * 54. **BACTRIS.** IACQVIN. *Monoica.* Drupa coriacea, succulenta, Stylo acuminata; foraminulis tribus, lateralibus.
55. **PHOENIX.** *Dioica.* Germina tria; binis sterilibus, Drupa unica; ossiculo longo, sulco exarato.
56. **ELATE.** *Monoica.* cætera ut in PHOENICE.
57. **CARYOTA** *Monoica.* Drupa disperma. Frondes decompositæ.
58. **ZAMIA.** *Dioica.* Drupa monosperma. Spadix ovatus.
59. **CALAMVS.** *Monoica.* Drupa unilocularis, exarida, retrorsum imbricata.

Vsvs æconomicus. Filices in Carniolia substernuntur Pecoribus loco straminis. POTHOS Palmarumque fructus edules, nuclei vero adstringentes. Ex fructu BACTRIS *maioris* vinum parant Americani, & ex succo BORASSI *strobiliformis* Sacharum conficitur, *Iagara*, aut *Schagera* dictum. Summa utilitas Coccus *nuciferae*; cortex enim interior fructus esculentus, aqua potui inserviens, etsi facile acescens, ex eiusdem cortice secundo vascula fiunt, ex ramis arcus, ex foliis vero tegmina domorum, aliaque parantur.

— **medicus.** PIPER *trifolium* bubonibus venereis utiliter apponitur ab Æthiopibus in Madagascar AVBLET.

TRIBVS III.

SCHEVCHZERI. (*Gramineæ.*)

Gramina Palmis adfinia esse docent 1) utriusque Tribus eadem placentatio. 2) Nulla distinctio corticis ab interna substantia. 3) Caulis simplicitas. 4) Folia alterna. 5) THEMEDAE vagina spathiformis. 6) Graminum fere omnium glumæ tot, quot folliculi, ut Palmarum folia calycina externa tot, quot interna. 7) Corollæ defectus. 8) Antheræ parallelipedæ, biloculares. 9) Seminis corculum erectum, adpositum lateri alterius corporis farinosi. 10) Nutriens substantia fructus.

Notæ Graminibus propriæ sunt Radix fibrosa, sæpius perennis. Culmus elevans flores, plerisque nodosus. Folia plana, integra, angusta, flexilia, inermia, longitudinaliter striata, culmum vaginantia. Flos inelegans, ex foliolis herbaceis, persistentibus, inæqualibus, nuptiarum tempore invicem discedentibus. Stamina 1 - 6), at 40) in sola PARIANA; filamentis tenuibus; antheris pendulis bifidis. Styli 1 - 2). Semen unicum, farinosum, glumis tectum, nudum in omnibus, excepto LYCEO.

Graminum Genera naturalia non adeo facilia sunt, ut quidam putant. Inflorescentia, receptaculum, figura, superficies, fallunt sæpissime. Constantiores notas suppeditat structura; exhibens flosculos modo perfectos, modo imperfectos, ac staminum numerum eundem semper & immutabilem. Sed & numerus florum ex uno calyce prodeuntium probe attendendus, si constantem in his vides Naturam. Diligens examen, at-



tentaque comparatio hic inprimis requiritur, ut species ad sua Genera reducantur.

GENS I.

Gramina legitima, culmo geniculato.

DIVISIO I.

FLORE PERFECTO.

ORDO I.

Monandra.

60. CINNA. Valvæ unifloræ, lateribus scabræ. Folliculi duo; uno sub apice aristato, alio mutico & minore. Flores paniculati.

ORDO II.

Diandra.

61. ANTHOXANTHVM. Arista geniculata, infra apicem folliculi prodeunte, convenit cum AVENA, a qua differt staminibus binis.

ORDO III.

Triandra.

- *62. PALLASIA. Cal. bivalvis, uniflorus; valvis inæqualibus, acuminatis. Folliculi duo, mutici, calyce breviores. Stamina bina. Antheræ unica extremitate bifidæ. Stylus unus. Stigmata duo. Semen utrinque obtusum, depressum, minutum; corculo conspicuo, marginali, fuscescente. Flosculi in capitula parva, e foliorum supremorum vaginis vix emergentia, dense collecti.

PALLAS *Reise*. II. p. 733. *Graminis species singularis, an Dactylis?* Tab. K. fig. 1. Q. f. 2. an hoc PHLEVUM *Schænoides* LINN.? Plantam communicavit D. HELBLING.

63. NARDVS. Calyx nullus. Folliculi tenues, femini demum adnati. Stylus simplex. Flores spicati.

* 64. HAMOLOCENCHRVS. HALL. Calyx nullus. Folliculus lineis viridibus pictus; carina spinoso-ciliata. Semen compressum, obovatum, nudum. Flores paniculati.

PHALARIS *oryzoides* LINN. apetala IACQVIN.

* 65. TRAGVS. HALL. Calyx univalvis. Nectarium biglume, exiguum. Spicula quadriflora.

CENCHRVS *racemosus*. LINN.

66. LOLIVM. Calyx univalvis. Fovea in scapo loco valvæ calycinæ secundæ. Flores spicati.

67. SECALE. Folliculus exterior apice aristatus, interior bifidus uterque calyce longior. Spicula diantha. Flores spicati.

68. HORDEVM. Flosculi tres in uno fasciculo; lateralibus gluma utraque aristata, intermedio quandoque imperfecto. Semen folliculis arcte tectum. Flores spicati.

69. CYNOSVRVS. Spicula 2 - 3 - 4 - flora, sub qua bractea pinnata. Semen ellipticum, folliculis involutum.

70. PHLEVM. Spicula monantha; folliculo uno saltem bifido.

SESLERIA nostra huc referri potest.

71. ALOPECVRVS. Spicula monantha, aristata; arista e basi prodeunte.

72. ARISTIDA. Spicula monantha; tribus aristis terminata.

73. PHALARIS. Spicula monantha. Invol. bivalve; valvis æqualibus, foventibus glumas duas inæquales, & folliculos totidem villosos. Semen ellipticum.



ELYMVS *Caput Medusæ* FORSKAEL. huc spectare videtur.

- †74. BROMVS. Spicula 2 - & multiflora. Folliculus unus aristatus; arista dorsali. Flores spicati & paniculati.

TRITICVM LINN. Cal. bifloro, spiculis alternis, spicatis.

75. FESTVCA. Spicula multiflora. Folliculus unus aristatus; arista terminali.

DACTYLIS *glomerata*. LINN. huiusce Generis, SECALI proximi.

76. DACTYLIS. Spicula monantha. Folliculi indivisi.

FESTVCA *calycina*. LOEFLING.

77. STIPA. Spicula monantha. Folliculus exterior longe aristatus; arista inarticulata, terminali.

78. AGROSTIS. Spicula monantha. Arista terminalis, recta. Semen nulla lana septum.

- †79. AVENA. HALL. (excepto ANTHOXANTHO). Spicula mono - & polyantha. Folliculus unus arista dorsali, flexa, etfi & muticæ spiculæ quandoque intercurrent.

AGROSTIS *canina*, *spica venti*. AIRA *subspicata*, *cespitosa*, *flexuosa*, *montana*. LAGURVS *ovatus* LINN.

- †80. AIRA. Spicula diantha. Valvæ muticæ.

MELICA & DACTYLIS *Lagopoides*. LINN.

- *81. TRISETARIA. FORSKAEL. Spicula monantha. Folliculus exter. arista terminali, bifida; alia dorsali.

- †82. POA. Spicula multiflora, mutica.

BRIZA & ELYMI mutici LINN.

83. CORNVCOPIA. Spicula monantha. Invol. spathaceum, monophyllum, multiflorum. Folliculus, unicus.

84. **LYGEVM.** Spicula diantha. Invol. spathaceum, monophyllum, convolutum, in quo Calyx bifidus, durus, fovens flosculos, duos, quibus Stylus unicus. Pericarpium bioculare; loculis monospermis.
85. **ARVND.** Spicula mono- & polyantha, mutica. Semen lana cinctum.
86. **SACHARVM.** Spicula monantha, basi barbata. Styli duo. Stigmata plumosa.
SACHARVM hirsutum FORSKAEL. polygamum.
 In SACHARO lana extra calycem, in ARVNDINE vero intra. LINN.
87. **MILIVM.** Spicula monantha, mutica, ovata. Stigmata pennicilliformia.
88. **PANICVM.** Spicula monantha. Calyx tri- & quadrivalvis.
 Flores sexu distinctos notant ADANSON, & FORSKAEL.
89. **VNIOLA.** Spicula multiflora. Calyx sexvalvis.
- *90. **REMEIRA.** AVBLET. Cal. bivalvis. Folliculi duo. Stamina longissima. Germen trigonum. Stylus longus. Stigmata tria. Semen trigonum, folliculis inclusum.
 An spiculæ monanthæ, vel polyanthæ, aut quænam inflorescentia? ignoramus.
- *91. **MAPANIA.** AVBLET. Calyx sexvalvis. Folliculi nulli. Stigmata tria, filiformia.
 An non magis SCHOENO proxima?
92. **BOBARTIA.** Calyx multivalvis, uniflorus. Germen inferum.

O R D O IV.

Hexandra.

93. **ORYZA.** Calyx quadrivalvis, uniflorus.



- *94. GAVNIA. FÖRSTER. Involucrum 2-5-flo-
rum, convolutum, univalve, glumaceum.
Flosculis Cal. biglumis. Folliculi duo; ex-
teriore maiore, tridendato. Filamenta sex,
longissima. Stylus filiformis, bifidus. Stig-
mata duo, reflexa, capillaria. Semen ob-
longum, Folliculis inclusum.

D I V I S I O II.

FLORIBVS NONNVLLIS, AVT OMNIBVS
IMPERFECTIS.

95. TRIPSACVM. Receptaculum triticeum. Ca-
lyx *masculus* biglumis, *femineus* triglumis.
ADANS.
96. ISCHAEMVM. Calyx superior uniflorus,
fovens florem *hermaphroditum*; inferior
biflorus; flore uno *masculo*, alio *femineo*.
97. ANDROPOGON. Calyx uniflorus, unival-
vis. Flos *hermaphr.* sessilis; Corolla basi
aristata; semine aristato. Flos *Masc.* pe-
dunculatus; corolla prioris.
98. HOLCVS. Calyx biflorus. Flos unus *her-
maphr.* alter *masculus*. Aristatus: arista ave-
nacea.
AVENA elatior. LINN.
99. AEGYLOPS. Calyx biflorus. Flos unus.
hermaphr. alius *masculus*; folliculo exte-
riore triaristato.
100. APLVDA. Calyx biflorus. Flos unus *mas-
culus*, staminibus binis; alter *femineus*.
- *101. PARIANA. AVBLET. Calyx uniflorus. *Mas.*
Staminibus ad 40). *Fem.* semen trigonum.
- *102. SEHIMA. FORSKAEL. Spiculæ binæ; una
sessili, biflora: flore uno *masculo*; gluma
interiore apice aristata; alio *hermaphrodito*.
Spicula

Spicula alia pedicellata, biflora: flore utroque masculo, mutico.

- * 103. THEMEDA. FORSKAEL. Vagina spathiformis, fovens flores *masculos*; calyce univalvi, unifloro, sessili; nec non pedicellum sustentem spiculas duas, unifloras; quarum una gerit florem *masculum* pedicellatum, alia vero *hermaphrod.* sessilem, eduentem ex receptaculo aristam longam.

- * 104. THRYOCEPHALON. FÖRSTER. Spicula 3 - 4 - flora. Calyx uniglumis. Folliculi nulli. Fl. *hermaphrod.* Stamina tria. Styli duo, basi coaliti. Semen subrotundum, compressum, liberum. Fl. *femin.* ut in prioribus, sed stamina nulla. Styli & semen floris *hermaphrodit.*

105. CENCRVS. Calyx biflorus, univalvis. Flos unus *hermaphrod.* alter *masculus*. Paleæ numerosæ flosculis circumpositæ in nonnullis speciebus.

CENCRVS CAPITATVS iuxta characterem LOEFFLINGII. Floribus omnibus perfectis, ad AIRAM referendus. In CENCRO quoque *echinato* utrumque florem perfectum vidi in Horto Vindobonensi.

SPINIFEX. LINN. huc pariter referri potest.

106. MANISVRIS. Fl. *hermaph.* Cal. bivalvis, uniflorus. Folliculi duo, calyce breviores. Stylus bifidus. Semen ovatum. Flos *masculus*. Cal. uniflorus. Folliculi duo, Stamina tria.





G E N S II.

Gramina spuria ; culmo spongioso.

D I V I S I O I.

FLORIBVS MASCVLIS, ET FEMINEIS
IN EADEM PLANTA.

107. ZIZANIA. Cal. nullus. *Mas.* Folliculus bifidus, muticus. Stamina sex. *Fem.* Folliculus aristatus, cucullatus.
108. PHARVS. Cal. biglumis, uniflorus. *Mas.* Folliculi bini. Stamina sex. *Fem.* Folliculus unus.
109. ZEA. *Monoica.* *Mares* in spica composita, terminali, binati; uno sessili, alio pedunculato. Cal. biflorus, bivalvis, muticus, folliculis longior. Flosculus unus ex binis folliculis, æqualibus, muticis; Staminibus tribus; alter folliculo unico, bifido. *Fem.* in spica simplici, laterali; calyce biglumi; glumis subrotundis; Germine rotundo; Stylo unico, longissimo.
- Feminas fertiles maribus immixtas in spica mascula, non semel vidi.
110. COIX. *Mas.* Cal. biglumis, muticus, biflorus. Folliculi bini, mutici. *Fem.* Cal. & Cor. *Maris.* Pericarpium osseum.
111. OLYRA. *Mas.* Cal. uniflorus, aristatus. Cor. mutica. *Fem.* Cal. & Cor. *Maris.* Semen cartilagineum.
112. CAREX. *Mares & Feminae* in eadem spica amentiformi. Semen trigonum, stylo mucronatum, intra ampullam membranaceam, apice apertam.
113. TYPHA. Clava terminalis, densissime oblecta flosculis exiguis. *Mas.* Cal. triphyllus. Folliculi nulli. *Fem.* inferior. Semen insidens pappo capillari.

D I V I S I O II.

FLORIBVS OMNIBVS PERFECTIS.

114. CYPERVS. Squamæ calycinæ in spicam complanatam imbricatæ. Semen absque fetis.
115. ERIOPHORVM. Setulæ longæ, tenuissimæ, ex receptaculo prodeuntes. Semen oblongum, obtusum, subtrigonum.
116. SCIRPVS. Squamæ in spicam rotundam imbricatæ. Semen fetulis vallatum.
117. SCHOENVS. Squamæ nonnullæ steriles, unde flores quidam foliolis calycinis 5-6). Petala duo, minima in SCHOENO *compare* notat LINN. Stylos tres in SCHOENO *deusto* BERG. Descriptio SCHOENI aculeati LOEFLING. aliud Genus indicat.

VSVS *æconomicus*. Gramina Pecoribus pabulum, feminibus vero SECALES, TRITICI, ORYZAE, HORDEI, PANICI, MILII, ZEAE, aliisque cibum panemque largiuntur saluberrimum. Ruricularum centena millia nunc sola ZEA nutriuntur, calidioris tamen cœli, & probe cultæ terræ cupida. *Avena* Equorum gratia, deplorabili fato, iam spoliât agros Tritico, quod & prodigius usu Amili dissipat luxus. ANDROPOGON *Schœnantbus* dat oleum *serree*, quod ad confortandum stomachum, cibis, & condimentis gratum conciliandum odorem, & saporem, per totam Indiam adhibetur, vinumque ex PALMA *Saguero* paratum ita conservat, ut hac ope in alias transmitti possit regiones HERMANN. ORYZA egregie nutriens, & demulcens colitur in paludosis. CYNOSVRVS *indicus* adhibetur ad sedandas convulsiones Infantum, AVBLET.

TRI-



TRIBVS IV.

WACHENDORFII. (*Liliaceæ.*)

Liliaceis unica quoque Cotyledon. Folia integerrima. Involucrum floris sæpius unicum, speciosum, idque modo monophyllum & staminiferum, modo vero polyphyllum & tunc raro staminiferum. Stamina 3 - 6). Stylus unicus. Stigmata 1 - 3 - 8). Fructus capsularis, nonnullis baccatus, fere omnibus trilocularis. Indoles mucilaginoſa, emolliens, quibusdam acris & reſolvens.

Quædam fructu ſupero, aliæ infero. Capsulæ in SCHEVCHZERIA & TRIGLOCHIN plures, unica in aliis, eaque unilocularis in ORONTIO, & IYNCO, ſex-locularis in GLOCHIDIONE, trilocularis in cæteris. Folia calycina alterna in ALLIO ſtaminifera. Stylus nullus in ORONTIO. Flores ſexu diſtincti in ELEGIA, RESTIONE, DIOSCOREA, SMILACE, RYSCO. Quam ſingularis fabrica ſtigmatum IRIDIS, & YVCCAE, neſtarii COMELINAE, ut in ſola arithmetica proportione ſtaminum ad folia, aut ſegmenta involucri floralis hic conſtantiſſimam videas Naturam, ſeu in numero cum hiſce eodem, aut duplo minore; quæ ratio, præter alias, me movit, ut SCHEVCHZERIAM, TRIGLOCHIN, & VERATRUM *Liliaceis* adjungerem, econtra vero BUTOMUM hinc divuſum *Polycarpiis* TRIBVS XXII. adnumerarem.

GENS I.

Fructu ſupero.

118. ORONTIVM. Spadix teſtus ſloſculis. Cal. hexaphyllus, perſiſtens. Stamina ſex. Stylus nullus. Pericarpium monospermum.

119. ACORVS. Spadix e folii latere sulcato. Florum Calyx hexaphyllus. Stylus nullus. Capsula? trilocularis: loculis 1 - 2-spermis.
120. ELEGIA. *Dioica. Mas.* spathaceus & spadicus. Flores in racemum simplicem, amentaceum dispositi, bracteati. Cal. foliola sena, paleacea. Stamina tria. *Fem.* Spatha & Spadix. Flores in racemum compositum digesti. Cal. folia sex; tribus interioribus petaloideis, æqualibus. Styli tres. Fructus —
121. RESTIO. *Dioicus. Mas.* Spica imbricata squamis unifloris. Cal. hexaphyllus, persistens. Stamina tria. *Fem.* Inflorescentia & Calyx maris. Styli tres. Capsula? trilocularis, sexplicata, Styli rostrata.
- * 122. GLOCHIDION. FÖRSTER. *Monoicum. Mas.* Cal. Folia sena, subæqualia. Stamina tria, minutissima. Anthera erecta, ex tribus connatis & apice cuspidatis facta. *Fem.* Cal. Sexfidus; laciniis tribus interioribus. Stylus nullus. Stigmata 6 - 8), minima. Capsula sexlocularis, sexvalvis, 12-ftriata. Semina solitaria, subrodunta.
123. IVNCVS. Cal. hexaphyllus; foliolis parvis, glumosis. Capsula unilocularis, trivalvis, fovens semina 1 - 100).
124. APHYLLANTES. Cal. hexaphyllus; foliis leviter coherentibus. Stamina calyci adnata. Capsula trilocularis, trigona, polysperma.
125. SCHEVCHZERIA. Cal. hexaphyllus, Styli vix ulli. Stigmata obtusa. Capsulæ tres, polyspermæ, latere dehiscentes.



ANTHERICVM *calyculatum*. LINN. hujusce Generis.

126. TRIGLOCHIN. Cal. hexaphyllus. Stigmata plumosa, coronam efformantia. Capsulae 3 - 6), pedicellatae, monospermæ, basi dehiscentes.

127. VERATRVM. Cal. hexaphyllus; unguibus foliorum staminiferis. Capsulae tres, polyspermæ. Semina alata.

Flores nonnulli sæpius imperfecti.

MELANTHIVM. LINN.

* 128. PHORMIVM. FÖRSTER. Cal. hexaphyllus in tubum connivens; foliis tribus exterioribus acutis, interioribus longioribus. Stylus unicus, filiformis. Stigma simplex. Capsula trilocularis, trivalvis, trigona, acuminata. Semina plurima, compressa, oblonga.

129. TRADESCANTIA. Cal. hexaphyllus, persistens. Filamenta villosa. Stylus apice hamosus in TRADESC. *nervosa*. Capsula trilocularis, trivalvis, polysperma.

Tria paria foliorum lunulorum; extimo maiore, intimo minore, loco Calycis in TRADESC. *cristata*.

130. COMMELINA. Cal. TRADESCANTIAE ADANS. Stamina tria fertilia, totidemque sterilia (*Nectarium* LINN.), cruciata. Flores ex spatha naviculari sæpius prodeuntes.

Hinc COMELINA *hexandra* alterius Generis.

131. WACHENDORFIA. Cal. hexaphyllus, irregularis. Stamina tria. Stigmata tria. Capsula trilocularis, sed in WACHENDORFIA LOEFLING. bilocularis.

132. UVULARIA. Cal. hexaphyllus, hypocrateriformis; folio quolibet sulco exarato.

to. Stylus semitrifidus. Capsula trilocularis, trigona, ovato-oblonga; loculis polyspermis.


133. ERYTHRONIVM. Cal. hexaphyllus, campanulatus. Stylus obliquus, una cum staminibus basi attenuatus. Capsula trilocularis, polysperma.
134. CYANELLA. Cal. hexaphyllus: foliolis connatis. Stamina 6); infimo longiore, declinato.

Ad *Hyacynthi* Genus refert ADANSON.

135. GLORIOSA. Cal. hexaphyllus: foliis longis, undulatis, reflexis. Stigma trifidum. Capsula pellucida. Semina globosa.
136. TVLIPA. Cal. hexaphyllus, campanulatus. Stigma trilobum. Semina plana multa.
137. LILIVM. Diversum a TVLIPA Germine hexagono, ac foliis calycinis basi sulco exaratis.
138. FRITTILLARIA. Diversa a LILIO unguibus foliorum calycinorum foveola notatis, & stigmatibus tribus.
139. YVCCA. Cal. campanulatus, profunde sexfidus. Stamina clavata. Styli tres. Capsula trilocularis. Semina minuta. Arbor DV HAMEL.
140. ANTHERICVM. Filamenta attenuata, nec nota ulla aliorum Generum. *Scilla*. LINN. *Anthericum*. ADANS. filamentis villosis. *Scilla* glabris.
141. ALBVCA. Cal. hexaphyllus; foliolis squamula terminatis. Stigma cinctum cuspidibus, tribus.

Stamina omnia antherifera habet BERGIVS.

142. ASPHODELVS. Cal. hexaphyllus; foliolis basi conglutinatis. Filamenta ex origi-



ne calycis, basi latiora, & circa germen in globum disposita.

143. ORNITHOGALVM. Stamina lata; omnibus, aut alternis tricuspидatis.

144. ALLIVM. HALL. Capitulum florale multiflorum. Cal. hexaphyllus; foliis alternis basi staminiferis. Antheræ erectæ. Sapor, & odor singularis.

145. DIOSCOREA. *Dioica. Mas.* Cal. sexfidus, campanulatus. Stamina sex. *Fem.* Styli tres. Capsula trigona. Semina alata, bina in quolibet loculo.

146. SMILAX. *Dioica. Mas.* Cal. hexaphyllus LINN. sexfidus DV HAMEL. Stamina sex. *Fem.* Styli tres. Bacca trilocularis. Semina rotunda. Bacca disperma DV HAMEL.

147. RVSCVS. *Dioicus.* Cal. hexaphyllus *Mas.* Filamentorum loco vagina Antheras sustinens. *Fem.* vagina fovens germen. Bacca 3 - 6 - sperma.

Folia non bene dicuntur florifera, cum medulla in folio nulla sit.

148. MEDEOLA. Cal. hexaphyllus, revolutus. Styli tres. Bacca trilocularis. Semina solitaria, cordiformia.

149. ASPARAGVS. Cal. hexaphyllus. Stamina alterna paulo longiora. Stigmata 1 - 3). Bacca oculis monospermis.

DRACAENA LINN.

- * 150. RIPOGONVM. FÖRSTER. Cal. hexaphyllus. Stamina sex, minuta. Antheræ calyce triplo longiores. Stylus unus, filiformis. Stigma simplex. Bacca disperma. Semina hemisphærica, solitaria.

151. CONVALLARIA. Cal. monophyllus. Bacca polysperma.

152. FLAGELLARIA. Cal. sexfidus. Stylus trifidus. Bacca monosperma. Folia cirrho terminata, ut in GLORIOSA.
153. ALOE. Cal. sexfidus. Capsula trilocularis, polysperma.
154. PONTEDERIA. Cal. sexfidus, hippocrateriformis, subæqualis. Stamina sex. Capsula teres, acuta polysperma.
Corollam hexapetalam in PONTED. *vaginali* ponit LINN.
155. CAPVRA, Cal. sexfidus, tubulosus. Filamenta vix ulla; alterna superiora. Stylus brevissimus. Stigma subrotundum. Fructus —
156. ALETRIS, Cal. sexfidus; tubo recto; superficie rugosa & farinacea. Stamina inserta eiusdem laciniis ad basim. Capsula aptera.
- *157. VELHEIMIA. GLEDITSCH. Diversa ab ALETRI corollæ tubo incurvato, staminibus ad latus corollæ insertis, una cum Stylo declinatis; Capsula acuta, ovato-oblonga, trialari. MURRAY.
- ALETRIS *capensis*, LINN.
158. BVRMANNIA, Cal. sexfidus, alatus, trigonus; segmentis interioribus minoribus. Capsula trilocularis. Semina minuta.
Petala calyci insidentia ponit BVRMANNVS.
159. HYACINTHVS, Cal. sexfidus. Pori tres ad apicem germinis. Stigma obtusum.
160. TVLBAGIA. Calycis tubulosi laciniæ duodecim, duorum ordinum; exterioribus fœnis, patentissimis, vel & reflexis; interioribus erectis. Stamina sex; filamentis brevissimis; tribus superioribus. Pori tres ad apicem Germinis, & Stigma obtusum, ut in HYACINTHO. Capsula subtrigona, ovata,



trilocularis. Semina nonnulla. Odor ALLII fortissimus.

161. BVLBOCODIVM. Cal. hexaphyllus ; unguibus connexis, longissimis, staminiferis. Stamina sex. Stigmata tria, canaliculata.
162. COLCHICVM. Cal. sexfidus ; tubo radicato. Stamina sena ; alternis brevioribus. Capsula pedunculata, trilocularis ; loculis interiore sutura cohærentibus, tumidis, polyspermis.
163. HYPOXIS. Cal. hexaphyllum referens, patens. Stamina minuta. Huc refero, cum HYPOXISUÆ floribus violaceis Corollam inferam tribuat FORSKÆLIVS.

G E N S II.

Fructu subinfero.

164. HEMEROCALLIS. Cal. sexfidus. Filamenta declinata, sursum flexa ; binis superioribus cohærentibus.
165. POLYANTHES. Calyx sexfidus. Spatha biflora. Flos quilibet denuo spatula propria munitus.
166. CRINVM. Spatha bifolia. Calycis laciniae alternæ uncinatæ. Stamina remota. Stylus filiformis.

G E N S III.

Fructu infero.

167. AGAVE. Calyx sexfidus. Stamina erecta. Antheræ longissimæ.
- *168. CIPVRA. AVELET. Spatha concava florem involvens. Cal. sexfidus : segmentis tribus

- tribus interioribus minimis. Stamina tria. Stylus trigonus. Stigma trilobum. Capsula trilocularis, angulata, polysperma.
169. GALANTHVS. Cal. hexaphyllus; foliis tribus interioribus brevioribus, emarginatis, suberectis. Antheræ cristatæ.
170. LEVCOIVM. Diverſum a GALANTHO calycinis foliis subæqualibus, nec non Antheris muticis.
171. ALSTROEMERIA. Cal. hexaphyllus; foliis tribus exterioribus cuneiformi-præmorsis; interioribus lanceolatis, basi tubulosis. Stigmata tria, bifida.
172. FERRARIA. Spatha diphylla. Cal. hexaphyllus; foliis revolutis, crispis, inæqualibus. Stamina tria. Stigmata tria, bifida, lacero-ciliata. Capsula trilocularis.
173. HAEMANTHVS. Spatha magna hexaphylla. Cal. sexfidus. Bacca trilocularis.
174. AMARYLLIS. Calyx hexaphyllus; foliis una cum Staminiibus & Stylo irregulariter reflexis. Stigma trifidum. Capsula trigona, oblonga.
175. NARCISSVS. Invol. externum hexaphyllum, internum monophyllum & stamini-ferum, integrum, aut quinquefidum.
176. PANCRATIVM. Invol. externum hexaphyllum, internum 12-fidum, apice stamini-ferum, enormis magnitudinis in PANCRATIO *maximo* FORSKÆLII.
177. GETHYLLIS. Invol. externum sexfidum; tubo longissimo; internum pariter sexfidum. Facies CROCI.
178. CROCVS. Cal. sexfidus; tubo longo, radicato. Stamina tria. Stigmata tria, convoluta.



179. IXIA. Spathæ bivalves, Cal. sexfidus. Stamina tria, Stigmata tria, Capsulæ locula monosperma; sed Baccam trilocularem, globosam ponit LOEFLINGIVS.
- * 180. TEKELIA. ADANSON. Cal. sexfidus; segmentis internis minoribus, absque tubo, Stamina tria.
- SIDEROXYLLON *spinosum* LINN.
- * 181. DILATRIS. BERG. Cal. hexaphyllus. Anthera una cæteris maior. Stigma simplex.
- * 182. XIPHIDIVM. AVBLET. Cal. hexaphyllus; foliis tribus interioribus minoribus & tenuioribus, Stamina tria ex receptaculo. Stylus trigonus. Stigma trigonum. Capsula trilocularis, hirsuta, trifulca, polysperma. Semina subrotunda.
183. XYRIS. Cal. hexaphyllus; foliis interioribus ciliatis, parvis. Stamina tria.
- Alium caracterem dat AVBLET.
184. IRIS. Diversa a priore Stigmatibus magnis, petali-formibus.
- MOREA LINN.
185. GLADIOLVS. Cal. sexfidus; segmento supremo maiore, subringens. Stamina tria, approximata, æqualia. Stylus unus. Stigmata tria. *Antholyza* LINN. ob *Cunoniam* BÜTTNERII inter utrumque Genus medianam.
186. SISYRINCHIVM. Spatha diphylla. Cal. hexaphyllus. Antheræ tres, basi stigmatibus adnatæ.
- VSVS æconomicus. CROCI stigmata luteo-tinctoria. ASPARAGI turiones edules, ut & DIOSCOREAE *alata* radix. OSBEK.

VSVS *medicus*. CROCVS emenagogus. ACORI
radix stagnantes aquas reddit salubrio-
res. VERATRVM virulentum. ALLIVM
acre, antihelmenticum. Radices LI-
LII, CONVALLARIAE, ALLII, CEPAE,
aliaque emollientes. ALOE emena-
goga & purgans. Flores COLCHICI
vitulis noxii. Radix ALETRIS *hyacin-*
thoides antifebrilis, leniter cathartica,
morsum CROCALI sanat CLEYTON.





TRIBVS V.

ADANSONII. (*Satyria* & *Scitamineæ*.)

Et his unica Cotyledon. Folia simplicia, integerrima. Flos speciosus. Stamina non plura, ac segmenta calycis, aut corollæ. Fructus trilocularis.

Essentiam huiusce Tribus constituit Fructus inferus, & Stamina duo, vel unicum, Stylo aut Germini insidentia. Sunt tamen EPIDENDRA quædam staminibus quaternis, & Antheræ quatuor in CORALLORHIZA, non ideo tamen a *Satyriis* removenda, ob Stamina Stylo imposita, & Fructum inferum.

G E N S I.

Satyria.

Radix carnosâ, mucilaginosâ, ut in *Liliaceis* non paucis. Folia vaginantia. Involucrum floris unicum, hexaphyllum, irregulare. Stylus brevis, crassus, sustinens Stamina. Semina plurima, minutissima.

Genera *Satyriorum* ex structura genitalium determinanda, cum in *Orchide* per sensum subrepentes gradus a calcaribus nullis ad brevissima & sensum demum ad longiora *Natura* progrediatur HALL.

187, LIMODORVM. Spathæ ad origines ramorum & pedunculorum. Cal. Folia quina. Nectarium monophyllum, bilabiatum, pedicellatum. Antheræ duæ in labio superiore nectarii sessiles. Stylus adnatus labio superiori. Stigma infundibuliforme. Stigmata tria in LIMODORO *capensi* notat BERGIVS.

*188. **DISA. BERG.** Spatha; Cal. diphyllus. Nectarium bilabiatum. Filamenta duo, Stylo infidentia. Stylus adnatus labio superiori nectarii.

*189. **THELYMITRA. FÖRSTER.** Cal. Spathæ unifloræ, univalves. Petala sex; tria exteriora maiora. Nectarium bilabiatum; labio superiore truncato, brevissimo; inferiore trifido, erecto: lacinia media cucullata. Filamenta duo, minima, Stylo infidentia. Antheræ tectæ duplicatura labii inferioris nectarii. Stylus ovatus, brevis, in centro nectarii, Stigma obtusum. Capsula unilocularis, trivalvis. Semina plurima, scobiformia, receptaculis longitudinaliter parieti capsulæ adnatis adhærentia.

190. **ARETHUSA.** Cal. pentaphyllus; foliis in galeam conniventibus. Nectarium tubulosum intra florem; labio superiore Stylo adnato. Stigma infundibuliforme.

191. **EPIDENDRUM.** Cal. hexaphyllus, folio uno bilabiato. Stamina 1-2-4). Capsula unilocularis, trivalvis.

Thecam in *EPIDENDRO Vanilla* notant Autoptæ.

Planta parasitica Arborum exoticarum.

192. **CYPRIPEDIVM.** Cal. pentaphyllus; petalo inferiore calceum ligneum referente. Stylus ab antheris distinctus. HALL.

†193. **ORCHIS. HALL.** Stylus fixus, antice bilocularis; loculis membranaceis, clausis, quorum quodlibet fovet stamen unicum, cui filamentum basi attenuatum, ac propriæ laminæ, tanquam receptaculo impositum,



† 194. SERAPIAS. Stylus antice sacculorum loco, foveolas binas habet, quarum quælibet fovet antheram sessilem.

Capfulam unilocularem, trivalvem vidit in SERAP. *Caravata* AVBLET.

195. OPHRYS. Antheræ non insident Styli labio superiori, sed laminæ propriæ, ligulæ adinstar eiusdem labiis interpositæ.

196. CORALLORHIZA. RUPP. sub apice Styli capsulæ binæ, ovales, contiguæ; quarum quælibet fovet antheras duas, ovatas, pelucidas.

G E N S II.

Scitaminee.

Plantas hæc Orchidibus adsociat Flos superus, hermaphroditus, non raro spathaceus, ut in EPIDENDRO, nec non stamen in quibusdam germini innatum.

197. AMOMVM. Character Generis etiamnum dubius. ROTTBOELL ex ROLANDRI observationibus. ALPINIAM LINN. AMOMI speciem facit, & characterem hunc in ea vidit. Spatha bifida, biflora; flore uno minus perfecto. Cal. superus, trifidus, campanulatus. Corolla infundibuliformis; limbo trifido: lacinia una maiore. Nectarium obovatum, sinui laciniarum minorum insertum, unco utrinque ad basim instructum, quo oppositam amplectitur antheram. Stamen unicum. Germen hirsutum. Stylus tenuis, flaccidus. Stigma sagittatum. Capsula coronata, oblonga, trigona, trilocularis, trivalvis. Semina plurima angulata, turbinata.

Invo-

Involucrum unicum quadrifidum LINN. LUDWIG. GLEDITSCH. Sexfidum ADANSON habent.

In AMOMO *Zerumbet* corollam dipetalam, Stamina duo. Capsulam succulentam & bilocularem vidit OSBEK. Calycem monophyllum, Corollam monopetalam bilabiata, Nectarium monophyllum notat Cl. JACQUINUS.

198. CVRCVMA. Spatha caduca, loco calycis. Invol. unicum, trifidum, cum nectario monophyllo. LINN. sexfidum; segmentis inæqualibus ADANS. Stamina quina: quatuor sterilia. Stigma uncinatum, aut bilamellatum. Capsula? trilocularis, polysperma.

KAEMPFERIA. LINN.

199. MARANTA. Cal. profunde trifidus. Corolla sexfida, ringens. Drupa trilocularis; loculis monospermis; medio tantum fructifero.

200. QVALEA. AVBLET. Cal. quadrifidus. Corolla dipetala; petalo superiore emarginato, basi desinente in nectarium corniculatum. Stamen unum, basi germinis insertum. Stylus unus. Stigma unum. Germen uniloculare. Semina multa, in pulpa nidulantia.

201. THALIA. Spatha glumacea, persistens, biflora, bivalvis; valvis inæqualibus. Cal. squamæ tres minimæ, ciliatæ, persistentes. Petala quinque, supera, marcescentia, in duplici serie; tribus exterioribus longioribus ad basim connatis; binis aliis exterioribus minoribus, inter sese & cum nectario coalitis. Nectarium petaliforme, lanceola-



ceolatum, concavum. Stamen unicum subulatum, nectario insertum. Anthera clavata. Stylus inflexus, filiformis. Stigma foliaceum, inflexum. Drupa oblonga; ossiculo uniloculari. ROTTBOEL.

202. COSTVS. Spadix. Calyx tridentatus. Corolla sexfida, irregularis. Capsula? trilocularis. Semina angulata.

ALPINIA *spicata* IACQVIN iuxta datum caracterem, solo thalamo seminum pulposo a Costo differt.

203. CANNA. Calyx triphyllus, coloratus. Corolla sexfida irregularis. Staminis forma, eadem quæ lacinia corollæ ultimæ. Capsula? trilocularis. Semina rotunda. Radix tuberosa.

Vsvs. *Orchidum* genuinum usum etiamnum ignoramus, etsi vim aphrodisiacam & demulcentem iis tribuant nonnulli. *Vanillæ* usus notissimus, reficiens. *Scitamineæ* aromaticæ resolventes, tonicæ, etiam extus applicatæ. Essentia radice CVCUMAE est lydius Lapis alcalini salis aquis immixti. THALIA dat Tela, quibus Animalia transfigunt Americani. ROTTBOEL ex ROLLANDRO.



TRIBVS VI.


GOVANI (Disperses.)

Oculta quædam harmonia Plantas hæc in unam Classẽ unit. Indubia certe adfinitas MVSÆ, BROMELIÆ, TILLANDSIÆ cum *Scitamineis*; RAVENALLÆ cum ARISTOLOCHIA & STILAGINE; huius cum ASARO & GYNNERA; ASARI cum PISTIA; PISTIÆ vero cum STRATIOTE, NYMPHÆA, HYDROCHARI &c. At hisce adfinis TAMVS, RAIANIA, VISCVM, THESIVM, OSYRIS, aliæque involucri floralis pariter unico, & Fructu monospermo donatæ. Ergo Genera hæc sub una Tribu militabunt, etsi Stamina nunc germi- ni insideant, nunc involucri floris adligata sint, nunc vero ex alio loco oriantur, fructusque modo inferus, modo superus occurrat.

GENS I.

Fructu polyspermo.

204. MUSA. Spatha caduca, multiflora, loco Calycis. Petalum unicum, quinquedentatum, cum nectario monophyllo constituens corollam ringentem. Stamina 5 - 6), non omnia perfecta, ovario infidentia. Bacca infera, trigona. Germina superiora abortantia. GLEDITSCH. ADANSON.
205. HELICONIA. Diversa a MUSA Nectario diphylo, inæquali, ac fructu capsulari. Alii nectarium habent pro secundo folio calycino.
206. BROMELIA. Cal. trifidus, deciduus, Corolla tripetala. Stamina sex, basi latiora. Bacca



Bacca unilocularis, polysperma. Corolla tubulata & trifida LOEFLING.

207. TILLANDSIA. Cal. trifidus, persistens. Corolla trifida & tripetala. Filamenta villosa, sex, e tubo corollæ monopetalæ, ex receptaculo autem, si corolla polypetala. Stigma trifidum. Capsula trilocularis, trivalvis. Semina multa, papposa; pappo longissimo, capillari.

In TILLANDSIA *tenuifolia* capsulam unilocularem vidit LACQVIN.

208. BURSERA. Cal. triphyllus, deciduus. Petala tria. Stamina sex. Theca unilocularis, trivalvis; valvis carnosiss. Semen pellicula pulposa tectum.

- *209. RAVENALLA. ADANSON. Cal. pentaphyllus; folio uno bidentato Stamina sex. Theca fovens semina sebacea pulpa obvoluta.

210. HYDROCHARIS. *Dioica*. Cal. triphyllus. Petala tria. *Mas.* Stamina novem. Germinis rudimentum. *Fem.* Styli sex. Fructus inferus, sexlocularis. Inter Stylos & petala prodeunt sex alii styli lanceolati HALL.

211. NYMPHAEA. Cal. persistens, distinctus a Corolla polypetala. Stamina multa. Antheræ filamentorum margini adnatæ. Stigma peltatum, radiatum, crenatum. Fructus carnosus, multilocularis. Calyx & Corolla ab extimo involuero fructus elongato producta, antherarum fabrica & situs, nec non degeneratio petalorum interiorum in Stamina, remouent a *Papavere*.

NYMPHAEA *Nouchali* BURMANNI fructu drupaceo, non huius Generis.

212. STRATIOTES. Spatha uniflora. Calyx trifidus, persistens. Stamina sena. Styli sex, bifidi. Capsula ? sexlocularis. Semina incurva.
213. PISTIA. Calyx e brevi tubo exiens in laminam trilobam, e qua prodit filamentum crassum, terminatum pelta orbiculari, cui adnatæ antheræ octo. Pericarpium uniloculare, compressum, styliferum. Semina oblonga, obtusa.
214. ASARVM. Segmenta calycis duplo pauciora ac locula fructus, & hæc pariter duplo pauciora ac stamina. Semen in singulo loculo unicum, ovale, superne adfixum callo spongioso.
215. CYTINVS. Cal. profunde quadrifidus. Antheræ sexdecim. Bacca octolocularis, polysperma. Capsula ADANSON.
Flores sexu distincti.
216. ARISTOLOCHIA. Cal. monophyllus, corollaceus, longo tubo donatus; limbo lingulato, integro. Stamina 5 - 6). Antheræ adnatæ subtus stigmatibus. Pericarpium locula, & anguli tot, quot stamina. Semina plana.
217. NEPENTHES. Cal. quadrifidus. Stamina quatuor. Stylus unicus. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis. Semina ARISTOLOCHIAE, ut & antheræ stylo adnatæ.
- * 218. MEBOREA. AVBLET. Cal. sexfidus; segmentis ad basin fovea marginata notatis. Stamina tria, brevissima, stylis adnata. Styli tres, quolibet sustinente stamen unum. Capsula sexlocularis, sexvalvis, trigona. Semina ovata.



219. SALACIA. Cal. quinquefidus, brevissimus. Petala quinque. Filamenta nulla. Antheræ tres, germinis apici inpositæ. Stylus unus, brevis. Stigma unum. Fructus —
220. STILAGO. Cal. monophyllus, hemisphæricus, integer. Filamenta tria, filiformia, germini infidentia. Stylus persistens. Bacca globosa.
- * 221. FOERSTERIA. *Polygama. Fl. hermaphr.* Cal. monophyllus, laciniatus, primo minutus, sexlaciniatus, dein triplo maior factus; laciniis subæqualibus, orbiculatis. Filamenta nulla. Antheræ quinæ, lineares, Stylo adnatæ. Stigma obtusum. Pericarpium globosum, triloculare; loculis dispersis. Seminis latus unum convexum, duo alia plana. *Mas.* Cal. quinquefidus; laciniis subæqualibus. Nectarium glandulæ quinæ, subpedicellatæ, cum staminibus alternæ. Filamenta quinque, brevissima. *Fem.* Cal. *Maris.* Stylus nullus. Stigmata quinque, petaloidea, obcordata. Capsula? quinquelocularis. Semina solitaria, subtriquetra.

Breyniam dixere Cl. FÖRSTERI, ego vero Inventorum nomen ei imposui, cum aliud Plantæ Genus BREYNIAM appellaverim.

222. HVRA. *Monoica. Mas.* Amentum. Cal. diphyllus. Filamenta apice peltata, cincta antheris multis geminatis. *Fem.* Stylus infundibuliformis. Stigma 12-fidum. Capsula 12-locularis. Semina solitaria GLEDITSCH: alii aliter ponunt.
223. TAMVS. *Dioicus.* Cal. sexfidus, rotatus, persistens. *Mas.* Nectarium sublabiatum. Stamina sex. *Fem.* Nectarium idem. Styli tres

tres, in unum coaliti. Cysta involucrio intimo membranaceo triloculari; loculis dispersis.

A SMILACE removent Stamina ex receptaculo proprio prodeuntia; a *Cucurbitaceis* vero cirrhorum, ac corollæ defectus.

224. RAIANIA. *Dioica*. *Mas.* Cal. sexfidus. Stamina sex. *Fem.* Cal. Maris. Styli tres, distincti. Capsula trilocularis? alata; loculo unico fertili.

225. GOVANIA. *Polygama*. Cal. tribulosus, infundibuliformis; laciniis deciduis. *Mas.* Antheræ calyptratae; calyptra elastica. *Fem.* Capsula? trilocularis; loculis monospermis.

226. DATISCA. *Dioica*. *Mas.* Cal. 5 - 9 - fidus. Stamina 5 - 7 - 12). *Fem.* Cal. bidentatus. Styli tres. Capsula? unilocularis, trigona, tricornis, polysperma; ore pervio.

G E N S II.

Fructu monospermo.

* 227. AERVA. FÖRSKÆL. *Polygama*. *Mas.* Cal. quinquefidus. Stamina quinque. *Fem.* Stylus filiformis. Stigmata duo. Capsula monosperma, calyce vallata. *Hermaphr.* Stamina quinque, fertilia, totidemque sterilia, omnia basi connata, reliqua Feminæ.

228. DIALIVM. Cal. pentaphyllus, deciduus. Stamina bina, e latere superiore germinis. Stylus declinatus, subulatus, Fructus —

229. ACAENA. Cal. quadriphyllus. Stamina quatuor. Stylus minimus. Stigma membranaceum, multifidum, coloratum. Peticarpium monospermum, spinosum.



Si fructus superus, referenda ad TRIB.
XXXII.

- * 230. COLPOON. BERGII. Cal. femiquadrifidus. Stamina quatuor, e fundo calycis prope germen prodeuntia. Antheræ quadri-lobæ. Stylus crassus, brevis, subtetragonus. Stigma cruciforme. Germen subinferum, quadrangulare; sinibus excipientibus stamina. Fructus —

Huc retuli, donec fructus innotuerit.

231. BVCIDA. Cal. quinquedentatus. Stamina decem. Pericarpium monospermum. ADANSON. Bacca LINN.

- * 232. WALDSCHMIDTIA. Scop. Cal. quadrifidus. Stamina decem, calycis fauci inserta. Fructus disco elevatus, alatus, monospermus. Semen reniforme.

Apalatoa AVBLET.

- * 233. SARACA. BURMANN. Cal. quadrifidus, infundibuliformis. Stamina sex, calycis fauci inserta. Stylus unus. Fructus disco elevatus, monospermus?

A Dumofis TRIB. XVIII. removet corollæ defectus.

234. CONOCARPUS. Fructificationes capitatae. Cal. profunde quinquefidus, deciduus. Stamina 5 - 10). Pericarpium monospermum.


235. HIPPOURIS. Cal. nullus. Stamen unicum. Pericarpium monospermum.

- * 236. MNIARVM. FÖRSTER. Cal. quadrifidus. Stamen unum. Styli duo. Stigmata simplicia. Pericarpium monospermum. Semen minimum.

237. GYNNERA. Spica ex squamis verticillatis, setaceis, unifloris. Stamina bina, infidentia



- fidencia germini bidentato. Pericarpium monospermum.
238. CYNOMORIVM. *Monoicum. Mas. Cal. quadriphyllus. Stamen unicum. Fem. Cal. idem. Pericarpium monospermum.*
Flores masculi, feminei, hermaphroditi; calyce quadridentato ADANS. Semen subnundum. GLEDITSCH.
239. CERATOCARPVVS. *Monoicus. Mas. Cal. bifidus. Stamina 9 - 10). Fem. Stylus brevis. Pericarpium monospermum, coriaceum. Semen globosum.*
240. THELIGONVM. *Monoicum. Mas. Cal. bifolius. Stamina 8 - 14). Fem. Cal. prioris. Stylus unus. Pericarpium monospermum, petiolatum, coriaceum, subrotundum.*
241. ELAEAGNVS. *Polygamus. ADANS. Hermaphr. LINN. Cal. 4 - 7 - dentatus. Stamina 4 - 7). Pericarpium monospermum, coriaceum.*
242. HIPPOPHAE. *Dioica. Mas. Cal. bifidus. Stamina quatuor, brevia. Fem. Cal. idem, tubulosus. Stylus unicus. Pericarpium monospermum,*
243. OSYRIS. *Dioica. Mas. Cal. trifidus. Stamina tria. Fem. monogynia. Pericarpium monospermum. Drupa GLEDITSCH. at nucem apice cicatrice trigona notatam, nucleo globoso foetam in OSYRI alba vidit LOEFLINGIVS.*
244. TERMINALIA. *Polygama. Hermaphr. Cal. quinquefidus; fundo hispido. Stamina decem. Stylus unicus. Drupa cymbiformis; officulo elliptico, basi obtuso. Mas. Cal. & Stamina prioris.*



245. NYSSA. *Polygama* LINN. *Dioica* ADANS. *Mas.* Cal. quinquefidus. Stamina decem. ADANS, quinque LINN. unicum GLEDITSCH. *Fem.* aut *Hermaphr.* Cal. prioris. Stylus unicus. Drupa LINN. Bacca monosperma ADANS. Drupa nucleo sulcato GLEDITSCH.
246. VISCVM, *Dioicum.* *Mas.* Cal. quadridentatus. Stamina quatuor. *Fem.* Germen coronatum foliis quatuor DV HAMEL. Bacca unilocularis, monosperma.
247. LORANTHVS, *Dioicus.* & *Hermaphr.* Cal. hexaphyllus. Stamina sex, calycinorum foliorum basibus inserta. Antherae subgeminæ. Stigma nullum, aut obtusum. Bacca unilocularis, monosperma. Semen teres, oblongum.
- * 248. SAELANTHVS, FORSKAEL. Cal. quadriphyllus. Stamina quatuor. Nectarium annulus elevatus extra pistillum. Germen urceolatum. Bacca? monosperma. Seminis cortex membranaceus.

VSVS æconomicus. MYSAE fructus edules, BROMELIAE autem *Ananas* est sans contredit le fruit d'Amerique le plus beau & le plus délicieux, sa chair se fond toute en eau dans la bouche, celui qui est rouge est ordinairement plus estimé. BARRERE. Ex baccis VISCI, eiusque cortice, paratur gluten pro aucupio.

— medicus. ASARVM vivum emeticum. ARISTOLOCHIAE acres, unaque ex his anguibus lethalis, unde *anguicida* dicta IACOVINIO.



TRIBVS VII.

AVBLETII. (*Strictæ.*)

Fructus his pariter inferus & stamina tot, aut duplo plura ac folia vel segmenta calycina. Sed & omnibus Corolla polypetala; stamina vero in nonnullis ex calyce, in aliis autem ex receptaculo prodeuntia. Sunt & Floribus sexu distinctis SERPICVLA & SCOPOLIA, est & MENTZELIA polyandra, ac præter calycem & corollam, nectario quoque instructum PROTIVM. TATTIAM pariter & CYPHIAM huc retuli ob situm germinis, & floris fabricam, etsi fructus structura etiamnum lateat.

GENS I.

Fructu sicco.

249. CIRCAEA. Cal. diphyllus. Petala duo. Stamina bina. Capsula bilocularis, basi dehiscens; loculis monospermis.
- * 250. AVLAX. BERGII. Cal. quadriphyllus. Petala quatuor. Stamina quatuor, petalis incerta. Pericarpium? tetragonum.
251. LVDWIGIA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Capsula? tetragona, quadrilocularis.
252. EPILOBIVM. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina octo, inæqualia. Stigmata quatuor. Capsula longa, tetragona, quadrilocularis, quadrivalvis. Semina papposa, receptaculo setaceo adfixa.
253. OENOTHERA. Diversa ab EPILOBO inprimis feminibus nudis.



- * 254. SKINNERA. FÖRSTER. Cal. quadrifidus, infundibuliformis, coloratus. Petala quatuor (*Neslaria* FÖRSTER). Stamina octo. Capsula? quadrilocularis, oblonga, polysperma. Semina ovata.
- * 255. CARICTERIA. Scop. Cal. quadrifolius, demum subdeciduus. Petala quatuor. Stamina octo. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, polysperma. Semina minutissima.
Iussiaea adfinis LOEFLING.
256. IVSSIAEA. Cal. 4 - 5 - fidus. Petala 4 - 5). Stamina 8 - 10). Capsula 4 - 5 - locularis, polysperma, angulis dehiscens.
- * 257. SCHEFFLERA. FÖRSTER. Cal. quinque-dentatus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli 8 - 10) - persistentes, breves. Capsula? 8 - 10 - locularis; loculis monospermis. Semina semicircularia, compressa.
258. NEVRADA. Cal. quinquefidus. Petala decem. Stamina decem. Styli decem. Capsula decemlocularis? aculeata; loculis monospermis,
Cal. multipliciter imbricatus FORSKAEL.
259. DECVMARIA. Cal. folia decem. Petala decem. Stamina duodecim. Stylus unicus. Fructus decemlocularis GLEDITSCH.
- * 260. ACISANTHERA. BROWN. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem. Capsula? bilocularis, polysperma.
261. MENTZELIA. Cal. pentaphyllus. Petala quina. Stamina ad 30). Capsula longissima, cylindracea, unilocularis, trivalvis. Semina circiter sex. IACQVIN.
- * 262. TATTIA. Scop. Cal. sexfidus. Petala sex, villosa. Stamina 18). Styli tres. Fructus —
NAPIMOGA AVBLET.

- * 263. **CYPHIA**. BERG. Cal. quinquefidus. Petala quinque, linearia. Stamina quatuor, pilosa. Stigma cernuum, gibbosum. Fructus —
- * 264. **CARPODETVS**. FÖRSTER. Cal. quinque-dentatus. Petala quina, parva, ovata. Stamina quinque. Stylus filiformis. Pericarpium globosum, quinqueloculare. Semina aliquot, subangulata.
265. **COMBRETVM**. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina octo, longissima. Stylus longus. Pericarpium tetragonum, uniloculare; angulis alatis. Semen unicum, ovato-oblongum. AVBLET.
266. **GAVRA**. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina octo. Pericarpium monospermum.
267. **TRAPA**. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Pericarpium nuciforme, monospermum, spinis quatuor oppositis armatum.
268. **SERPICVLA**. *Monoica. Mas.* Cal. quadrifidus. Petala quatuor. *Fem.* Nux? cylindrica, unilocularis, nucleum unicum fovens, exarata torulis octo cartilagineis.
- * 269. **SCOPOLIA**. FÖRSTER. *Monoica. Fl. hermaphr.* Cal. quinquedentatus, exiguus. Styli tres, brevissimi. Germen monospermum? Fructus — *Mas.* Cal. prioris. Petala quinque, lanceolata, horizontaliter patentia. Stamina quinque, subulata.
- * 270. **HALORAGIS**. FÖRSTER. Cal. quadrifidus. Petala quatuor, erecta. Stamina octo, filiformia. Styli quatuor, brevissimi. Stigmata quadrangularia, papulosa, truncata. Nux globosa, fovens ossiculum quadriloculare, osseum; nucleis solitariis minutis.



- *271. **TACCA.** FÖRSTER. Cal. sexphyllus. Petala sex, calyce testā, cucullata, fornicibus stamina occultantia. Stamina duodecim, brevissima, vix ulla, petalorum cucullis per paria innata. Antheræ retrorsum arcuatæ, duæ singulo petalo innatæ, approximatae. Styli tres, breves, basi coaliti. Stigmata biloba, obcordata. Pericarpium, ovatum, rugosum, obsolete angulatum, coronatum calyce, triloculare, polyspermum.

Bacca non potest esse sicca.

G E N S II.

Fructu succulento.

- *272. **PROTIVM.** BURMAN. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Nectarium urceolatum, cingens germen. Stamina octo. Drupa unilocularis.
273. **MEMECYLON.** Cal. indivisus; fundo striato, urceolari. Petala quatuor. Stamina octo, apice truncata & dilatata. Antheræ laterales. Bacca coronata.
274. **OPHIRA.** Invol. bivalve, triflorum. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus unus. Stigma emarginatum. Bacca unilocularis, disperma.
- *275. **BOCKIA.** Scop. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Stamina decem; quinque longioribus. Stylus longus. Stigma acutum. Bacca globosa, unilocularis, coronata, tetrasperma.

MOVIRI AVBLET.

- *276. **HAMBERGERA.** Scop. Cal. campanulatus, deciduus, quinquedentatus. Petala quin-

quinque. Stamina decem, longa, e calyce prope fundum prodeuntia. Stylus unus. Stigma unum, acutum. Bacca monosperma, subpentagona, ovata, utrinque acuta, cortice subligneo. Semen oblongum, arillatum.

Cacoutia. AVBLET.

- * 277. *EHRHARDIA*. SCOF. Cal. tridentatus. Petala tria. Stamina decem, intra binas glandulas villosas. Filamentum singulum binis glandulis terminatum. Antheræ uniloculares. Stylus longus. Stigma sexfidum. Cista unilocularis, monosperma. Semen testa fragili tectum.

AIOVEA AVBLET.

- * 278. *VOTOMITA*. AVBLET. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Antheræ quasi connatæ in cylindrum. Stylus longus, tubum stamineum perforans. Drupa unilocularis, coronata; officulo unico, striato.
279. *CORNVS*. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Drupa officulo biloculari.
- * 280. *ANGOLAMIA*. ADANS. Cal. folia, petala, & stamina decem. Bacca bilocularis.
- * 281. *APELLA*. ADANS. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Bacca monosperma.
282. *PLECTRONIA*. Cal. obiter quinquedentatus, clausus squamis quinque, villosis. Petala quinque. Antheræ squamis tectæ. Bacca bilocularis; loculis monospermis.
- Alii capsulam coloratam ponunt. Planta rarissima est, crescens ut *BRYONIA*, sed sine cirrhis.



283. **RIBES**. Cal. quinquefidus; laciniis reflexis. Petala quinque, parva. Stylus bifidus. Bacca unilocularis, polysperma.
284. **GRONOVIA**. Cal. quinquefolius. Petala quina. Bacca monosperma.
285. **STRVMPFIA**. Cal. quinquedentatus. Petala quina. Antheræ quinque, sessiles, coalitæ. Bacca umbilicata, unilocularis, coronata, monosperma.

G E N S III.

Vmbelliferis adfines.

D I V I S I O I.

INVOLUCRATAE.

- *286. **POLYSCIAS**. FÖRSTER. Umbella maxima, verticillato-perfoliata. Cal. proprius, margo truncatus, vix conspicue denticulis 5 - 7 - 8) notatus. Petala 6 - 7 - 8), patentissima. Filamenta octo, subulata. Styli nulli. Stigmata 3 - 4 - 5), brevissima. Bacca globosa, calycis margine, & Styli coronata, quadrilocularis. Semina solitaria, triquetra, convexa.

Si caret involucro, STRVMPFIAE succedat.

287. **ARALIA**. Umbella pauciflora. Invol. minimum. Cal. quinquedentatus. Petala quina. Styli totidem, persistentes. Bacca quinquelocularis, coronata. Semina solitaria, oblonga.

ARALIAE monogyniæ IACQVINII ad HEDERAE
Genus forte melius referendæ.

288. **SOLANDRA**. *Polygama*. Umbella quinqueflora. Mares quatuor pedunculati. Fem. unica, sessilis, centralis. Invol. quadriphyl-
lum.

lum. Cal. nullus. Styli duo. Capsula? dicocca. Stamina sex ponit ADANSON.

289. PANAX. *Polygamus*. Umbella multiflora. Invol. folia ad 10). *Hermaphr.* & *Mas.* in distincta Planta. Cal. quinquedentatus. Stamina quinque. Styli duo. Bacca bilocularis, disperma, umbilicata.

290. HEDERA. Umbellæ globosæ. Calycini dentes, Petala & Stamina 4 - 5). Stylus unicus. Bacca pentasperma, receptaculo coronata.

Sed Germen superum in HEDERA *quinquefolia* vidit SCHREBERVS.

291. CISSVS. Umbellæ compositæ. Cal. obsolete quadridentatus. Petala quatuor, minima. Stamina quatuor. Bacca rotunda, umbilicata, monosperma.

Corollam monopetalam in Cisso *arboreo* vidit FÖRSKAEL. Arbor scandens, ut HEDERA.

292. ARCTOPVS. *Dioico - Polygamus*. *Mas.* in distincta Planta. Calyx quinquedentatus. Styli duo. *Fem.* digyna. Pericarpium ossium, 1 - 2 - locale, hispidum. Invol. magnum, spinosum.

Folia subtus crinita, supra spinis stellatis adspersa.

293. ECHINOPHORA. Invol. paritiale sexfidum. Cal. dentes, Petala & Stamina quinque. Styli duo. Pericarpium bilocale; loculis monospermis, hærens in ipso floris pedunculo incrassato.

294. HERMAS. *Polygama*. *Hermaph.* Invol. breve, polyphyllum; paritiale subdiphyllum. Petala quinque, integra. Stamina quinque. Styli duo. Fructus orbiculatus, basi emarginatus, angulis dehiscens. Semina duo, cordato-



cordato-orbiculata, marginata. *Mas.* Invol. Cor. & Stam. prioris.

295. LAGOECIA. Invol. unius folia 3 - 10; alterius 4 - 5). Petala quina, bicornia. Stamina quinque. Stylus unicus. Semen oblongum.

DIVISIO II.

INVOLVRO DESTITVTÆ.

296. PHYLLIS. Cal. diphyllus, exiguus. Petala quinque. Styli nulli. Stigmata bina. Semina bina, ut in *Umbelliferis*.

Caulis arborescens; foliis oppositis, simplicibus; floribus in paniculam dichotomam dispositis.

Vsvs æconomicus. OENOTHERÆ *biennis* radix culta esculenta. TRAPÆ nuclei pariter edules, at stomacho graves.

~~medicus.~~ ANGOLAMIAE fructus habetur pro specifico ad morsus animalium venenatorum. HEDERÆ baccæ cataracticæ, folia vero fonticulis & inflammatæ cuti utiliter applicantur, ac repellendo lacti inserviunt. Gelatina RIBESII cum aqua subacta in morbis acutis egregium medicamentum est, BOERHAVIO laudatum, cuius laudes ad propria experimenta confirmat HALLERVS. ARALIA vi diuretica umbellatis proxima, hinc & Salsaparillæ loco adhibetur.



TRIBVS VIII.

RIVINI. (*Umbelliferæ.*)

Fructifloræ, alternifoliæ, herbacææ, pleræque europeæ, quibus Florum pedunculi ex uno centro exeuntes. Fructus denticulis quinque coronatus, Petala quinque, patula, decidua, denticulis calycinis interposita. Stamina quinque, æqualia, extrorsum versâ. Styli duo, persistentes. Fructus constans binis seminibus, nudis, sæpius aromaticis, quæ matura ab imo sursum separantur. Sunt tamen CACHRIS & CORIANDRVM, quorum fructus constat crusta ab incluso nucleo separabili.

Caulis plerisque validus, ramosus. Folia paucis simplicia. Flores raro rubri, sæpius albi. Cotyledones lineares. Germinatio lenta.

Vtinam benigna rerum parens Natura quamque stirpium Classẽ tam claro & insigni donasset signo, quali Umbelliferas, non profecto tantopere in Classibus instruendis laboraremus. IOH. BAVHIN.

GENS I.

Umbellis compositis.


DIVISIO I.

SEMINE HISPIDO, AVT VILLOSO.

1297. CAVCALIS. Semen aculeatum, oblongum.

CAVCALIS *helvetica* caret Invol. universali; nec in omnibus speciebus Umbellæ compositæ.

TORDYLIUM *Latifolium* & *Anthriscus* LINN.



298. DAVCVS. Semen hirsutum. Invol. duplex, pinnatifidum.
299. ARTEDIA. Semen compressum squamis hispidum. Involucra DAVCI. Flosculi in disco masculi.
- †300. TORDYLIVM. TOVRNEF. Semen orbiculatum, compressum, pilosum, marginatum. Invol. duplex.
- *301. LIBANOTIS. RIVIN. Semen oblongum, striatum, villosum, non marginatum.

Athamantæ LINN. seminibus villosis, & *SCANDIX trichot.* EIVSDEM huc referendæ.

In nonnullis Speciebus semen occurrit Stria marginali instructum, nec ideo tamen marginatum ut in Plantis Divisionis insequentis.

Huc etiam trahi potest BVBON. ob Invol. pariter duplex, & semen striatum, ac villosum. Sed in descriptione BVBON. *Galbani* villorum seminalium non meminit BERGIVS.

D I V I S I O II.

SEMINE ALATO, GLABRO.

- †302. LASERPITIVM. Semen oblongum, quatuor alis instructum. Invol. duplex.
303. ANGELICA. Semen ala marginali; lineis tribus dorsalibus elevatis, ibique cum socio cohærens, alibi liberum. Invol. universale monophyllum, aut nucleo.
304. IMPERATORIA. Semen ovale, in margine alatum, dorso lineatum, tota facie interna cum socio cohærens. Involucra ANGELICAE.
305. SELINVM. Differt ab IMPERATORIA Invol. duplici & Striis dorsalibus quinis.

Involucrum universale quandoque mono- aut diphyllum.

306. ANETHVM. TOVRNEF. Semen subovatum, margine membranaceo cinctum. Invol. nullum.
307. THAPSIA. Semen oblongum, utrinque acuminatum, ala ampla marginali cinctum.

D I V I S I O III.
SEMINE MARGINATO.

Non alato, nec villoso.

308. PEVCEDANVM. Semen oblongum, trifstriatum, ad marginem explanatum, ut alatum videatur. HALL. Invol. duplex.
309. ATHAMANTA. Semen ovatum, compressum, striatum. Invol. duplex.
- ATHAM. *Cervaria, Oreoselinum*, feminibus alatis, ad Genus SELINI; quæ femina hirsuta gerunt, ad LIBANOTIDEM; *Meum* vero ad LIGVSTICVM, referendæ.
310. HASSELQVISTIA. Semina extima ovalia, marginata, crenulata, interiora cavo hemisphærico similia, & solitaria. Flores intimi masculi. Invol. duplex.
311. HERACLEVM. Semen compressum, emarginatum, interne Striis binis fuscis, non elevatis, iisque non ad apicem, nec ad basim usque extensis. Invol. duplex.
312. PASTINACA. Semen compressum, ellipticum, marginatum, Invol. nullum.
313. FERULA. Semen magnum, ovale, planum, basi emarginatum, trilineatum. Styli breves. Invol. duplex.
- An non potius Pericarpium, quam Semen; rimam enim habet, qua diducta Semen excidit.



DIVISIO IV.

SEMINE SVLCATO, AVT STRIATO,

absque margine, & absque alis.

ORDO I.

Involucro duplici.

314. LIGVSTICVM. Semen oblongum, profunde sulcatum, stylis brevibus terminatum.

Siler FL. CARNIOL.

LIGVSTICVM *peloponesiacum* caret semine sulcato.

315. CONIVM. Semen angulato-striatum, quandoque plicatum; plicis subrepandis, crenulatis.

316. AMMI. Semen ovale, trifidum, deflexo stylo terminatum. Invol. primum pinatifidum.

317. BVPLEVRVM. Semen oblongum, striatum. Invol. parziale amplum. Folia saepius simplicia. Petala integra, aequalia.

318. BVNIVM. Semen ovale, per siccitatem evidentius striatum. Petala aequalia. Radix tuberosa.

Semen torulis quinque scabriusculis in BVN. *aromatico.*

319. SIVM. Semen ovatum, striatum. Styli breves. Petala aequalia, aut subaequalia.

Huc referri posset & CICUTA LINN. ob invol. etiam universale paucifolium, nec non SISON LINN. & GINGIDIVM FÖRSTERII.

320. OENANTHE. Invol. subduplex. Petala aequalia. Styli longi. Semen pentagonum, calyce insigni coronatum.

321. CACHRYS. Semen magnum, ovatum, angulatum, fungosum, fovens nucleum. TOVRNEF. *Tab. 172. I. L. Flores flavi.*

ORDO

O R D O II.

Involucro partiali tantum.

322. PHELLANDRIVM. Semen oblongum, sub-
fulcatum, coronatum calyce insigni. Peta-
la inæqualia.

323. AETHVSA. Semen subrotundum, quatuor
fulcis exaratum.

* 324. MYRRHIS. TOVRNEF. Semen pentago-
num, longum. Nonne huius Generis &
Aciphylla FÖRSTERII?

SCANDICIS species nonnullæ LINN.

325. SESELI. Semen ovatum, aut oblongum,
fulcatum.

CYMINVM, & ATHAMANTA *Meum* LINN.

O R D O III.

Involucro nullo.

326. AEGOPODIVM. Semen ovato = oblon-
gum, striatum. Petala exteriora inæqualia.
CARVM LINN. diversum Stylis minimis.

327. APIVM. Semen ovale, inter sulcos fora-
minulatum.

* 328. FOENICVLVM. TOVRNEF. Semen ova-
tum. Petala integra, æqualia. Styli longi.
Folia supra decomposita.

ANETHVM. LINN.

329. PIMPINELLA. Semen ovato = oblongum,
striis tribus, elevatis, pallidioribus. Styli
erectiusculi. Folia composita.

330. SMYRNIVM. Semen hemisphæricum.

D I V I S I O V.

SEMINE LEVI, ABSQVE ALISET STRIIS.

331. CHAEROPHYLLVM. TOVRNEF. Semen
tenue, rostratum, stylis terminatum. In-
vol. parziale.



SCANDIX *Pecten*, *Cerefolium*, *grandiflora*, *procumbens*. LINN.

- * 332. KVNDMANNIA. Scop. Semen cylindraceum. Invol. duplex; universali simplici & ramoso.

SIVM *ficulum* LINN.

333. CRITHMVM. Semen ovale, compressum. Invol. duplex.

334. CORIANDRVM. Pericarpia hemisphærica, in quibus semen eiusdem figuræ. Invol. partiale paucifolium.

G E N S II.

Umbellis simplicibus.

335. ASTRANTIA. *Monoica*. Invol. patens. *Mares & Fem.* in eodem capitulo. Fructus subrotundus, tuberculorum seriebus longitudinalibus scabrum.

336. SANICVLA. *Monoica*. Diversa ab ASTRANTIA fructu setis incurvis hispido.

337. HYDROCOTYLE. Invol. quadriphyllum. Petala integra. Semen semiorbiculato-compressum.

Planta reptans; foliis simplicibus.

338. ERYNGIVM. Semen teres, striatum, calyculatum. Receptaculum paleaceum.

VSVS *economicus*. Esculentæ radices DAVCI *Carotæ*, BUNII *Bulbo castani*, APII, & Semina sicca FOENICVLI, CORIANDRI. PHELLANDRIVM autem Equis infensum.

— *medicus*. CONII *maculati* succus, prudenter adhibitus, laudatur adversus scirrhus viscerum. Ex radicibus ANGELICAE & IMPERATORIAE rite fermentatis, educitur spiritus

ritus valde fortis. Umbelliferæ in universum in radice præsertim & seminibus aromaticæ, aut venenatæ, imprimis aquaticæ, exemplo OENANTHES, PHELLANDRII, CICYTAE, SII *latifolii*; aqua enim stagnans minus salubres vires Plantis largitur. F. HOFFMANN. ANGELICAE *lucidæ* radix in morbis ventriculi & intestinorum a causa frigida, præsertim Colicâ flatulenta & hysterica, expertum est remedium: neque minus efficax in apepsia & anorexia, indeque orta mensium suppressione & chlorosi. MITCHEL.





TRIBVS IX.

VAILLANTII. (*Compositæ.*)

Similes *Umbelliferis*, gemma plerisque radicali, floribus aggregatis, corolla supera, staminibus non pluribus ac segmenta corollæ, nec non fructu sicco, abeunte in semen nudum, sæpius coronatum.

Amplissima Tribus essentiam constituit Corolla monopetala, germi inposita, quarum plures communi calyce, seu involucrio vallatæ sunt; nec non unicum, nudum, proprioque thalamo inpositum semen, excepta AMBROSIA & XANTHIO, quibus semina inclusa.

Sunt annuæ & perennes, fruticosæ & herbacæ; foliis oppositis & alternis; antheris liberis & coalitis; corollis similibus & dissimilibus; seminibus muticis & coronatis; thalamo nudo, paleaceo, piloso; hinc ultima Generum discrimina petenda ex structura Involucri, Seminis, Receptaculi, duce VAILLANTIO, ea tamen lege, ne quælibet differentia novum Genus constituat.

Initium duxi a *Dipsaceis*, a quibus separare non potui EVEAM, ANCISTRVM, & CEPHALANTHVM; etsi genuina fabrica fructus EVEAE, & CEPHALANTHI etiamnum lateat; ad hanc enim Familiam pertinere docet Structura, situsque floris & fructus, nec non flores in capitulum collecti, ac communi involucrio, seu calyce cincti.

Nec dividere a COMPOSITIS *Dipsaceis* potui TAPOGOMEAM & CHESNEAM, ob Flores pariter capitatos, fructum inferum, ac thalamum in priore paleaceum, etsi semen non nudum gerant, sed inclusum, præter indolem COMPOSITARVM.

G E N S I.

Staminum filamentis liberis.

- *339. CHESNEA. SCOP. Flores capitati. Involucra folia quatuor. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque e faucibus corollæ. Stylus longissimus. Stigmata duo. Capsula bipartibilis, bilocularis; loculis monospermis. Semina oblonga.

Carapichea AVBLET.

- *340. EVEA. AVBLET. Flores capitati. Involucra folia quatuor. Calyx quadridentatus. Corolla infundibuliformis, quadrifida, longo tubo donata. Stamina quatuor, tubo corollæ inserta. Germen inferum. Stylus brevis. Stigma bilobum. Fructus —
- *341. ANCISTRUM. FÖRSTER. Invol. com. e foliolis linearibus, parvis, deciduis. Cal. quadridentatus; dentibus aristatis: arista hamis quatuor reflexis terminata. Corolla infundibuliformis, supera, limbo quadrifido, tubo brevissimo. Stamina duo e fundo corollæ. Stylus unicus, filiformis. Stigmata plura penicillata. Semen unicum, oblongum. Receptaculum nudum, angustissimum.
- *342. ROLANDRA. ROTTBOELL. Invol. com. foliolis ovatis, aristatis, colligens flores in capitulum subrotundum. Calyx proprius duplex; exterior inferus, constans squamis binis, carinatis, aristatis, inæqualibus; interior minimus quadridentatus, superus. Corolla infundibuliformis; tubo tenui; limbo quadrifido: laciniis linearibus, patulis. Stamina quatuor; antheris in cylindrum



drum connatis. Stylus bifidus. Semen unicum tetragonum.

343. CEPHALANTHVS. Squamæ distinguunt flores in capitula sphaerica dense collectos, quibus Cal. 4 - 5 - fidus. Corolla 4 - 5 - fida. Stamina 4 - 5), longissima. Semen unicum, lanuginosum, LINN. Capsula disperma DV HAMEL. Receptaculum villosum, globosum.

- * 344. TAPOGOMEA. AVBLET. Squamæ distinguunt flores in capitula congregatos, ac receptaculo communi impositos, quibus Invol. bilobum, vaginæforme; lobis reflexis. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquesida. Stamina quinque, brevissima, tubo corollæ inserta. Stylus unus. Stigmata duo. Bacca unilocularis, dicocca.

345. DIPSACVS. Involucrum com. nullum. Squammæ inter flores 3 - 4 - fidos. Semen saltem apice tetragonum, corona quadrangula, terminatam, glabrum.

346. KNAVTIA. Invol. com. cylindraceum. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Semen tetragonum. Receptaculum villosum,

KNAVTIA *plumosa* Cor. 5 - fidis. LINN.

347. ALLIONIA. Invol. quinquesidum, triflorum Corolla 3 - 5 - fida. Stamina quatuor. Semen & Receptaculum nudum.

- * 348. PTEROCEPHALVS. VAILLANT. Corolla quinquesida. Stamina quinque. Semen coronatum setis 10 - 20). Receptaculum nudum.

SCABIOSA. LINN.

- † 349. SCABIOSA. TOVRNEF. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Semen nudum. Receptaculum paleaceum, aut villosum.

* 350.

- *350. ASTEROCEPHALVS. VAILLANT. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Semen fetis quinis coronatum. Receptaculum paleaceum.
SCABIOSA LINN.

GENS II.

Staminibus connatis.

Excepta KVHNTIA & PARTHENIO.

DIVISIO I.

SEMIFLOSCVLOSAE.

Corollæ uniformes e tubo tenui explanatæ in laminam longam, sæpius truncatam & quinque-dentatam. Caules lactescentes.

ORDO I.

Receptaculo nudo.

351. TRAGOPOGON. Invol. simplex, ad basim usque laciniatum. Semen angulatum. Pappus stipitatus, compositus.
352. SCORZONERA. Invol. imbricatum. Pappus sessilis, compositus.
†353. LEONTODON. Invol. ex tribus foliorum ordinibus. Pappus simplex, stipitatus.
354. LACTVCA. Invol. imbricatum. Semen utrinque acuminatum. Pappus stipitatus, simplex.
355. PRENANTHES. Invol. folia 8 - 10); minoribus aliis ad basim. Corollæ paucæ, Pappus sessilis, simplex.
356. CREPIS. Invol. basi auctum squamis minoribus. Semen striatum. Pappus sessilis, sub-simplex.



357. **HIERACIVM.** Invol. imbricatum. Pappus sessilis, simplex.
SONCHVS LINN.
358. **PICRIS.** Diversa ab **HIERACIO** pappo plumoso; a **SCORZONERA** calyce subconico.
LEONTODON autumnale LINN.
359. **LAPSANA.** Invol. ex squamis parallelis. Semen nudum.
- *360. **RHAGADIOLVS.** **TOURNEF.** Semina radii nuda, centralia papposa.

ORDO II.

Receptaculo subnudo.

- *361. **VIREA.** **ADANS.** Invol. imbricatum, basi auctum. Pappus sessilis, compositus. Receptaculi foveæ marginatæ, aut vallatæ membranula lacera.
LEONTODON bispidum. LINN.
362. **CHONDRILLA.** Invol. calyculatum. Pappus stipitatus, simplex.
- *363. **APARGIA.** **SCOP.** Invol. **HIERACII**, sed pappus compositus, sessilis.
LEONTODON danubiale. IACQVIN.
364. **ANDRYALA.** Invol. simplex. Pappus sessilis, simplex.
365. **HYOSERIS.** Diversa a **LAPSANA** semine squamulis coronato, & thalamo villosa.
- *366. **VROSPERMVM.** **SCOP.** Invol. simplex. Semina, præsertim interiora, tuberculosa, attenuata in caudam terminatam pappo sessili, plumoso, deciduo. Receptaculum villosum, tuberosum.
TRAGOPOGON picrioides. LINN.

ORDO III.

Receptaculo paleaceo.

367. CICHORIVM. Invol. ex binis foliorum ordinibus. Semen corona denticulata ornatum. Receptaculum squamosum.
368. CATANANCHE. Invol. imbricatum. Semen coronatum setulis quinis.
369. SERIOLA. Invol. simplex. Pappus plumosus.
370. GEROPOGON. Invol. ad basin usque in lacinias octo divisum. Semina disci pappo plumoso, radii aristis tribus denticulatis terminata. Paleæ setaceæ. Facies TRAGOPOGONIS.
371. SCOLYMVS. Invol. imbricatum, Semen nudum.
372. HYPOCHOERIS. Invol. imbricatum, Pappus stipitatus, plumosus.

DIVISIO II.

FLOSCVLOSÆ.

Corollæ campanulatae; margine quinque-dentato.

ORDO I.

Capitatae.

Involucrum magnum, ventricosum, ambiens flosculos maiores ac in ordine sequenti.

a) *Receptaculo piloso.*

- * 373. CALCITRAPA. ADANS. Semen coronatum squamis longis.
- * 374. CIRSIVM. VAILLANT. Flosculi æquales. Pappus sessilis, compositus.
- CNICVS & CARDVI plerique LINN.



- † 375. **CARDVVS. VAILLANT.** Diversus a **CIR-**
sio Pappo sessili, simplici.
SERRATVLA LINN.
- * 376. **ATTRACTILIS. HALL.** Setæ latæ, folia-
ceæ, loco Pappi.
CARTAMVS lanatus LINN.
- * 377. **RHAPONTICVM. VAILLANT.** Flores ex-
tими steriles. Semen nudum.
Centaurea species LINN.
- † 378. **CENTAVREA.** Diversa a **RHAPONTICO** fe-
minis pappo simplici.
379. **CYNARA.** Invol. imbricatum squamis basi
carnosis, emarginatis, cum acumine. Re-
ceptaculum pariter carnosum.
380. **CARTHAMVS.** Invol. imbricatum squa-
mis foliolo subovato terminatis.
b) *Receptaculo paleaceo.*
381. **CARLINA.** Invol. squamæ exteriores pin-
natifidæ, intimæ radium præferentes.
Pappus ramosus.
382. **ARCTIVM.** Invol. squamæ uncinatæ. Sty-
lus longus. Pappus subcompositus.
- * 383. **MEISTERIA. Scop.** Invol. ovatum, im-
bricatum squamis subrotundis. Pappus
simplex. Receptaculum carnosum.
Pacourina. AVBLET.
- * 384. **VELTIS. ADANS.** Invol. squamæ spino-
sæ. Pappus simplex.
- * 385. **MITINA. ADANS.** Diversa a **VELTI** pap-
po composito.
CARLINA lanata. LINN.
- * 386. **ACOSTA. ADANS.** Semen nudum.
CENTAVREA spinosa LINN.
- * 387. **POLYCEPHALOS. FORSKAEL.** Invol.
commune nullum. Flores fasciculati; fasci-
culo singulo instructo calyce quadriphyllo,
fovente

fovente flores femineos 9 - 18), hermaphroditos autem paucos. Stigma simplex. Semen nudum. Receptaculum squamatum bracteis fasciculorum floralium.

388. **GVNDELIA**. Invol. ex foliis nonnullis spinosis. Flores quini in uno fasciculo, infidentes receptaculo proprio, quod cum sociis communi thalamo inpositum est. Semen pyriforme, receptaculo proprio immersum, membranula denticulata coronatum. Paleæ tricuspidatæ, receptacula partialia distinguentes.

389. **OEDERA**. Invol. polyphyllum, fovens calyculos partiales pariter polyphyllus. Semen hermaphroditi coronatum paleis plurimis. Receptaculum tam commune, quam partiale paleaceum; paleis deciduis.

c) *Receptaculo nudo.*

* 390. **KOSARIA**. FORSKAEL. Invol. decemfidum, carnosum, Flores exigui, verruciformes. Receptaculum pulposum, in cuius pulpa latent semina ovato-trigona, solitaria.

391. **SPHAERANTHVS**. Invol. commune continet quinque calyces bifloros; floribus hermaphroditis sterilibus, totidemque unifloros; floribus femineis fertilibus & apetalis. Semen setis quinque coronatum.

392. **ELEPHANTOPVS**. Invol. magnum, triphyllum. Calyx proprius quinqueflorus. Flores omnes fertiles & perfecti **GLEDITSCH**. alii aliter ponunt.

393. **ECHINOPS**. Invol. nullum. Flores capitati, pentagoni, multi; calyce proprio polyphyлло, e cuius basi pappus densus exsurgit. Flos centralis sessilis. Semen nudum.



394. ONOPORDON. Invol. spinosum. Pappus sessilis, simplex. Receptaculum cellulis tetragonis excavatum, quæ semina excipiunt pariter angulata.

O R D O II.

Discoideæ.

Invol. cylindraceum. Flosculi minores.

a) *Receptaculo vix ullo.*

395. AMBROSIA. *Monoica*. Invol. monophyllum. *Mas.* Cal. crenis octo. Germen abortans. *Fem.* Cal. integerrimus, uniflorus; denticulis ventralibus quinis. Stigmata binæ. Nux? monosperma.

396. XANTHIUM. *Monoicum*. *Mares* in Amentum globosum congesti, squamis distincti. Cal. polyphyllum. *Fem.* Invol. diphyllum, biflorum. Cal. bifidus. Nux coriacea muricata, bilocularis, bicornis; loculis monospermis. Semina sacculo involuta, imo involucri loco adfixa, oblonga.

b) *Receptaculo villoso.*

397. ARTEMISIA. Invol. imbricatum squamulis rotundatis, conniventibus. Corollæ radii nullæ. Semen nudum. Receptaculum subvillosum.

398. TARCHONANTHUS. Invol. monophyllum, 5 - 7 - fidum. Seminis pappus plumosus, totum semen vestiens. Arbor odore Camphoræ.

399. PTERONIA. Invol. imbricatum. Semen pappus sessilis, subplumosus. Receptaculum setis multifidis.

c) *Receptaculo paleaceo.*

400. STAEHELINA. Diversa a PTERONIA squamis calycinis squamula colorata appendiculatis,

culatis, anthera basi bifida, receptaculo brevissimo, paleaceo. Pappus ramosus. Habitus GNAPHALII.

401. XERANTHEMUM. Invol. imbricatum; squamis interioribus maioribus, coloratis, radium mentientibus. Semina disci papposa, radii nuda.

XERANTH. *variegatum* BERGII, receptaculo nudo, non huius Generis.

402. CALEA. Invol. imbricatum. Semen tetragonum, subpapposum.

403. ATHANASIA. Invol. imbricatum, oblongum. Pappus simplex, brevis. Plerisque folia trifida.

PTERONIA *rigida* & TANACETUM *cithmifolium*. BERGII.

- * 404. CERVANA. FORSKAEL. Invol. æquale. Semen coronatum denticulis seta terminatis.

405. MICROPVS. Invol. 1 - 5 - phyllum; squamis denticulatis. Germina radii apetala LOEFLING. Flores feminei paleis distincti, non vero flosculi in disco. Semen una cum squama calycina decidens.

406. BIDENS. Invol. imbricatum. Corollæ uniformes & diffformes. Semen terminatum aristis binis, scabris.

d) *Receptaculo nudo.*

407. SPILANTHVS. Invol. imbricatum, subhemisphæricum, Corollæ uniformes. Semen aristis binis : una minore.

408. CARPESIVM. Invol. imbricatum; foliis exterioribus reflexis. Fl. hermaph. corolla quinquefida, patula; feminei integra & clausa. Semen nudum.



409. **TANACETVM.** Invol. imbricatum. Fl. hermaphr. corolla quinquefida, feminei trifida. Semen nudum.
410. **ETHVLIA.** Invol. æquale. Corollæ uniformes. Semen nudum. Flosculi a se invicem remoti sunt ob basim seminum latioreni basi corollæ.
411. **SANTOLINA.** Invol. imbricatum, hemisphæricum. Semen nudum, tetragonum.
- * 412. **LEIGHIA.** Scop. Invol. polyphyllum; foliolis 15), æqualibus. Semen nudum, pentagonum.

Kabiria FORSKAEL.

413. **AGERATVM.** Invol. oblongum. Corollæ uniformes. Semen coronatum setis quinis.
- * 414. **KLEINIA.** IACQVIN. Invol. cylindraceum, pentaphyllum; foliolis æqualibus. Semina linearia. Pappus simplex.
- * 415. **ADENOSTEMMA.** FÖRSTER. Invol. polyphyllum; foliolis æqualibus, linearibus, erectis. Semen longum, cylindricum, papulosum, papposum; pappo e glandulis tribus pedicellatis in apice sitis.
416. **CACALIA.** Invol. cylindraceum, basi calyculatum. Corollæ uniformes. Sem. pappus simplex.
417. **TVSSILAGO.** Diversa a **CACALIA** Corollis inæqualibus, pluribus. Scapo aphylo, squamoso, an satis?
- * 418. **SHAWIA.** FÖRSTER. Invol. cylindricum, imbricatum squamis oblongis, 5-6). Sem. solitarii pappus pilosus, basi pubescens.
419. **KVHNIA.** Antherae liberae. Sem. solitarii pappus plumosus.

Antherae in hoc Genere extremitate dehiscen-
tes corollam *Aristolochiæ* referunt.

420. **EVPATORIVM.** Invol. oblongum. Stylus longissimus. Sem. pappus plumosus.
- †421. **FILAGO.** Invol. imbricatum. Tota planta lanuginosa. Flores sexu distincti in eadem, aut distincta Planta. Semen nudum in *Gnaphalio* TOVRNEF. papposum in *FILAGINE* & *ELICHRYSO*. *FILAGO* *Leontopodium* media inter *GNAPHALIA* & *FILAGINES*, nec diversum Genus, attenta Natura, constituit *STOEBE* LINN.
422. **PERDICIVM.** Invol. imbricatum. Corollæ disci, bilabiatae. Sem. pappus simplex.
423. **CHRYSOCOMA.** Invol. imbricatum hemisphaericum. Corollæ uniformes. Sem. pappus subplumosus.
424. **CONYZA.** Invol. imbricatum; foliis exterioribus patentioribus. Flores hermaphr. interiores, quinquefidi; feminei exteriores, trifidi. Sem. pappus capillaris.
- BACHARIS.* LINN. huc referri potest, ut patet ex caractere *BACH. ivaeifoliae* BERGII.
- In *BACH. balimifolia* flores feminei subapicali. DV HAMEL.

D I V I S I O III.

RADIATAE.

Semiflosculi in radio, flosculi in disco; exceptis *SERIPHIO* & *CORYMBIO*, quæ *Compositas* cum *Epicarpiis* coniungunt.

O R D O I.

Receptaculo nudo.

a) *Seminibus papposis.*

*) *Pappo simplici.*

425. **SENECIO.** Invol. cylindraceum; foliolis apice nigricantibus, basi sæpius auctum minoribus,



noribus, adpressis. Corollæ uniformes & difformes.

426. SOLIDAGO. Invol. imbricatum foliolis conniventibus. Semiflosculi vix decem. Semen villosum.

427. ERIGERON. Invol. imbricatum, cylindricum; foliolis tenuibus. Semiflosculi angustissimi, integri, erecti.

† 428. ASTER. Invol. imbricatum, subhemisphaericum. Corollæ in radio ultra decem.

ARNICA *scorpioides*, INVLA LINN. & *Bellidias-trum* MICHEL.

* 429. LIMBARDA. ADANS. Invol. imbricatum, ut in AMELLO, sed receptaculum nudum & folia involucri erecta, tenuia.

430. GORTERIA. Invol. imbricatum, aut octofidum; squamis spinosis. Flores radii integri & tridentati.

Hinc GORTERIA *fruticosa* BERGII receptaculo non nudo, alterius Generis.

GORTERIAE semina una cum calyce decidunt, quem pertinaciter retinent.

431. CINERARIA. Invol. simplex, polyphyl-lum, æquale. Flores tam disci, quam radii fertiles.

**) *Pappo composito.*

* 432. BRACHYOGLOTTIS. FÖRSTER. Invol. cylindricum; foliolis linearibus, erectis, æqualibus. Corollæ in radio paucae, tridentatae. Sem. pappus densus, plumosus.

b) *Seminibus coronatis paleis, setis, aut squamulis.*

* 433. LIDBECKIA. BERG. Invol. multifidum, hemisphaericum. Stylus articulatus. Semen Styli articulo infimo coronatum.

434. OTHONNA. Invol. 7-8-9-fidum. Semen hirsutum, nec pappo coronatum.

Excludenda itaque ab hoc Genere OTHONNA *parviflora*; exceptaculo hirsuto. BERG.

435. TAGETES. Invol. 5-8-fidum. Semen coronatum squamulis 2-6). Receptaculum conicum. Planta suspecta.

436. PECTIS. Invol. pentaphyllum, cylindricum. Semina omnia fetis binis terminata.

437. HELENIVM. Invol. polyphyllum. Semen coronatum, fetis aut squamulis 2-5).

438. LEYSERA. Invol. imbricatum, subrotundum. Semina disci coronata fetis & paleis quinis, disci vero paleis tantum, non vero fetis. Planta fruticosa.

LEYSERA *ericoides* thalamo paleaceo BERGII, non huius Generis; nec datus caracter fert LEYSERAM *gnaphaloidem* EIVSDEM cui flores feminei semine nudo.

439. MATRICARIA. Invol. imbricatum; foliis squamula terminatis. Semen coronatum membrana lacera.

440. BELLIVM. Invol. polyphyllum; foliolis cymbiformibus. Corollæ hermaphr. quadrifidæ, tetrandræ. Semina omnia gerunt coronam paleaceam, octophyllum, nec non aristas octo, simplices. Receptaculum conicum.

c) *Seminibus nudis.*

441. BELLIS. Invol. ex binis squamarum ordinibus, subhemisphæricum. Receptaculum conicum.

442. HIPPIA. Invol. subimbricatum, hemisphæricum. Corollæ radii decem. Semina Fem. latissime marginata.



443. CHRYSANTHEMVM. Invol. imbricatum; squamis marginalibus membranaceis.
444. OSTEOSPERMVM. Invol. polyphyllum. Semen osseum, piliforme, coloratum. Seminis figura alia *hermaphr.* aliaque *feminis*. In nonnullis semina fl. hermaph. abortantia. BERG.
445. CALENDVLA. Invol. polyphyllum. Semina disci membranacea, compressa; radii trigona, incurva.
446. COTVLA. Invol. multifidum; squamis duorum ordinum. Corollæ disci quadrifidæ, radii vix ullæ. Semina disci subnuda, radii margine coronata.

O R D O II.

*Receptaculo paleaceo.*a) *Seminibus coronatis pappo simplici.*

447. TRIDAX. Invol. imbricatum, cylindricum.
448. AMELLVS. Invol. imbricatum, subrotundum. Pappus brevis, paleaceus. Receptaculum setosum GLEDITSCH. paleaceum LINN.

b) *Seminibus aristatis.*

449. VERBESINA. Invol. polyphyllum; foliorum ordinibus binis. Flores in radio pauci. Pappus aristatus.
450. COREOPSIS. Invol. RYDBEKIAE; foliis exterioribus patulis. Semen bicornè, ut in BIDENTE.
451. ZINNIA. Invol. imbricatum, ovato-cylindricum. Flores radii emarginati, 5-15-30), inarescentes. Paleæ involventes semina radii mutica, disci biaristata. Folia opposita.

- * 452. BAILLIARIA. AVBLET. Invol. imbricatum squamis 4 - 5), subrotundis. Corollæ radii septem. Floris feminei germen villosum. Hermaphroditis semina nulla. Semen bicornè, margine membranaceo. Paleæ carnosæ, subrotundæ.

Genus proximum SILPHIO.

453. SILPHIVM. Invol. imbricatum foliolis latis. Semen bicornè, margine membranaceum.
c) *Seminibus coronatis calyculo proprio, aut foliolo uno vel pluribus.*

454. MELAMPODIVM. Invol. pentaphyllum. Semen coronatum foliolo involuto & connivente.

455. HELIANTHVS. Invol. imbricatum. Semen coronatum foliolis binis persistentibus.

456. CHRYSOGONVM. Invol. pentaphyllum. Semen coronatum squamulis tribus, & paleis quatuor involutum.

457. RVDBEKIA. Invol. polyphyllum; foliorum ordinibus binis. Semen marginatum.

- * 458. BORRICHIA. ADANS. Invol. imbricatum. Semen coronatum membrana denticulata. Receptaculum minute paleaceum.

- * 459. WEDELIA. IACQVIN. Invol. quadriphyllum. Corollæ radii ad 8). Semen coronatum calyculo campanulato, subdecemdentato.

d) *Seminibus coronatis pappo composito.*

- * 460. PARDISIVM. BVRMAN. Invol. imbricatum. Seminis pappus plumosus, quinquesetus.

Callicornia EIVSDEM, diversa calycinis squamis coloratis, membranaceis,

e) *Seminibus nudis.*



461. *ACHILLEA*. Invol. imbricatum, ovatum.
Flores radii non ultra decem.
462. *ANACYCLVS*. Invol. imbricatum, hemi-
misphæricum. Semina radii alata, emar-
ginata; disci compressa, ovata.
463. *BVPHTHALMVM*. Invol. imbricatum.
Flores radii stigmatate simplici, disci bifido.
Semina radii coronata margine, disci la-
tere marginata.
464. *ANTHEMIS*. Invol. hemisphæricum, sub-
æquale.
465. *MILLERIA*. Invol. 3 - 4 - fidum, angu-
stissimum, 2 - 5 - florum. Semen trique-
trum.

MILLERIA biflora LOEFLING. flore uno mascu-
lo, alio femineo.

- *466. *MICRELIVM*. FORSKAEL. Invol. quin-
quesidum, corolla longius.
467. *POLYMNIA*. Invol. duplex: exterius 4 -
5 - phyllum, interius decemphyllum.
Character etiamnum dubius. *Tetragonotheca*
Cal. monophyllus, quadrifidus. *Wedelia*
filamenta quatuor. Semen setis decem co-
ronatum. *Bikeræ* ADANS. Cal. nudus, in-
vol. folia 4 - 6). Alia discrimina habet
GLEDITSCH.

- *468. *ENCELIA*. ADANS. Invol. folia ad 20),
Semen villosum.
- *469. *NIEBVHRIA*. SCOP. Invol. hexaphyllum,
cylindricum. Corollæ in radio quinae, in
disco ultra II). Germen coronatum caly-
culo dentato, deciduo. Semina hermaph.
nulla; fem. triquetra.

BALTIMORA. LINN. an ideo Botanicus dicabit
Plantam Mœcenati, quia regio munere
eum ditavit?

470. PARTHENIVM. Invol. pentaphyllum. Flores in radio quini; quatuor masculis. Antheræ liberæ, ut in KVHNIÆ.
471. ECLIPTA. Invol. polyphyllum; binis foliorum ordinibus. Flores radii copiosissimi. Fl. hermaphr. quadrifidi, tetrandri; feminibus nudis.
472. SIGESBECKIA. Invol. 3 - 4 - phyllum. Radius dimidiatus.
473. OSMITES. Invol. polyphyllum, imbricatum. Semen nudum GLEDITSCH. pappum obsoletum ponit LINN.

O R D O III.

Receptaculo piloso, setaceo, tomentoso.

474. ARNICA. Invol. ex squamis æqualibus, erectis. Filamenta quinque absque antheris, latentia intra tubum, semiflosculi singuli. Pappus simplex.
475. ARCTOTIS. Invol. imbricatum, subrotundum; foliolis apice nitidis. Receptaculum setaceum, aut tomentosum. Semen coronatum foliolis quinis.
476. ZOEGEA. Invol. imbricatum, ovatum; squamis ciliatis. Flores radii steriles. Pappus simplex.
- † 477. DORONICVM. HALL. Diversum ab ASTERE feminibus radii nudis, disci papposis; pappo subplumoso, receptaculo villosulo.
478. IVA. Invol. pentaphyllum ADANS. triphyllum LINN. Flosculi in radio quini. Receptaculum pilosum.
479. ERIOCEPHALVS. Invol. decemphyllum. Corollæ radii quinæ, trilobæ; disci quinquefidæ. Receptaculum lanuginosum. Semen



men magnum, hirsutissimum. Frutex *Lavendulæ* odorem spirans.

ORDO IV.

Receptaculo nullo.

480. SERIPHIVM. Invol. imbricatum LINN. duplex. exter. 5 - 6 - phyllo; inter. cylindrico, squamis adnatis aucto. BERG. in descriptione SERIPH. cinerei. Semina hirsutiae longa gaudent.

481. CORYMBIVM. Invol. quasi tubulatum, diphyllum, uniflorum. Corolla infundibuliformis, tubulosa, quinquesida. Semen lanatum, pappo piloso coronatum.

VSVS *œconomicus*. Esculenta in acetariis folia LEONTODONIS, LACTVCAE, BELLIDIS, radices SCORZONERAE, turiones TRAGOPOGONIS. Tinctoriæ ANTHEMIS tinct. BIDENS *cernua*, aliæque. Scabiem Pecorum levat ACHILLEA *millefolium*, & ad vernas Equorum curationes laudatur CICHORIVM. CARTHAMI tinct. flosculis Crocus adulterari solet.

— *medicus*. *Compositarum* lactescentium vires in universum saponaceæ, excepta LACTVCA *virosa*, quæ Opii vim habet. Singulari encomio prædicatur in Ictero & Quartana CICHORIVM. in contusionibus ARNICA *mont.* in pellendis Mensibus MATRICARIA; in coercendis hæmorrhagiis ACHILLEA *millefol.*; ad inertiam bilis ABSYNTHIVM; in Nephritide & ubi urina movenda, VERBESINA *Acmella*; ad luem bovillam *Petasites*; contra Gonorrhoeam benignam receptacula ONOPORDI *Acanthii*. ATRACTILIS vero gummi-fera præbet Gummi feminis turcicis quotidie masticandum.

TRI-

TRIBVS X.

BOERHAVII. (*Epicarpiae.*)

Huc veniunt Plantæ corolla, ut in *Compositis*, monopetala, supera, sæpius staminifera, regulari; sed staminibus liberis, involucri floribus duplici, & seminibus inclusis excepta MORINA.

Stamina plerisque tot, quot segmenta corollæ, nonnullis pauciora, quibusdam plura, eaque in SANTALO, VACCINIO, SCAEVOLA, ex receptaculo prodeuntia.

Cæterum in plurimis Fructus non dehiscens, cuius locula nunc unicum, nunc plura semina continent, Folia alterna, stellata, opposita, nec ideo tamen in plures Tribus dividenda, dum Corolla monopetala fructus inposita, & stamina minime cohærentia, eas in unicam Classem uniunt.

GENS I.

Polypremia.

Staminibus paucioribus ac segmenta Involucris, unde oriuntur.

482. MORINA. Cal. bidentatus. Corolla quinquefida, irregularis; tubo longissimo. Stamina duo. Semen? unicum, coronatum.

Ante florescentiam a Carduis vix distinguenda.

*483. FEDIA. ADANS. Cal. integer. Corolla quinquefida. Stamina quatuor. Stigma orbiculatum; Pericarpium 2 - 3 - loculare, coronatum.

VALERIANA *sibirica* LINN.

†484. VALERIANA. Invol. quinquefidum, calcaratum. Stamina 1 - 3). Stigmata totidem,



dem, cylindrica. Pericarpium uniloculare, pappo coronatum.

485. BOERHAVIA. Invol. campanulatum, plicatum. Stamina 1 - 2). Pericarpium tenue, monospermum.

G E N S II.

Aparines.

Stamina tot, quot segmenta Corollæ. Folia stellata.

486. SHERARDIA. Cal. 1 - 6 - dentatus. Corolla tubulosa. Pericarpium biloculare; septo in SCHERARD. *arvensi* dimidiato. Semina oblonga, angulosa. PONTEDERA.

- †487. GALIUM. Cal. obscurior, ac in SCHERARDIA. Corollæ tubus brevior. Stamina ultra faucem Corollæ elata. Pericarpium 1 - 2 - spermum.

ASPERULA, CRUCIANELLA, VALANTIA LINN.

488. RUBIA. Cal. obscurus. Corolla campanulata, 4 - 6 - fida. Bacca bilocularis.

489. ANTHOSPERMUM. *Polygamum*. LINN. *Hermaphr.* Stamina quatuor Mari, & Fem. Styli duo. Pericarpium fovens semina octo. PONTEDERA.

G E N S III.

Opulinae.

Calyx manifestus. Stamina tot, aut duplo plura, ac segmenta Corollæ. Folia non stellata, sæpius opposita.

Soli GLOBBAE stamina bina.

DIVISIO I.
FRUCTV SICCO.

Inquirendum adhuc an hisce Capsula, aut Pericarpium.

490. HEDYOTIS. Cal. quadriphyllus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata duo. Capsula bilocularis, polysperma.

491. SPERMACOCE. Diversa a priore Capsula? loculis monospermis.

492. KNOXIA. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata duo. Capsula? bilocularis; loculis monospermis, separabilibus.

Faramaea AVBLET. huius Generis, ni fructus dissentiat.

493. DIODIA. Differt a KNOXIA. Calyce bidentato.

494. OLDENLANDIA. Calyx quadridentatus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigma duplex. Capsula? bilocularis, polysperma.

Ita in OLDENLANDIA *stricta* vidit LINN.

*495. NACIBEA. AVBLET. Diversa ab OLDENLANDIA Stylo bifido, an satis?

*496. LIMBORCHIA. SCOP. Diversa a NACIBEA. Stigmatibus binis, an satis?

Coutoubea. AVBLET.

*497. TACHIA. AVBLET. Diversa a *Coutoubea* Calyce quinquedentato, an satis?

PEPLIS *tetrandra* LACQVIN. differt Cal. octofido.

*498. CHEMNICIA. SCOP. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus



lus unicus. Stigma unum. Capsula? unilocularis, disperma.

Robamon. AVBLET.

499. MANETTIA. Cal. octophyllus. Corolla — Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata duo. Capsula? unilocularis polysperma.

500. BELLONIA. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unicus. Capsula? unilocularis polysperma.

Bacca. AVBLET. huius Generis esse videtur.

501. RONDELETIA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unus. Stigma unum. Capsula? bilocularis; loculis monospermis. IACQVIN.

*502. CHIMARRHIS. IACQVIN. Cal. integerrimus. Corolla infundibuliformis, tubo brevissimo. Stamina quinque, basi hirsuta. Stigma bifidum. Capsula bilocularis, bivalvis, coronata. Semina solitaria. *

503. CINCHONA. Cal. obiter quinquedentatus. Corolla extus tomentosa, longe tubulosa. Capsula bilocularis; loculis separabilibus, interne dehiscentibus, polyspermis.

*504. SIPANEA. AVBLET. Diversa a RONDELETIA stigmatibus binis, & Capsulae loculis polyspermis.

Dentella FÖRSTER. differt Corollae laciniis tridentatis.

505. PORTLANDIA *grandiflora*. Cal. pentaphyllo; *hexandra* profunde sexfido. Corolla 5 - 6 - fida; tubo longissimo. Stamina 5 - 6). Stylus unus. Stigma unum. Capsula lignea, apice a destructis calycis indurati laciniis inæqualis, bilocularis, bivalvis; loculis polyspermis. IACQVIN.

506. *GVETTARDA*. Cal. sexdentatus. Corolla sexfida. Stamina 6-7). Stylus unus. Stigma unum. Bacca bilocularis, polysperma. *AVBLET*.

*507. *COVTAREA*. *AVBLET*. Cal. 6-7-lacinatus. Corolla 6-7-fida, infundibuliformis. Stamina 6-7-). Antheræ longissimæ, tenues. Capsula bilocularis, bivalvis; polysperma. Semina imbricata, alata, plana, valvis affixa.

508. *RICARDIA*. Cal. sexfidus. Corolla sexfida. Stamina sex. Stylus trifidus. Capsula trilocularis; loculis monospermis.

509. *GLOBBIA*. Cal. trilobus. Corolla triloba. Stamina duo. Stylus unicus. Capsula trilocularis; loculis polyspermis.

Ob fructum dehiscentem, & polyspermum, *Tricoccis* adnumerari non potuit.

510. *HALLESIA*. Cal. 4-5-dentatus. Corolla 4-5-fida. Stamina 12-16).

Pericarpium osseum, tetragonum, tetrapterum; loculis monospermis.


D I V I S I O II.

FRUCTV SVCCVLENTO.

*511. *LYGISTVM*. *BROWN*. Cal. dentes, Segmenta Corollæ, Stamina quatuor. Bacca quadrilocularis, tetrasperma.

512. *VACCINIVM*. Cal. breviter quadrifidus. Corolla quadridentata, subrotunda. Stamina octo, bicornia. Bacca quadrilocularis, polysperma.

513. *FVCHSIA*. Cal. integer. Corolla 6-8-fida. Stamina 4-8). Stylus unicus. Bacca quadrilocularis, polysperma.



514. *HAMELIA*. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Stamina quina. Stylus unus. Stigma unum. Bacca quinquelocularis, coronata, polysperma.

Sabicea. AVBLET. diversa stigmatibus quinis.

- *515. *NONATELIA*. AVBLET. Diversa ab *HAMELIA* Stylo bifido & Baccæ loculis monospermis.

516. *LAVGIERIA*. Cal. irregularis, monophyllus. Corolla quinquefida. Stamina quina. Stylus unicus. Stigma unum. Drupa ossiculo quinqueloculari.

517. *GENIPA*. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unus. Stigma unum. Bacca bilocularis, polysperma.

Ourouparia. AVBLET huius Generis.

- *518. *BERTIERA*. AVBLET. diversa a *GENIPA* Stigmate bilamelloso.

Huc referenda *Socoyena* EIVSDEM.

- *519. *SIMIRA*. AVBLET. diversa a *BERTIERA* Stylo bifido.

Polycourea. EIVSD. huc pertinet, si fructus baccatus.

- *520. *MAPOVRIA*. AVBLET. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque Stylus -- Stigmato duo. Fructus --

521. *PAVETTA*. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigma unum. Bacca bilocularis; loculis monospermis.

Manabea AVBLET. Diversa Stylo bifido.

522. *PETESIA*. Diversa a *PAVETTA* stigmatibus binis & Bacca polysperma. LINN.

523. IXORA. Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Bacca bilocularis; loculis dispermis.

524. SICELIVM. BROWN. Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata duo. Bacca bilocularis, polysperma.

Vix diversi Generis *Tontanea*, ac forte & *Patatea*. AVBLET. nec alterius *Petesia* IACQUINII, donec fructus innotuerit.

525. HILLIA. Cal. sexphyllus. Corol. sexfida. Stamina sex. Stylus unus. Bacca bilocularis, polysperma.

526. MVSSENDA. Cal. 5 - 6 - fidus. Corolla 5 - 6 - fida. Stamina 5 - 7). Stylus unus. Stigmata duo. Bacca subbilocularis, corticosa, coronata, polysperma.

527. CHOMELIA. Cal. quadridus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata duo. Drupa coronata; ossiculo biloculari.

Malanea. AVBLET.

528. MATHIOLA. Cal. integer. Corolla integra. Stamina quinque. Stylus unicus. Drupa coronata; ossiculo uniloculari.

529. CHIOCOCCA. Cal. quinquedentatus. Corolla 5-fida. Stamina quinque. Stylus unus. Bacca unilocularis, puncto umbilicata, fovens semina 1 - 2).

Katoubeka. H. MALAB. huc referenda.

* 530. PECHEYA. SCOP. Cal. quinquedentatus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata 4 - 5). Bacca unilocularis, umbilicata, monosperma.

Coussarea. AVBLET.



531. **VIBVRNVM.** Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stigmata tria, tuberculiformia. Bacca unilocularis, monosperma.
532. **SANTALVM.** Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida. Stamina octo. Stylus unus. Stigma unum. Bacca unilocularis, monosperma.
533. **PSYCOTHRIA.** Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, longe tubulosa; segmentis reflexis. Stamina quinque. Stigma bilobum. Bacca unilocularis, coronata, dicocca. Semina coriacea.
534. **COFFEA.** Cal. 4 - 5 - dent. Corolla 4 - 5 - fida. Stamina 4 - 5). Stylus unus. Stigmata duo. Bacca unilocularis, coronata, disperma. Semina coriacea.
535. **RONOBEA.** **AVBLET.** Cal. quinquedentatus; squamulis binis ad basim. Corollæ tubus longus, limbus quinquefidus. Stamina quinque, brevia, tubo inserta. Stylus unus. Stigmata duo, lamellosa. Drupa unilocularis, umbilicata, fovens ossicula bina, monopyrena.
536. **SAMBVCVS.** Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stigmata tria. Bacca unilocularis, bisperma.
537. **MORINDA.** Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida; longe tubulosa. Stamina quinque. Stylus unus. Stigmata duo. Bacca unilocularis, 1 - 4 - sperma.
- Alii fructum habent ex pluribus baccis conatis compositum, ut in **ANNOA**.
538. **CATESBAEA.** Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida, longe tubulosa. Stamina quatuor.

quatuor. Stylus unus. Stigma unum. Bacca unilocularis, polysperma.

Valicara. H. MALABAR. addit flori unitatem numeri in omnibus partibus, cæterum eadem; nec alterius Generis videtur esse *Pontaletsie* EIVSDEM.

539. GARDENIA. Cal. folia ensata, non latere, sed margine corollam spectantia. Corolla 5-25-fida, longo tubo instructa. Stamina quinque, brevia. Stigmata duo. Bacca unilocularis, polysperma. Semina minuta. *Contortis* adnumerat LINN. a quibus removet fructus inferus.
540. RANDIA. Cal. 4-6-dentatus. Corolla 4-6-fida. Stamina quina. Stylus unus. Stigma unum. Bacca unilocularis, polysperma; cortice capsulari.
541. STRYCHNOS. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unus. Stigma unum. Bacca unilocularis, polysperma, sub cortice lignoso fovens semina villosa.
542. ERITHALIS. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unus. Stigma unum. Bacca unilocularis, polysperma IACQVIN. decemlocularis LINN.
- *543. RAMSPEKIA. Scop. Cal. quinquedentatus. Corollæ tubus longissimus, limbus quinquefidus; segmentis reflexis. Stamina quinque, intra divisuras corollæ inserta. Antheræ basi adnatæ filamentis. Bacca unilocularis, coronata, polysperma. Semina nidulantia.
- Pesogueria*. AVBLET. proxima CATESBEAE.



- *544. **PHYLLACHNE**. FÖRSTER. *Monoica*. Mas. Cal. triphyllus. Corolla quinquefida. Stamen unicum, basi utrinque glandula notatum. *Fem.* Cal. & Cor. *Maris*. Stylus unus, basi utrinque glandula notatus. Stigma constans glandulis quatuor: binis summis maioribus. Bacca unilocularis, polysperma. Semina affixa receptaculo.
545. **OPHIOXYLON**. *Polygam. Hermaph.* Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unus. Bacca bilocularis, didyma, disperma. Semina hemisphaerica.
546. **MITCHELLA**. Cal. quadridentatus. Corollae geminae unico germine inpositae, quadrididae. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata duo. Bacca unilocularis, disperma. ADANS. bifida, tetrasperma LINN. Planta frutescens, reptans, ut LINNAEA.

G E N S III.

Caprifolia.

His Corolla irregularis.

547. **LONICERA**. Cal. quinquedentatus. Corollae geminae, aut unica, 5 - 6 - fida. Stamina quinque. Baccæ gemellae, uniloculares. Semina 2 - 12).
548. **LIPPIA**. Cal. diphyllus. Corolla sublabiata. Stamina didynama. Capsulae? binæ, uniloculares, monospermæ. IACQVIN.
549. **HALLERIA**. Calyx trifidus; lacinia superiore maiore. Corolla ringens. Stamina didynama. Bacca bilocularis. Semina faepius solitaria, alata.

550. LINNAEA. Cal. quinquefidus. Corolla campanulata, quinquefida. Stamina didynama. Pericarpium biloculare, dispersum, baccam referens.

551. GESNERA. Cal. quinquefidus. Corolla tubuloso-ventricosa, quinquefida, recurvata. Stamina didynama. Capsula subbilocularis, polysperma. Receptacula seminum quatuor. Semina minutissima.

*552. DIERVILLA. TOVRNEF. Cal. duplex; inferior bifolius; superior quinquefidus, persistens. Corolla infundibuliformis, subbilabiata $\frac{2}{3}$. Stamina quinque. Stylus unus. Capsula bilocularis, polysperma. Semina parva.

Lonicerae species LINN.

553. TRIOSTEVM. Cal. quinquefidus. Corolla campanulata, subaequalis. Stamina quinque. Stylus unus. Bacca trilocularis, triperma.

554. SCAEVOLA. Cal. quinquefidus. Corolla tubulosa, irregularis, quinquefida; laciniis secundis, margine membranaceis. Stamina quinque ex receptaculo. Stylus unus. Drupa unilocularis, puncto umbilicata, fovens officulum biloculare.

LOBELIA PLUMIER. IACQVIN.

*555. LAVRENTIA. MICHEL. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, tubulosa. Seta 7-8) verticillatim stylo adnatæ. Capsula bilocularis; loculis polyspermis.

LOBELIA. LINN.

*556. DORTMANNA. RYDBEK. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Capsula? trilocularis.

LOBELIA. LINN.



VSUS æconomicus. RVBIAE radix tinctoria, hinc passim culta, V. MÜLL. V. *Cap.* 3. COFFEAEE semina tosta dant potum hoc ævo usitatissimum, minus salubrem, qui & Europam non levi. Auricopia quotannis spoliatur. Fructus GENIPAE edules, at os colore nigro inficientes. Succus radicis MORINDAE aterrimus, adhiberi potest loco Atramenti.

— *medicus.* CINCHONAE cortex, febrium intermittentium anomalarum optima antidotus, teste Torto, at rite datus, ne suppressi salubres Naturæ motus in opprobrium saluberrimi remedii deteriores morbos post se trahant. Heu quam multi peccant Medici quoad usum Corticis! LINNAEA laudatur ad rheumaticos dolores, SINAPEA vero ad Gonorrhœam. BOERHAVIAE *dianthæ* radix emetica & purgans AVBLET. LOBELIA *siphilitica* habetur in loco natali pro specifico in Lue venerea, quam tamen apud nos solum vere sanat Hydrargyrum. ACHRAS *Sapotæ* cortex Chinæ Chinæ succedaneus IACQVIN. OPHIOXYLON *serpent.* inter alexipharmaca ab Indis numeratur. HERMANN. STRYCHNOS *Nux vomica*, antidotum est alcali volatile. VALERIANA Phumansit, æternumque manebit antiepileptica Planta, suis determinatis in casibus HAEN, *Rat. Med.* VI. in fine.



TRIBVS XI.

BANKSII. (*Campanulatae.*)

Plantæ pariter fructifloræ; involucro uno, aut duplici, staminifero, monophyllo (excepta TVRIA). Staminibus tot, aut paucioribus, ac segmenta Corollæ, iisque sæpius coalitis; Stylo unico; seminibus tectis.

Caracterem peculiarem constituit Invol. primum floris vix tubulosum, regulare sæpius campanulatum, quinquefidum, & cum secundo ita cohærens, ut unicum corpus cum eo efficiat, imprimis; in GENTE II. in qua eiusdem substantiæ cortex exterior calycem, interior vero tunica altius elata corollari constituit.

Hinc *Polemonium* fructu supero donatum ab hac Tribu removendum.

Poterunt itaque CAMPANVLA, IASIONE, ROELA & cum *Cucurbitaceis*, sub una Tribu militare, cum minime naturalior videatur transitus *Cucurbitacearum* in *Aparines*, ac earundem in *Conzortas*.

G E N S I.

FLORE PERFECTO. (*Campanaceæ.*)

557. IASIONE. Invol. commune decemphyllum, parziale quinquedentatum. Antheræ quinæ, coalitæ. Capsula bilocularis.

Cal. communis & antheræ *Compositarum*, sed Fructus DORTMANNAE proximus.

558. ROELA. Cal. quinquefidus; segmentis magnis, ciliatis. Corolla infundibuliformis. Squamæ quinæ ad orificium tubi conniventes. Stamina nectario adnata. Stigmata



ta bina. Capsula bilocularis, aut subbilocularis, cylindrica, coronata, polysperma. Semina angulata, rugosa.

559. CAMPANULA. Calycis ac Corollæ segmenta, Stamina, Stigmata 5 - 6), una cum Stylo demum incrassato persistentia. Filamenta flaccida, basi explanata, germen protegunt. Capsula 3 - 6 - locularis, basi 3 - 6 - valvis; polysperma.

560. PERNETIA. Scop. Cal. folia sex. Corolla campanulata, sexfida. Stamina sex e valvis receptaculum tegentibus, ut in CAMPANULA. Stylus conicus, brevis. Stigmata sex. Capsula hexagona, sexlocularis, polysperma.

Canaria. Non tolleranda nomina plura, idem significantia, ut *Canaria*, *Canarium*; *Melicoccus*, *Melicocca*.

561. PHYTHEUMA. Petalum initio corniculatum demum finditur in lacinias quinas, lineares. Capsula 2 - 3 - locularis.

562. TRACHELIVM. Cal. parvus. Corolla infundibuliformis. Stigmata tria. Capsula trilocularis, trivalvis.

Flores *Valerianæ* confertissimi hinc olim *Valerianis* adnumeratum.

G E N S II.

FLORE IMPERFECTO. (*Cucurbitaceæ*.)

563. MELOTRIA. Hermaph. Stamina tria. Bacca pedicellata, cylindrica, trilocularis. Radix perennis.

564. SICYOS. *Monoicus*. *Mas*. Stamina 3 - 5), connata in cylindrum. *Fem*. Stylus 3 - 5-fidus.

fidus. Bacca sensim arefcens , unilocularis, monosperma.

Capfulam bivalvem; valvis elastice dehiscen-
tibus notat in *SICYOS angulata* CLEYTON.

- *565. LVFFA. ALPIN. *Monoica*. Mas. Stamina quinque. *Fem.* Bacca trilocularis, elastice dehiscens.

MOMORDICAE species LINN.

566. ELATERIVM. *Monoicum*. Mas. Corolla hippocrateriformis. Stamen unum. *Fem.* Capsula coriacea, reniformis, bivalvis, polysperma, elastice dehiscens. Huic nulli cirrhi.

567. MOMORDICA. *Monoica*. Mas. Corollæ tubus brevis. Stamina tria. *Fem.* Stylus trifidus. Bacca trilocularis, elastice dehiscens.

568. CVCVMIS. *Monoica*. Mas. Stamina tria. *Fem.* Bacca non diffiliens , trilocularis. Semina arguta.

569. ANGVRIA. *Monoica*. Mas. Stamina duo, brevia. *Fem.* Filamenta duo sine antheris. Stylus semibifidus. Bacca quadrilocularis.

Ita in ANGVRIA *pedata* IACQVIN.

570. CVCVRBITA. *Monoica*. Mas. Stamina tria. *Fem.* Stylus trifidus. Bacca sexlocularis. Semina obtusa, margine tumida.

Mira structura receptaculi seminalis.

571. TRICHOSANTHES. *Monoica*. Mas. Stamina tria. Segmenta Corollæ ciliata, aut corniculata. *Fem.* Stylus trifidus. Bacca trilocularis, longissima. Semina obtusa, tunicata.

572. FEWILLEA. *Dioica*. Mas. Cal. rotatus. Stamina quinque. Filamenta quinque. *Fem.* trigyna. Bacca trilocularis , operculata , corticosa. Semina angulata.



573. ZANONIA. *Dioica*. Cal. triphyllus. Corolla quinquefida. *Mas.* Stamina quinque. *Fem.* Styli tres. Bacca trilocularis; loculis dispermis.

574. BRYONIA. *Dioica*, & *Monoica*. *Mas.* Calycis segmenta alterna maiora. Stamina tria e fundo calycis prodeuntia. *Fem.* Cal. minor, pedicellatus. Stigmata duo. Bacca rotunda, trilocularis; loculis dispermis.


* 575. TREVOUXIA. Scop. *Monoica*. *Mas.* Cal. quinquefidus. Corolla quinquepetala. Stamina tria; binis bifidis; ramo singulo antherifero. Germinis rudimentum. *Fem.* Cal. & Cor. *Maris.* Filamenta quinque sterilia. Stylus unus. Stigmata tria. Bacca calyce & Stylo coronata, cylindrica, villosa, verrucosa, lineata, bilocularis in TURIA *Leloia* FORSKAEL.

Turia. FORSKAEL.

Cirrho, caulis scandens, folia palmata, florescentia & Fructus, ut in *Cucurbitaceis*.

VSVS *æconomicus*. CAMPANVLARVM & PHYTHEVMÆ radices quædam edules. Fructus CUCUMIS, *Anguriæ*, refrigerantes, æstate deliciofi.

— *medicus*. BRYONIA frigidis tumoribus utiliter applicatur; radix vero pulverisata & ad drachmam unam adsumpta, valide purgat. Odori fructus MOMORDICAE transversim dissecti, specificam vim sanandi lœtærum, tribuunt nonnulli.



TRIBVS XII.

IACQVINII. (*Contortæ.*)

Prioribus accedunt Involucro floris duplici; Corolla monopetala, staminifera: At differunt Calyce deciduo; Corollæ laciniis sæpius extrorsum latioribus, & ad unum latus flexis. Fructu supero, unico, succulento, aut ex binis folliculis polyspermis composito.

Individua, quæ *Cucurbitaceas* cum *Contortis* certiore fœdere iungant, non inveni. Donec itaque dies plura detegat, medium hisce locum *Campanulatas* inter & *Asperifolias* assignavi, ob Corollam staminiferam, & monopetalum, ac Stamina non plura, ac eiusdem segmenta.

GENS I.

Monocarpicæ.

576. ALLAMANDA. Cal. pentaphyllus. Corolla infundibuliformis, semiquinquefida; limbo ventricoso. Filamenta vix ulla. Antheræ sagittatæ, in fauce tubi. Stylus unus. Stigma capitatum, medio coarctatum. Capsula unilocularis, bivalvis, echinata. Semina plurima, imbricata, alata, plana.

*577. THEVETIA. ADANS. Corolla infundibuliformis; squamis quinque nectareis. Stigma unicum. Drupa officulo biloculari; loculis polyspermis.

578. CERBERA. Diversa a THEVETIA nectario quinquedentato. Stigmatibus binis. Drupa magna, punctis binis umbilicata, in qua officulum quadrivalve IACQVIN.

Foliorum venæ semper transversæ.



579. RAUVOLFIA. Corollæ faux clausa villis. Stigmata duo. Drupa unilocularis; officulo uno, aut duplici, biloculari; loculis monospermis.
Fruticulus per dichotomiam divisus. Folia inæqualia.
- *580. GYMNOPOGON. FÖRSTER. Diversum a RAUVOLFIA Drupa coriacea, pedicellata; officulo cartilagineo, subbiloculari.
581. SIDEROXYLON. Corolla rotata, tubulosa. Nectarium squamæ quinæ, cuspidatæ, ad divisuras limbi corollæ positæ. Drupa apice depressa & stellata; officulo uniloculari, monospermo IACQVIN. Corollam decemfidam, laciniis alternis incurvis ponit LINN.
- *582. ROBERTIA. SCOP. Diversa a SIDEROXYLON. staminibus decem & Bacca 3 - 5 - loculari. SIDEROXYLON *decandum*. LINN.
- *583. CARANDAS. RUMPF. Stamina duodecim. Bacca unilocularis, fovens semina 6 - 8).
CAPPARIS. *Carandas* BURMAN. qui icosandram & polygynam facit.
- *584. MELODINUS. FÖRSTER. Corolla rotata, tubulosa. Nectarium ex squamis quinis, multifidis, patulis, laciniis limbi corollæ interpositis. Stylus bipartibilis. Stigma conicum, bipartibile. Bacca globosa, polysperma. Semina nidulantia ita, ut Bacca bilocularis videatur.
585. CARISSA. Stigma simplex. Baccæ binæ, biloculares. Semina compressa, 7 - 8).

G E N S II.

Dicarpia.

586. TABERNEMONTANA. Corollæ laciniae lineares. Thecæ binæ, folliculares, horizontales, modice reflexæ, polyspermæ. Semina intra pulpam inclusa.
- TABERNEM. *grandiflora*, calyce pentaphyllo, irregulari IACQVIN.
587. CAMERARIA. Corollæ tubus basi & apice ventricosus. Stamina ad basim aucta appendice. Antheræ setis binis terminatæ. Pericarpia follicularia, bina, horizontalia, compressa, basi bilocularia, polysperma.
588. PLUMIERIA. Capsulæ binæ, folliculares, uniloculares, polyspermæ. Semina fasciæ membranaceæ, ovatæ ad basim inserta, imbricata. IACQVIN.
589. VINCA. Apex filamenti singuli reflexus. Antheræ laterales. Annulus sub stigmatate. Capsulæ binæ, folliculares, teretes, erectæ. Semina plura, cylindracea, remota, nuda.
590. CEROPEGIA. Corolla basi globosa; laciniiis acutis. Stylus vix ullus. Capsulæ binæ, folliculares, erectæ. Semina papposa.
591. ECHITES. Glandulæ quinæ circa germen. Antheræ in conum conniventes. Capsulæ binæ, folliculares, uniloculares. Semina multa, papposa, receptaculo libero membranaceo affixa.
592. NERIVM. Nectarium Corona lacera infra faucem. Capsulæ & semina CEROPEGIAE. Antheræ capsulam *Burse pastoris* referentes, setam e medio educentes. DV HAMEL.



593. ASCLEPIAS. Corollæ tubus brevis. Stylus nullus, aut exiguus. Stamina minuta. Capsulæ binæ, folliculares, uniloculares. Semina multa, papposa.

PERIPLOCA, STAPELIA, huiusce Generis.

594. CYNANCHVM. Nectarium ex foliis quinis, latere coalitis, assurgentibus in corpuscula quina, aucta apice cucullo biloculari membranaceo. Stamina decem; binis simul ex eodem loco, inter cucullos nectarii. Capsulæ binæ, folliculares, polyspermæ. Semina papposa.

595. PERGVLARIA. Nectararia quina, incurva, semisagittata, mucronata, externe ad basin dente notata.

596. APOCYNVM. Diversum a PERGVLARIA Corolla campanulata & filis quinis cum filamentis alternis.

- *597. DICHONDRA. FÖRSTER. Corolla subcampanulata. Styli duo, interius e basi germinum. Capsulæ? binæ, subglobosæ, uniloculares, monospermæ.

VSVS. NERII *antidysenterici*. cortex celebratur pro specifico in Dysenteria & Hæmorrhagia muliebri; decoctum vero laudatur ad febres, quas & cortex *Cinchonæ* sanat. ADANS. VINCA nostra adstringens, in Equorum morbo *la Mourve* salubris.



TRIBVS XIII.

TOVRNEFORTII. (*Asperifoliae.*)

Tribus hæc *Contortis* accedit calyce monophyllo, corolla monopetala, staminibus e corollæ tubo prodeuntibus, fructu supero, seminibus testis.

Sed Corollæ segmenta non contorta. Thalamus feminum styliifer. Pericarpia sæpius quaterna, monosperma, fundo calycis ampliati affixa. Flores spicati. Folia aspera. Vis medica non acris nec virofa, sed subadstringens, viscidula, aut leniter anodyna, separant a *Contortis*, aliisque.

G E N S I.

Fructu baccato, aut drupaceo.

598. TOVRNEFORTIA. Corolla infundibuliformis; segmentis acutis; tubo ovali. Baccæ alba bilocularis, apice pertusa poris binis. Semina bina bilocularia.

Semina octo PONTEDERA.

599. VARRONIA. Cal. campanulatus. Stigma varium. Drupa fovens ossiculum 4-5-loculare.

Ossicula bina, bilocularia. ADANS.

600. CORDIA. Cal. tubulosus, 3-4-5 dentatus. Stylus bisbifidus. Drupa calycis basi adnata; ossiculo 1-4-loculari: loculis monospermis.

- * 601. FIRENSIA. Scop. Diversa a CORDIA. Calyce 5-6-fido. Corolla 5-6-fida. Staminibus 5-6); Fructu subbaccato, cerasiformi, uniloculari, monospermo.

CORDIA *flavescens*. AVBLET.



602. EHRETIA. Cal. campanulatus, semi quinquefidus. Corollæ laciniae reflexæ. Bacca unilocularis, tetrasperma.

*603. BOVRGIA. Scop. Cal. 5 - 6 - fidus. Corolla 5 - 6 - fida. Stamina 3 - 6). Drupa fovens officulum 4 - 5 - locale.

Salimori. RVMPF.

*604. BOVRRERIA. BROWN. Cal. inæqualiter quinquefidus. Stigmata duo, capitata. Drupa unilocularis, subtetragona, tetracocca. Officula lamellis membranaceis, semicircularibus, transversis aucta, bilocularia. IACQVIN.

605. SIPHONANTHVS. Corollæ tubus tenuis, longissimus. Stamina quatuor. Baccæ quatuor, monospermæ. LINN. aliis unica, tetrasperma.

*606. SCHOBERA. Scop. Cal. quinquefidus; segmentis duobus superioribus minoribus. Corolla hypocrateriformis; tubo ventricoso; fauce villosa. Antheræ quinæ, intra tubum corollæ. Stylus nullus. Stigma pyramidale, obtusum. Capsula subrotunda, didyma fere, umbilicata, quadrilocularis; loculis monospermis. Semina rotunda.

HELIOTROPIVM angiospermum. A. MURRAII.

G E N S II.

Fructu capsulari.

607. MESSERSCHMIDIA. Corollæ tubus basi globosus, faux nuda. Capsula suberosa, bivalvis; valvis dispermis. Semina ossea, incurva.

608. **HYDROPHYLLVM.** Corolla campanulata. Laminæ decem. Stigmata duo. Capsula unilocularis, globosa, bivalvis.
609. **PATAGONVLA.** Corolla rotata. Styli quatuor, ciliati. Capsula unica ADANS. Stylus dichotomus. Pericarpium biloculare. LINN.
610. **COLDENIA.** Cal. profunde quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Styli totidem. Pericarpia bina, bilocularia. LINN. Capsulæ quatuor GLEDITSCH. ADANSON.
611. **CERINTHE.** Corollæ faux pervia. Antherae pone hamulis cohærentes. Pericarpia bina, ossea; bilocularia. Folia minus aspera.
612. **ONOSMA.** Diversa a CERINTHE Pericarpis quatuor, acutis, unilocularibus.
613. **PVLMONARIA.** Cal. prismaticus. Corolla infundibuliformis; fauce pervia. Pericarpia ovata, 1 - 2), disco infidentia.
614. **SYMPHYTVM.** Cal. pentagonus. Germini singulo adfidet squamula nectarifera.
615. **ANCHVSA.** Corollæ faux pervia. Pericarpia subtrigona, acuta.
616. **LITHOSPERMVM.** Corollæ faux pervia. Stigmata bina. Pericarpia quatuor, ossea, polita.
617. **HELIOTROPIVM.** Denticuli segmentis corollæ interpositi. Faux clausa squamulis. Pericarpia subrotunda, rugosa in HEL. europæo.
- * 618. **ARNEBIA.** FORSKAEL. Corollæ faux pervia. Antherae tres longiores, duæ breviores. Stigmata quatuor. Pericarpia extus plana, trigona, intus convexa.
619. **MYOSOTIS.** Corollæ faux clausa squamulis convexis. Pericarpia ovata, lucida, acuminata.



- * 620. RINDERA. PALLAS. Cal. ad basim usque quinquefidus. Corolla quinquefida; laciniis parallelis. Antheræ quinæ sessiles, corollæ laciniis interpositæ. Pericarpia quatuor, alata, receptaculo conico adfixa.

Flores plerique steriles, fructiferi erecti. Calycis segmenta fructificationis tempore reflexa. Semen unum, vel alterum marcescens. PALLAS.

621. CYNOGLOSSVM. Pericarpia quatuor, magna, orbiculata, marginata, in medio depressa, in quibus semen ovale, cantho interiori prope stylum adfixum.

622. ASPERVGO. Cal. iunior tubulosus; segmentis inæqualibus. Pericarpia segmentis calycinis duobus adpositis tecta, ut in *Atriplice*.

623. LYCOPSIS. Corollæ faux clausa; tubo incurvo.

624. BORRAGO. Corolla rotata. Squamarum ordines bini; exterioribus emarginatis, interioribus ex eodem cum filamentis loco prodeuntibus. Pericarpia quaterna, cylindracea.

625. ECHIVM. Corolla irregularis, cornucopiam referens. Stamina inæqualia.

Vsvs. Radix SYMPHYTI contra Podagram etiam laudata, glutine suo tuetur nerveam intestinorum tunicam. Mucos denudatam ab acrimonia dysenterica. Glutinosi pariter fructus CORDIAE *Myxæ*, unde Viscum parant Indi pro aucupio. ECHII radicem lac dispellere aiunt nonnulli; VARRONIAM vero *martinicensem* tumores frigidos resolvere, ac nervos roborare, affirmat AVBLET.

TRIBVS XIV.

PETIVERII. (*Verticillatæ.*)

Proximæ ASPERIFOLIUS. Corolla monopetala, staminifera; Staminibus non pluribus, ac segmenta calycina; Stylo unico, ex receptaculo prodeunte; Germinibus pluribus, ut ASPERIFOLIAE *Gent.* II.

Diversæ tamen Corolla irregulariter incisa, ac sæpius bilabiata: labio superiore galeam, inferiore vero labellum efficiente; Staminibus 2-4): binis longioribus; Seminibus sæpius quaternis, nudis; Floribus ex alis foliorum verticillatim nascentibus; Foliis oppositis; Vi sæpius aromatica.

GENS I.

Staminibus quatuor fertilibus.

DIVISIO I.

CALYCE LABIATO.

626. THYMVS. Calycis ostium villis conniventibus demum clausum. Flores nulla bractea distincti.

627. ORIGANVM. Diversum a THYMO bracteis flores distinguuntibus.

ORIGANI *Maiorana* corolla obscure labiata.

628. CLINOPODIVM. Galea emarginata. Labii segmentum medium emarginatum. Folia setacea, calycibus interposita, aut Verticillo subiecta.

629. DRACOCEPHALVM. Calycis labium superius ovatum, solitarium. Semina subtrigona, oblonga. Bractea inter flores.

630. HORMINVM. Cal. campanulatus, angulatus; lacinia una maiore, emarginata.



631. OCYVM. Cal. labium superius integrum, maius, orbiculatum; inferius quadridentatum. Corolla resupinata; labio uno quadrilobo, alio simplici ac tenui. Filamenta exteriora ad basim processu instructa.
632. MELITTIS. Galea integra. Labii segmenta plana, subrotunda. Semina villosa, disco orbiculato insidentia.
633. MELISSA. Cal. superne planiusculus. Galea bifida. Labium trifidum: lacinia media emarginata.
634. TRICHOSTEMA. Galea falcata. Stamina longissima.
635. SCVTELLARIA. Cal. demum clausus, galeam referens.
636. PRVNELLA. Anthera infra apicem filamentum tuberculo insidens. Labii segmentum medium denticulatum.
637. CLEONIA. Diversa a PRVNELLA stigmatate quadrifido.
638. THYMBRA. Cal. linea villosa utrinque notatus. Stylus semibifidus.
639. PRASIVM. Cal. campanulatus. Semina bacata.
640. PHRYMA. Semen unicum; cæteris abortantibus.

Inquirant Autoptæ an stylus ex receptaculo prodeat.

DIVISIO II.

CALYCE NON LABIATO.

641. GALEOPSIS. Ad basim labii utrinque denscavus, marginalis.
642. LAMIVM. Ad basim labii utrinque dens unus, vel alter non cavus.

643. STACHYS. Stamina exteriora, effuso pol-
line, extra galeam prostantia. Labii laci-
nia media emarginata.
644. SIDERITIS. Calycini dentes aristati. Ga-
lea incisa. Labium trifidum: segmento me-
dio rotundato. Stamina nullo tempore ex-
tra galeam prominentia.
645. BETONICA. Cal. aristatus. Galea integra.
Tubus corollæ curvus.
- † 646. LEONVRVS. Galea elliptica, integra. La-
bium trifidum; segmentis omnibus, aut
lateralibus acuminatis. Stamina villosa.
647. PHLOMIS. Cal. angulatus; angulis tot,
quot dentes. Galea incumbens, compressa,
hirta. Stigma cicatrice laterali in *PHLOMI*
capensi. BERGIVS.
648. NÉPETA. Labii lacinia media crenulata.
Corollæ faux margine reflexo.
649. PERILLA. Calycis segmentum supremum
brevissimum. Stamina remota. Styli duo.
650. MOLVCELLA. Cal. magnus dentatus, spi-
nosus, corolla latior.
651. MARRVBIVM. Calycini dentes spinula ter-
minati. Galea angusta, bifida.
652. BALLOTA. Calyx decem striatus, arista-
tus. Labii segmentum medium emargi-
natum.
653. GLECHOMA. Cal. 15 - striatus. Galea
dorso plicata. Corollæ tubus supra medi-
um lateraliter intropressus.
654. HYSOPPVVS. Calycis lacinia media inferior,
crenulata. Stamina distantia, recta.
655. SATVREIA. Galea bifida. Stamina remo-
ta. Semina hemisphærica.
656. LAVANDVLA. Stamina extra tubum co-
rollæ resupinata.



- †657. AIVGA. Cal. leviter angulatus; laciniis
quinis inæqualibus; suprema minima. Co-
rollæ tubus basi dilatatus, interne prope
germina villis pubescens. SCHREBER.
658. TEVCRIVM. Cal. 10 - striatus. Corollæ
tubus cylindricus, basi curvus. Auriculæ
binæ, suberectæ, loco Galeæ. Lacinia la-
bii media concava, rotundata. SCHREBER.
659. MENTHA. Corolla subringens, quadrifi-
da; lacinia superiore emarginata.

G E N S II.

Staminibus duobus fertilibus.

660. LYCOPVS. Corolla subringens; tubo bre-
vi. Stamina duo, remota. Semina orbi-
cularia.
661. AMETHYSTEA. Cal. campaniformis, pa-
tens. Corolla quinquefida; lacinia infima
patentior; tubo brevi. Stamina duo, ap-
proximata. Stylus in curvus, simplex. Se-
mina ovalia.
- Ob calyces maturos cærulescentes ab HAL-
LERO ita dicta, cæterum LYCOPO simillima.
662. MONARDA. Cal. subæqualis, duplex. OS-
BEK in MONARDA *chinensi*. Corolla ringens,
tubulosa, longa. Galea tenuis, integra,
convoluta. Labium breviter trifidum. Sta-
mina duo. Semina subrotunda.
663. SALVIA. Cal. labiatus. Stamina bina, fur-
cata.
664. ROSMARINVS. Cal. labiatus. Stamina bi-
na, basi spinula appendiculata, hinc a SAL-
VIA vix distinguendus.
665. ZIZIPHORA. Cal. longus, hispidus, cy-
lindricus. Corolla ringens; labio superio-
re

re reflexo. Stamina quatuor; binis sterilibus. Semina ovata, angulosa.

666. COLLINSONIA. Corolla ringens. Labium multifidum. Stamina quatuor; binis sterilibus. Semen unicum, globosum, cætera abortantia.

667. CVNILA. Corolla ringens. Galea plana, erecta, emarginata. Stamina quatuor; binis sterilibus. Semina ovalia, parva.

Calyx tomento clausus, ut in THYMO.

VSVS *æconomicus*. SATVREIA. Pulices fugat. LYCOPO utuntur tinctorum pro colore nigro præstantiore. GLECHOMA *bederacæa* Equis noxia dicitur, at carnes ovium RORISMARINO nutritarum sapidiores & odoratæ. SALVIAS agrestes pro paranda cerevisia Lupuli vices gerere, affirmat FIDYERIVS.

— *medicus*. Verticillatæ pleræque nervinæ, sudoriferæ, emenagogæ; hinc olei essentialis RORISMARINI; guttæ aliquot cum vino sumptæ, menses & Lochia a laxitate fibrarum suppressa revocant. MAIORANÆ & BETONICÆ pulvis errhinus firmat membranam Schneiderianam, eiusque superfluum abstergit mucum. SALVIA *glutinosa* habetur pro specifico in Tussi canina.





TRIBVS XV.

HALLERI. (*Personatæ.*)

His quoque Calyx persistens. Corolla monopetala, decidua, plerisque irregularis. Stamina pauciora, aut non plura, ac segmenta calycis, quæ nota excludit ab hac Classe ELLOTAM, POLYGALAM FVMARIAM, quibus Antheræ plures, ac folia, vel segmenta calycina.

At Stylus in *Personatis* non prodit ex receptaculo, sed ex apice germinis, nec semina nuda sunt, nisi in SCABRITA & VERBENA, quæ Naturam a *Verticillatis* in *Personatas* absque saltu transcurrentem ostendunt. His etiam Germen superum, ideoque LIPPIA, HALLERIA, LINNÆA, aliæque similes pariter didynamæ, sed fructu infero instructæ, ad aliam Classẽ amandatæ.

G E N S I.

Gymnospermæ.

668. VERBENA. Calycis dens unus truncatus. Corolla infundibuliformis, curva, subæqualis. Stamina 2 - 4). Semina totidem.

VERBENAE *capitata* FORSKAEL. Calyx diphyllus. Semina duo.

669. SCABRITA. Cal. integer, tubulosus. Corolla hypocrateriformis, quadrifida; segmentis bilobis. Stamina quatuor. Semina duo, biloba, extus convexa.





G E N S II.

Angiospermae.

D I V I S I O I.

DIANDRAE. f. ANTHERIS BINIS FERTILIBVS.

670. VERONICA. Cal. profunde quadrifidus. Corolla quadrifida, breviter tubulosa; segmento uno minore. Filamenta bina, basi & apice attenuata. Capsula bilocularis. Semina bina, ac plura in uno loculo.
671. CALCEOLARIA. Cal. quadrifidus, æqualis. Corolla bilabiata. Stamina duo, intra labium superius. Antheræ elevatae manubrio per rimam prominulo. Stylus brevissimus. Capsula bilocularis, quadrivalvis, polysperma.
672. PEDEROTA. Cal. quinquefidus; segmento uno longiore. Corolla labiata, tubulosa. Capsula bilocularis quadrivalvis. Semina in uno loculo ad 25).
673. PINGVICVLA. Cal. quinquefidus. Corolla labiata, calcarata. Stamina bifida, ante germen sese contingentia; ramo uno antherifero. Stigma ex binis lamellis. Germen umbraculo terminatum, quod basi sua Stylum ambit, pileo vero stamina protegit. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina receptaculo pedunculato affixa.
674. VTRICVLARIA. Cal. bifolius. Corolla ringens, calcarata. Stamina introrsum curva. Stigma & Capsula PINGVICVLAE, latere dehiscens OSBEK.
675. IVSTICIA. Cal. quinquefidus. Corolla labiata, breviter tubulosa. Capsula bilocularis,



laris, bivalvis; valvis, aut unguibus elasticis sub feminibus.

IVSTICIA *gangetica* & *nutans*, corollis obscure labiatis; IVSTICIA *putata* Cal. pentaphyllo, Corolla limbo trifido LOEFLING.

676. GRATIOLA. Cal. pentaphyllus. Stamina 4-5; uno, aut duobus sterilibus. Capsula bilocularis bivalvis.

*677. RAPVTIA. AVBLET. Cal. quinquedentatus. Corolla bilabiata; labio superiore trifido, inferiore bifido. Filamenta quinque; tribus sterilibus. Squamæ quinæ ad basim singuli filamenti fertiles. Germen disco impositum. Stigma trilobum. Capsula quinquevalvis; valvis introrsum dehiscentibus. Semina solitaria, ovata.

678. SCHWENKIA. Corolla subæqualis; fauce glandulosa, plicata. Stamina quina; tribus sterilibus. Capsula bilocularis, polysperma.

*679. CYRTANDRA. FÖRSTER. Cal. quinquefidus, subbilabiatus. Corolla tubulosa; limbo quinquefido; laciniis binis inferioribus profundius incis. Nectarium urceolatum, ambiens germen. Filamenta duo spiralia in fauce corollæ. Rudimenta duo filamentorum aliorum, infra stamina fertilia. Stigma clavatum, bilabiatum. Bacca bilocularis, oblonga, polysperma.

*680. TAMONEA. AVBLET. Cal. quinquefidus; ore expanso. Corolla ringens; labio superiore integro, inferiore trifido; segmento medio latiore, emarginato, deflexo. Filamenta quatuor, versus medium squamulam proferunt. Antheræ staminum minorum steriles. Stigma 4-5-fidum. Drupa calyce

calyce septa; officulo lignoso 4 - 5 - loculari: loculis monospermis.

- * 681. *PRIVA*. ADANS. Cal. quinquedentatus. Corolla sexfida. Stamina quatuor; binis sterilibus. Drupa hispida, ovata; officulis binis, bilocularibus.

D I V I S I O II.

TETRANDRAE, SED ANTHERIS OMNIBUS FERTILIBUS.

O R D O I.

Fructu drupaceo, aut baccato.

682. *CITHAREXYLLUM*. Cal. quinquefidus. Corolla infundibuliformis; limbo labiato. Drupa fovens officula bina, bilocularia.
683. *VOLKAMERIA*. Cal. quinquefidus. Corollæ tubus longissimus, tenuis; limbus in lacinias subæquales integras directus. Drupa, in qua officula binæ, bilocularia, subhemisphærica.
- * 684. *TALIGALEA*. AVBLET. Cal. 4 - 5 - dentatus. Corollæ tubus longus, pentagonus; limbus quinquefidus, irregularis. Stamina e fundo calycis. Stylus unus. Stigmata duo, setacea. Drupa officulis binis, hemisphæricis, monospermis.
685. *LANTANA*. Cal. vix dentatus. Corolla quadrifida, tubulosa; segmento superiore emarginato. Stamina intra tubum. Drupa officulo biloculari, aut binis unilocularibus.
686. *BONTIA*. Cal. quinquefidus. Corolla ringens; labio revoluta, semitrifido. Drupa coriacea; officulo uniloculari.

Alium fructum in *BONTIA nitida* vidit LOEFLINGIUS.



- *687. CATALPA. Scop. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stigmata duo. Drupa officulo uniloculari.

BIGNONIA *Catalpa*. LINN.

688. GMELINA. Cal. exiguus, subquadridentatus. Corolla subringens, quadrifida. Antheræ duæ simplices, aliæ bipartitæ. Drupa officulo biloculari.

689. CRESCENTIA. Cal. bifidus. Corollæ tubus curvus; segmenta superiora longiora, incisa, revoluta. Germen disco glanduloso insidens. Drupa nucibus pluribus, bilocularibus IACQVIN. Bacca maxima, unilocularis; cortice duro, pulpa spongiosa LOEFLING.

690. CLERODENDRUM. Cal. quinquefidus. Corollæ segmenta quina, subæqualia; tubus filiformis. Bacca monosperma.

Drupa in CLERODEND. *fortunato*. OSBEK.

691. CORNVITIA. Cal. quinquedentatus, campaniformis. Corolla ringens. Stylus corolla & Staminiibus longior. Bacca monosperma, globosa.

692. DVRANTA. Cal. quinquedentatus, tubulosus. Corolla labiata. Drupa officulis quatuor, bilocularibus. Bacca unilocularis, tetrasperma in DVRANTA *Ellisia* LOEFLING.

- *693. WILCKEA. Scop. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Drupa fovens officulum quadriloculare.

Mailelou. H. MALABAR.

694. PREMNA. Cal. subglobosus; segmento superiore emarginato. Corolla quadrifida; segmentis inæqualibus. Stigmata duo. Bacca quadrilocularis; loculis monospermis.

695. VITEX. Cal. quinquefidus. Corolla ringens. Stigmata duo. Bacca quadrilocularis; loculis monospermis.
696. COLVMNEA. PLUMIER. Cal. quinquefidus. Corolla ringens. Antheræ convexæ. Stigmata duo. Bacca bilocularis. Semina cylindrica.

Hinc COLVMN. *chinensis* OSBEKII capfulifera, alterius Generis.

697. BESLERIA. Cal. quadridentatus. Cor. tubus ventricosus, incurvus; Limbus irregularis. Stamina quina; quinto sterili. Germin disco insidens. Bacca bilocularis. Semina plurima, minutissima, nidulantia. AVBLET.

698. BRVNfelsia. Cal. quinquedentatus. Corolla infundibuliformis, longissima; segmentis subæqualibus. Bacca unilocularis, polysperma.

699. OVIEDA. Cal. quinquedentatus. Corolla trifida; tubo longo, subcylindrico. Bacca unilocularis, disperma.

A *Caprifoliis* removet icon OVIEDAE *mitis* BURMANNI, fructum superum indicans; an vero hic Drupa, vel Bacca sit, incertum adhuc.

ORDO II.

Fructu exsucco.

*) — *uniloculari.*

700. SELAGO. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, parum irregularis. Pericarpium monospermum.

701. HEBENSTRETIA. Cal. subtus longitudinaliter dehiscens. Corolla unilabiata: labio quadrifido subæquali; tubo inferiore latere



latere ad dimidium dehiscente. Stamina quatuor : binis margini corollæ infertis.

Capsula unilocularis, bivalvis, disperma.

Frutex floribus sparsis, flosculos scabiosæ referentibus.

702. **LINDERNIA.** Cal. pentaphyllus. Corollæ labium superius breve, concavum; inferius magnum, trifidum. Stamina duo inferiora bifurcata. Stylus unus. Stigmata duo. Capsula oblonga, unilocularis. Semina plurima, minima, thalamo cylindraceo affixa.

703. **VANDELLIA.** Cal. quadrifidus; segmento supremo subbifido. Corolla ringens; labio superiore ovato, simplici; inferiore trilobo. Filamenta quatuor: bina e disco Labii inferioris. Capsula? unilocularis polysperma.

704. **CYMBARIA.** Cal. pentaphyllus, ciliatus. Corolla labiata, tubulosa. Stigma hemisphaericum. Capsula bivalvis; valvis cymbiformibus.

*705. **RVSSELIA.** IACQVIN. Cal. pentaphyllus. Corollæ tubus pilis semiclausus; galea apice reflexa. Antheræ dependentes. Stigma globosum. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina minima.

*706. **MATOVREA.** AVBLET. Cal. quadrifidus. Corolla ringens. Stigma bilamellosum. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Sem. minima, receptaculo affixa.

*707. **CONOBEA.** AVBLET. Cal. 5 - dentatus intra duo folia opposita. Corolla ringens. Capsula unilocularis quadrivalvis, polysperma. Semina minuta.

†708. LATHRAEA. Cal. 2 - 4 - fidus. Corolla ringens. Glandulæ, aut squamulæ ad basim germinis. Capsula unilocularis bivalvis, polysperma.

PHYLIPEA. Cal. bifolio, Corolla sublabiata, seminibus ovatis.

OROBANCHE. Cal. bifido, Corolla ringente; segmentis subæqualibus.

AMBLATVM. Cal. quadrifido, Corolla labiata, Stylo recto.

CLANDESTINA. Cal. quadridentato, Corolla labiata. Stylo recurvo, Valvis elasticis.

709. BROWALIA. Cal. quinquefidus. Corolla subirregularis, umbilico antheris clauso. Capsula unilocularis bivalvis, polysperma.

*710. CRANTZIA. Scop. Cal. quinquefidus, coloratus; segmentis inciso ferratis. Corolla BESLERIAE extus hirsuta, sed Theca unilocularis, coriacea, bivalvis, pulpam fovens, in qua semina plurima, exigua.

BESLERIA *cristata*. LINN.

*711. ALDINIA. Scop. Cal. pentaphyllus. Corolla ringens. Capsula? unilocularis, monosperma. Semen ovatum.

Gendarussa RUMPF. *Iusticia* Species BYRMANN.

712. TOZZIA. Cal. bilabiatus. Corolla ringens; labiis pone in eodem plano positis. Capsula unilocularis, bivalvis, monosperma, ovata.

*) — biloculari.

†) Corolla ringente.

713. TORENIA. Cal. bilabiatus. Corolla ringens. Filamenta inferiora ramulo sterili. Capsula bilocularis, quadrivalvis, polysperma.

TORENIA *glabra* calyce quinquefido OSBEK.



714. BARLERIA. Cal. quadrifidus. Filamenta duo ramosa. Capsula tetragona, bilocularis, bivalvis; valvis elasticis.
715. DIANTHERA. Cal. quinquefidus. Corolla ringens. Filamenta duo, bifida; ramo quolibet antherifero. Capsula bilocularis, valvæ elasticæ.
716. RVELIA. Cal. profunde quinquefidus. Corolla ringens. Stylus bifidus. Capsulæ valvæ ungue elastico instructæ.
- Stamina labio inferiori inserta in RVELIA ring.
- OSBEK.
- Nonne & huius Generis CAMELIA *grandiflora* FORSKAEL?
717. ACANTHVS. Cal. 4-6-phyllus. Corolla unilabiata, trifida. Capsulæ valvæ elasticæ.
718. HYOBANCHE. Cal. sexphyllus. Corolla ringens, unilabiata. Capsula polysperma, absque valvis elasticis.
- *719. CHARACHERA. FORSKAEL. Cal. duplex 2-4-phyllus. Stigma bidentatum. Capsula? disperma.
720. AVICENNIA. Cal. quinquefidus, squamis nonnullis ad basim auctus. Corolla ringens; labio superiore emarginato, subquadrato; inferiore trifido. Capsula bivalvis. Semen magnum, constans lamellis quatuor, carnosus, germinans.
- AVICENNIAE. *officin.* Fructus nuci similis, nucleoli loco fovens succum nigrum. OSBEK.
721. ERINVS. Cal. pentaphyllus. Corollæ tubulosæ segmenta emarginata, æqualia; binis reflexis. Capsula bilocularis, quadrivalvis, polysperma. Semina exigua.



- *722. ACHIMENES. BROWN. Cal. quinquefolius, ciliatus. Stigmata duo, conica. Fructus —
723. ANTIRRHINVM. Cal. quinquefolius. Corolla ringens, basi producta; fauce clausa palato tumido. Capsula bilocularis, varie dehiscens.
- ANTIRRH. *papilionaceum* iuxta iconem BURMANNI alterius Generis.
724. SCROPHVLARIA. Cal. quinquefidus. Corolla resupinata, subglobosa. Rudimentum quinti staminis. Germinis disco insidens. Capsula bilocularis, bivalvis, polysperma.
725. DIGITALIS. Cal. quinquefidus. Corolla ringens, ventricosa. Filamenta longiora basi incurva. Rudimentum quinti staminis ADANS. Capsula ut in SCROPHVLARIA.
726. CHELONE. Cal. quinquefidus. Corollæ labium inferius leniter trifidum. Rudimentum quinti staminis. Capsula priorum. Semina marginata.
727. SESAMVM. Cal. 4 - 5 - fidus. Corolla ringens; segmento intimo duplo maiore. Rudimentum quinti staminis. Stigmata duo. Capsula quadrilocularis, bivalvis, tetragona, polysperma.
728. MARTYNIA. Cal. quinquefidus. Corolla ringens, campanulata. Rudimentum quinti staminis. Capsula quadrilocularis, lignosa, corticata, rostrata, bivalvis, polysperma.
729. CRANIOLARIA. Spatha monophylla. Corollæ ringentis tubus longissimus. Capsula quinquelocularis, bivalvis, lignosa, bistrotris. NUX. LINN. IACQVIN.



730. **BIGNONIA**. Cal. quinquefidus. Corolla ringens, subtus ventricosa; laciniis tribus inferioribus patulis. Capsula elongata, bivalvis. Semina alata.

In **BIGNONIA** *Leucoxylon*. Stamen quintum sterile notat LOEFLING. ut & in *Kerere, incarnata, echinata, alba* & *Kopaia*.

731. **PEDICULARIS**. Cal. quinquefidus. Corollæ galea rostrata. Labii segmentum medium cæteris minus. Capsula acuminata, bilocularis, bivalvis. Semina tunicata.

732. **RHINANTHVS**. Cal. quadrifidus. Discus sub germine. Galeæ apex auricularis. Antherae pilis colligatae. Capsula bilocularis, bivalvis. Semina alata.

733. **BARTSIA**. Cal. bifidus. Corolla ringens. Capsula bilocularis, bivalvis. Semina angulata.

734. **MELAMPYRVM**. Cal. quadrifidus. Galeæ latera replicata. Discus sub germine. Antherae cohærentes; pari uno latiore. Capsula bilocularis, bivalvis. Semina ovata.

735. **EVPHRASIA**. Cal. quadrifidus. Antherarum cohærentium locula acuminata, aut aristata. Capsula bilocularis, bivalvis. Semina pedicello uncinato instructa.

736. **MIMVLVS**. Cal. quadridentatus. Corollæ labium superius, & latera replicata. Stigmata duo, lamellosa. Capsula priorum. Semina plana.

737. **DODARTIA**. Cal. quinquedentatus. Corollæ labium inferius duplo longius superiore. Stigmata bina, lamellosa. Capsula priorum. Semina parva, rotunda.

††) *Corolla non vingente.*

738. OBOLARIA. Cal. bifidus. Corolla quadrida; segmentis inæqualiter laciniatis. Glandula ad basim germinis. Capsula unilocul. bivalvis, compressa. Semina multa, minutissima.
739. LOESLIA. Cal. quadrifidus. Corollæ laciniæ secundæ. Stamina corollæ adversa. Capsula trilocularis, trivalvis?
740. SCHWALBEA. Cal. quadrifidus; segmento superiore minimo, infimo maximo, & emarginato. Corolla quadrida. Capsula? locula monosperma.
741. PETREA. Cal. quinquefidus; laciniis coloratis. Corolla rotata. Capsula? in fundo calycis clauso squamis conniventibus; loculis monospermis. IACQVIN.
742. PEDALIVM. Cal. quinquefidus. Corolla subringens, quinquefida. Filamenta pilis glanduliferis ad basim hirta, inflexa. Antheræ cordatæ; apice glanduloso, aurantiaco. Rudimentum quinti staminis. Stigmata duo. Pericarpium tetragonum; angulis spinosis, loculis monospermis. Nux LINN.
743. GERARDIA. Cal. quinquefidus. Corollæ segmentum inferius quadridum. Capsula bali dehiscens. Semina solitaria, magna, ovata.
744. MANVLEA. Cal. quinquefidus; segmentis linearibus. Corolla quinquefida; laciniis quatuor superioribus magis connexis. Capsula bilocularis, bivalvis, polysperma.
745. STEMODIA. Cal. quinquefidus. Filamenta quatuor, bifida; ramulis omnibus antheriferis. Capsula bilocularis, bivalvis.



746. CAPRARIA. Cal. quinquefidus. Corollæ laciniæ subæquales. Stigma cordatum. Capsulæ apex compressus. Semina minuta.
747. CELSIA. Cal. quinquefidus. Corollæ tubus brevis. Filamenta villosa. Capsula subrotunda, acuminata bilocularis, bivalvis, polysperma.
- *748. PIRIPEA. AVBLET. Cal. quinquefidus; laciniis inæqualibus, tribus squamis ad basim. Corollæ tubus longus, faux clausa tuberculis carnosiss. Stylus brevis. Capsula latere dehiscens, polysperma. Semina minutissima.
- *749. MONTIRA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Corollæ tubus ventricosus, incurvus. Germen disco insidens. Capsula quadrivalvis, biventricosa, polysperma. Semina minutissima.
- *750. NEMIA. BERG. Cal. quinquefidus. Corollæ tubus filiformis. Stamina duo superiora antheris subrotundis, inferiora oblongis. Capsula bipartibilis, introrsum dehiscens.
- *751. MALASMA. BERG. Cal. quinquefidus, campanulatus. Corollæ tubus brevis. Antheræ foliaceæ, bifidæ; laciniis acutis.
752. SIBTORPIA. Cal. quinquefidus. Corolla rotata. Stamina per paria invicem remota. Capsula VERONICÆ.
- SIBTORPIA *europea* flore minimo LOEFLING.
753. LIMOSELLA. Cal. quinquefidus. Corolla infundibuliformis. Stamina per paria approximata. Capsula bilocularis ADANS. unilocularis LINN. bivalvis?
754. BVCHNERA. Cal. quinquedentatus. Corolla hippocrateriformis; tubo longo, tenui,

nui, arcuato; segmentis emarginatis. Antherae binae, extra tubum prominentes. Capsula bilocularis, bivalvis.

VSUS. VERBENAM *officinalem* ad Cephalæam etiam inveteratam commendat HAENIVS? VERONICA *officin.* resolvit, ac potum *Theæ* succedaneum præbet. SCROPHVLARIAE *nodosæ* radix cum sapone applicata, tumores colli frigidos egregie solvit. GRATIOLA emetica, purgans, leviori dosi emenagoga. CORNVTIA *corymb.* dat ex radice oleum aromaticum, in ventriculi debilitate, dolore, vomitu, efficax. BYRMANN. Fructus CRESCENTIAE *Cuiete* largitur Syrupum utilem in contusionibus & læsionibus internis, cortex vero ad vasa adhibetur IACQVIN.





TRIBVS XVI.

ROYENII. (*Tubulatae.*)

Amplissima Tribus eas Plantas complectitur; quibus Corolla monopetala. Germen superum. Stamina non didynama, ex corolla in plerisque prodeuntia.

Involucrum floris plerisque duplex, nonnullis triplex, nempe in illis, quæ Corolla, Calyce, & Nectario gaudent monophyllo, eoque sæpius staminifero.

Staminum hic incertus est numerus; nunc enim pauciora, nunc plura, sæpius tamen tot sunt, quot segmenta Corollæ, eaque in PISONIA, ERICA, RHODODENDRONE, GVALTERIA, DVPINIA *Guanira* ex receptaculo, in POTALIA vero ex vagina, quam efficiunt, prodeuntia. TAPVRA, corolla labiata; nec non VERBASCVM, HYOSCYAMVS, NICOTIANA, corollis irregulariter partitis, Classẽ hanc priori proximam reddunt.

Corollæ polypetalæ hinc excluduntur, adeoque squamulæ nectariæ, quæ, præter Calycem & Corollam, quandoque occurrunt, non habentur pro tertio ac corollaceo floris involucri.

Fabrica fructus in LABACIA, PARALEA, SCEVRA, BINECTARIA, MELIASTRO, PORANA, etiamnum ignota, hinc cuius Divisionis sint, statuere nondum licet.

Alterius quoque Tribus videri possunt SAMYDA, POTALIA, LEEA, DVPINIA, LECYTHIS, PONTOPIDANA, quas tamen ob corollam monopetalam, a calyce distinctam, ac staminiferam, ad aliam Classẽ referre non potui.

G E N S I.

Lurida.

*755. TAPVRA. AVBLET. Cal. sexfidus. Corolla bilabiata, $\frac{3}{2}$. Stamina quina; binis brevioribus, quinto longissimo. Stigma trilobum. Fructus —

756. VERBASCUM. Cal. quinquefidus. Corolla rotata, subregularis. Stamina inæqualia. Capsula bilocularis, bivalvis; valvis bifidis.

757. HYOSCIAMUS. Cal. quinquefidus. Corollæ segmenta subæqualia. Capsula bilocularis, transversim dehiscens.

758. NICOTIANA. Cal. quinquefidus. Corollæ subplicatæ segmenta subæqualia. Capsula bilocularis, bivalvis. Semina exigua, numerosa.

Corollæ figura in singula fere specie variat.

*759. GENIOSTOMA. FÖRSTER. Cal. quinquefidus. Corollæ faux villoso-barbata. Filamenta brevia. Capsula? bilocularis, polysperma. Semina angulata, receptaculo filiformi affixa.

†760. CONVULVULUS. TOURNEF. Cal. varius. Corolla campanulata, plicata. Filamenta inferne latiora. Stigmata 1 - 2). Capsula 2 - 4 - locularis, 2 - 4 - valvis. Semina magna, in CONVULV. *molli* BYRMANNI, arillata.

Ipomea. LINN.

761. EVOLVULUS. Cal. quinquefidus. Corolla rotata, decomplicata. Stigmata quatuor. Capsula 2 - 3 locularis; loculis monospermis.



- *762. NICANDRA. ADANSON. Cal. profunde quinquefidus. Corolla plicata; limbo patente. Pericarpium sphaericum, 3-5-loculare, polyspermum, calyce inclusum.

ATROPA *physalodes* LINN.

763. NOLANA. Cal. & Corolla fere ut in NICANDRA, at Drupa quinquelocularis; loculo singulo fovente ossiculum sphaericum, biloculare.

Semina quina baccata, & denuo alibi 2-4-ocularia ponit LINN.

764. DATVRA. Cal. tubulosus, pentagonus. Corolla quinqueangulato-plicata. Stylus basi incurvus. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis polysperma, saepius echinata.

Semina in unica Planta DATVRAE *Stramonii* numeraravi 29240.

765. PHYSALIS. Cal. quinquefidus. Corolla rotata. Bacca rotunda, bilocularis.

Semina reniformia, in PHYSALI *Alkekengi* 156).

766. WILLICHIA. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina tria divisuris limbi corollae inserta. Capsula bilocularis, bivalvis? polysperma. Receptaculum seminum ex binis hemisphaeriis.

- *767. BARRERIA. Scop. Cal. quinquedentatus, minimus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Antherae coalitae. Stylus brevis. Stigmata tria. Fructus —

Paraqueiba AVBLET.

- *768. MATELEA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Corollae tubus brevis, limbus quinquefidus; lobis incumbentibus. Stamina quinque, brevissima. Antherae in capitulum pentagonum coalitae. Germina duo; uno abortante.

ortante. Styli duo. Capsula elongata, bilocularis, pentagona, bivalvis, verrucosa. Semina plurima, septo affixa, margine crenulata.

769. SOLANVM. Cal. quinquefidus & quinquefolius. Corolla rotata. Antheræ subcoactæ, raro liberæ, poro gemino apice dehiscentes. Bacca bilocularis, polysperma.
770. CAPSICVM. Cal. quinquedentatus. Corolla rotata. Pericarpium elongatum, attenuatum, biloculare, polyspermum.
771. STERIS. Cal. quinquedentatus. Corolla rotata. Styli duo. Bacca unilocularis polysperma.
772. ATROPA. Cal. quinquedentatus. Corolla oblongo-campanulata. Stamina remota. Bacca globosa, calyci expanso inposita.
773. PHLOX. Cal. quinquefidus. Corolla hippocrateriformis. Stigmata tria. Capsula trilocularis, trivalvis.

Caryophylleis adnumerat LINNAEVS.

774. ELLISIA. Cal. quinquefidus. Corolla infundibuliformis. Bacca didyma, bilocularis; loculis dispermis.
- *775. NYCTELEA. Scop. diversa ab ELLISIA capsula bivalvi; Semine uno supra aliud, vix distincto septo transverso.

ELLISIA *Nyctelea*. LINN.

776. LYCIVM. Cal. quinquedentatus. Corollæ infundibuliformis faux clausa barba filamentorum, quæ basi in valvulas dilatantur. Bacca bilocularis, sed unilocularis in *Lycio americano* IACQVIN.
- *777. SCHEFFIELDIA. FÖRSTER. Cal. quinquefidus. Corolla subcampanulata. Filamenta decem, e tubo; quinis fertilibus.



cum castratis alternantibus. Stylus unus, filiformis. Stigma unum. Capsula unilocularis, quinquevalvis. Semina plurima, globosa, affixa receptaculo columnari, in medio capsulae.

778. CESTRUM. Cal. quinquedentatus. Corolla infundibuliformis, fauce globosa. Stamina denticulo instructa. Bacca unilocularis LINN. bilocularis ADANSON. An non Drupa?

GENS II.

Speciosæ.

DIVISIO I.

FRUCTU SICCO ET STAMINIBUS MODO PAUCIO,
RIBVS, MODO TOT, MODO VERO DUPLO PLV.
RIBVS AC SEGMENTA COROLLAE.

ORDO I.

Fructu sicco, uniloculari.

779. PISONIA. *Polygama. Hermaph.* Cal. vix ullus. Corolla infundibuliformis, quinquefida. Stamina (6 - 7 - 8), ex receptaculo. Stylus brevis, tenuis. Stigma penicilliforme. Germen abortans. *Fem.* Cal. & Corolla prioris. Stigmata duo. Pericarpium siccum & succulentum, monospermum. IACQVIN. Sexus mentionem nullam faciunt GLEDITSCH. & ADANSON.
780. LITTORELLA. Cal. tetraphyllus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor, longa, in uno sexu. In alio Calyx nullus. Corolla conica trifida, persistens. Stylus unus, longus. Pericarpium uniloculare.

781. RHACOMA. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Pericarpium uniloculare, monospermum.
782. MIRABILIS. Cal. pentaphyllus. Corolla infundibuliformis, tubulosa. Nectarium globosum. Stamina quinque ex receptaculo. Pericarpium monospermum.
783. CRESSA. Cal. pentaphyllus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Styli duo. Capsula unilocularis, bivalvis, monosperma.
784. GALAX. Cal. decemphyllus. Corolla quinquefida, infundibuliformis. Stamina quinque, brevia. Stigmata duo. Capsula unilocularis, bivalvis, disperma.
785. MONTIA. Cal. 2 - 5 - phyllus. Corolla quinquefida. Stamina 3 - 5). Stigmata tria. Capsula unilocularis, bivalvis. Semina tria.
786. CLEYTONIA. Cal. diphyllus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus unus. Stigmata tria. Capsula unilocularis, trivalvis, trigona, trisperma. ADANS.
- † 787. ARETIA. HALL. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Glandulae 5 - 10), ad originem segmentorum corollae. Stamina quinque. Capsula unilocularis, trivalvis, Semina 3 - 5).

DIAPENSIA, & PRIMULA *vitaliana*. LINN.

788. ROYENA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Glandulae germen cingentes. Stamina decem. Styli duo. Capsula unilocularis, quadrivalvis. Semina quatuor, ossea, calyptrata.
789. SAMYDA. Cal. 4 - 5 - fidus. Corolla (Nectarium LINN.) conica, decemstriata, obtuse decemdentata. Antherae sessiles 8-12), dentibus corollae insidentibus. Stylus unus.



Stigma capitatum. Theca unilocularis, quadrivalvis. Semina multa, pellicula pulposa obvoluta.

Ita in SAMYDA *decandra* IACQVIN.

790. ANDROSACE. Cal. semiquinquefidus. Corolla quinquefida; segmentis integris; tubo ventricoso, ovato; ore glanduloso. Stamina quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, polysperma.
791. PRIMULA. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida; segmentis emarginatis; tubo cylindrico; ore absque glandulis. Stamina quinque. Capsula unilocularis, 5-10-valvis, polysperma.
792. CORTUSA. Cal. patens, quinquefidus. Corolla quinquefida, rotata; fauce annulo elevato. Stamina quinque. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina angulosa.
793. DODECATHEON. Cal. semiquinquefidus. Corolla quinquefida, rotata, reflexa. Stamina quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, polysperma.
- A floribus dependentibus, & quasi ex alto descendentes ita dictum; uti olim Romæ ad cœnam Augusti gens regia, Deos mentiens, quasi e nubibus in scenam descendebat.
794. CYCLAMEN. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, rotata, reflexa; segmentis contortis; tubo brevissimo. Stamina quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, hemisphærica, polysperma.
795. SOLDANELLA. Cal. quinquefidus. Corolla campanulata, fimbriata. Stamina quinque. Capsula unilocularis, elongata, colorata,

rata, decemvalvis. Receptaculum seminum ovale, stylo terminatum.

796. TRIENTALIS. Cal. heptaphyllus. Corolla septemfida, stellata, plana. Stamina septem. Capsula unilocularis, hemisphærica, varie dehiscens.

797. GLAVX. Cal. monophyllus. Corolla quandoque nulla. Stamina quina. Capsula unilocularis, quinquevalvis, hemisphærica, pentasperma.

798. THEOPHRASTA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, complanata sinuata. Stamina quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis? magna, globosa, polysperma.

An non huius Generis *Porana* BURMANNI?

799. HOTTONIA. Cal. profunde quinquefidus. Corolla quinquefida; plicis binis ad basim singuli segmenti. Capsula unilocularis, globosa, polysperma, dehiscens in valvas —

800. MENYANTHES. Cal. quinquefidus, parvus. Corolla quinquefida; segmentis fimbriatis. Stigma discoideum, bifidum, capsula unilocularis, bivalvis, ovata, polysperma.

801. LYSIMACHIA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, rotata. Stamina erecta villosa. Stigma hemisphæricum. Capsula unilocularis, quinquevalvis, subrotunda, polysperma. Semina trigona.

802. ANAGALLIS. Cal. profunde quinquefidus. Corolla quinquefida, rotata. Stamina quinque, erecta, hirsuta. Capsula transversim dehiscens, polysperma. Semina ovata.

803. SAMOLVS. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, rotata; squamis ad basim limbi.



bi. Stamina quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, polysperma.

*804. VOYRIA. AVBLET. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida; tubo longo. Stamina quina, brevissima. Stigma unicum, capitatum. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina valvis adfixa.

†805. GENTIANA. HALL. Cal. dentes tot, quot segmenta Corollæ, & quot antheræ. Stigmata bina. Capsula unilocularis, bivalvis, elongata, polysperma.

CHLORA & SWERTIA. LINN. Nec alterius Generis ORELIA. AVBLET.

806. CORIS. Cal. decemdentatus; dentibus inæqualibus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, pentagona, polysperma.

807. SCOPARIA. Cal. quadrifidus & quadriphyllus. Corolla quadrifida, rotata. Stamina quatuor. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma.

808. CENTVNCVLVS. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida; tubo subrotundo. Stamina quatuor. Capsula unilocularis, transversim dehiscens.

O R D O II.

Fructu biloculari.

809. PLANTAGO. Diversa a CENTVNCVLO staminibus longis, & Capsula biloculari, transversim dehiscente.

810. BVDLEIA. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor, ex incisuris corollæ. Capsula bilocularis, bivalvis, bifidcata, polysperma.

811. EXACVM. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stigma capitatum. Capsula bilocularis, subrotunda, compressa, utrinque sulcata, apice dehiscens, polysperma.

EXACVM *guianense* AVBLET. didynamum alterius Tribus & Generis.

812. POLYPREMVM. Cal. quadriphyllus. Corolla quadrifida, rotata; segmentis obcordatis. Stamina quatuor. Capsula bilocularis, bivalvis, emarginata, compressa, polysperma.

Polypremum ADANS. est VALERIANA *locusta* LINN.

813. RORIDVLA. Cal. quadriphyllus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor inæqualia. Stylus staminibus longior. Capsula oblonga, trivalvis, polysperma, an uni- aut bilocularis, nondum constat. FORSKAEL. longe alium Generis characterem habet LINN. quo ad *Caryophylleas*. prope DROSERAM amandanda foret.

814. HOVSTONIA. Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida, infundibuliformis. Stamina quatuor, brevia. Capsula bilocularis, bivalvis, disperma. Calycem tubulatum, femina foventem, notat LOEFLINGIVS.

815. SYRINGA. Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida. Stamina duo. Stigmata duo. Capsula bilocularis, bivalvis, disperma.

816. ERANTHEMVM. Cal. quinquefidus, tubulosus, angustissimus. Corolla quinquefida; tubo filiformi, longissimo; segmentis subæqualibus. Stamina duo. Fructus —

817. SCHREBERA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, rotata. Stamina quinque.
Squa-



Squamæ quinæ, ciliatæ, ad basim corollæ.
Capsula bilocularis, disperma, dehiscens
in valvas —

818. CVSCVTA. Cal. 4 - 5 - fidus. Corolla 4 -
5 - fida, ovata. Stamina 4 - 5). Squamæ 4 -
5), bifidæ. Capsula bilocularis, transver-
sim dehiscens, disperma.

Capsulam unilocularem, pauca femina foven-
tem vidit in CVSCVTA *americana* IACQVIN.

- *819. CAMDENIA. Scop. Cal. pentaphyllus.
Corolla quinquedentata. Stamina quinæ.
Squamæ quinæ. Stigmata quatuor. Capsu-
la bilocularis, quadrivalvis; loculis disper-
mis.

Vifnu. H. MALABAR.

- *820. BISTELLA. ADANS. Cal. quinquefidus.
Corolla quinquefida, breviter tubulosa.
Stamina quinque, brevia. Squamæ quinæ.
Capsula bilocularis, bivalvis, polysperma.
821. NAMA. Cal. pentaphyllus. Corolla quin-
quedentata. Stamina quinque. Styli duo.
Capsula bilocularis, bivalvis, polysperma
ADANS.

Monogyniam & unilocularem facit LINN.

822. SPIGELIA. Cal. profunde trifidus. Corol-
la tubulosa. Stamina quinque, brevia. Cap-
sula bilocularis, bivalvis, dicocca, poly-
sperma.

- *823. VALLARIS. BURMANN. Cal. pentaphyl-
lus. Corolla quinquefida, hippocrateri-
formis; limbo rotato. Stamina quinque,
cum vesicula a tergo. Stylus unus. Stig-
ma unum. Fructus —

824. LISIANTHVS. Cal. quinquefidus. Corol-
la quinquefida, infundibuliformis; tubo
ventricoso; laciniis recurvatis. Stamina
quin-

- quinque. Stigmata duo. Capsula bilocularis, acuminata, polysperma. LINN. sed & Corollæ limbus 4 - 5 - lobus. Stamina 4 - 5). Antheræ alatæ. Capsula bivalvis; valvis introrsum revolutis. Semina exigua, valvis adfixa. AVBLET.
825. NIGRINA. Cal. quinquedentatus, inflatus. Corolla quinquefida, infundibuliformis. Stamina quinque; antheris basi bifidis. Capsula bilocularis, ovata, polysperma, dehiscens in valvas —
826. HYDROLEA. Cal. quinquefidus; laciniis inæqualibus. Corolla 5 - 6 - fida; tubo brevi; segmentis imbricatis, subrotundis. Stamina 5 - 6), basi cordata, apice incurva. Antheræ nutantes. Styli duo. Capsula bilocularis, bivalvis, ovata, polysperma. Semina minutissima, duplici placentæ septi medii utrinque affixa. AVBLET.
827. MACROCNEVM. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida, campanulata, barbata. Stamina quinque. Stigmata duo. Capsula bilocularis, bivalvis. Semina parva. Capsulam inferam ponit LINN.
828. OPHIORRHIZA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, infundibuliformis. Stamina quinque, brevia. Stigmata duo. Capsula bilocularis, 2 - 4 - valvis, polysperma.
829. CODON. Cal. decemfidus. Corolla decemfida, campanulata. Stamina decem. Theca? bilocularis. Semina intra pulpam.
830. CHIRONIA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, tubulosa. Stamina quinque, ex summo loco tubi. Antheræ spirales. Capsula bilocularis, polysperma.



CHIRONIA. *frutescens*. BERG. capsula uniloculari, bivalvi.

CHIRONIA. *baccifera*. LINN. non huius Generis.

ORDO III.

Fructu triloculari.

- *831. MAIRERIA. Scop. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, infundibuliformis. Stamina quinque, fauci inserta. Germen disco cinctum. Stylus longus. Stigmata duo, lamellosa. Capsula? 2-3-locularis, coriacea, fibrosa, oblonga, calyce ad basin septa; loculis monospermis.

Mouroucoa. AVBLET.

832. LERCHEA. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida, infundibuliformis. Stamina quinque; filamentis vix ullis. Stigmata 2-3). Capsula 2-3-locularis, polysperma.

- *833. SAGONEA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, campaniformis. Stamina quinque, e basi corollæ. Antheræ nutantes. Styli tres. Capsula? trilocularis, subtrigona. Semina plurima, minutissima, placentæ affixa.

- *834. POTALIA. AVBLET. Cal. quadrifidus. Corolla decemfida; tubo brevi. Stamina decem, brevia, basi coalita in membranam. Stylus brevis. Stigma peltatum, striatum. Capsula? trilocularis, subrotunda, subcarnosa, apice compressa; Semina plurima, minima, angulata.

O R D O IV.

Fructu quadriloculari.

- *835. POVTERIA. AVBLET. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida; tubo brevi; feta exeunte intra segmenta. Stamina quatuor. Stigma quadricuspidatum. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis; loculis monospermis. Semina arillata.
836. PENAEA. Cal. diphyllus, caducus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis; loculis dispermis.
837. BLAERIA. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor, ex receptaculo. Capsula quadrilocularis, angulis dehiscens, polysperma.
838. ERICA. Cal. folia 3 - 4 - 6 - 7, ac plura, vel & Cal. monophyllus, quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina octo, ex receptaculo. Stylus cylindricus, quandoque fetaceus, raro angulatus. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, polysperma. Semina minima.

O R D O V.

Fructu quinqueloculari.

- *839. EPACRIS. FÖRSTER. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, tubulosa. Squamulae quinæ, emarginatae, ad basim germinis. Stamina quinque, brevissima: Stylus unus. Stigma capitatum. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis. Semina plurima minima.
840. AZALEA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida campanulata. Stamina quinque.
- N
- Capsula



Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, cylindrica, polysperma.

- † 841. RHODODENDRON. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Stamina decem. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, pentagona, polysperma. Semina minuta.

KALMIA, LEDVM, ANDROMEDA, LINN.

842. EPIGAEA. Cal. duplex; exterior triphyllus, interior quinquefidus. Corolla hipocrateriformis, fauce barbata. Stamina decem. Stylus unus. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis. Semina solitaria.

843. GVALTERIA. Cal. duplex; exterior diphyllus, interior quinquefidus. Corolla ovata. Nectarium ex decem mucronibus. Stamina decem. Stylus unus. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis? vestita calyce interiore baccato.

844. BROSSAEA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, crenulata. Stamina quinque. Capsula? quinquelocularis? polysperma. Genus dubium.

ORDO VI.

Fructu sexloculari.

845. LEEA. *Monoica*. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, tubulosa, laciniis faccatis. *Mas*. Nectarium cylindricum; Stamina quinque. *Fem*. Nectarium duplex. Stigma lacerum. Fructus globosus, sexlocularis.

ORDO VII.

Fructu sicco, & Staminibus plusquam duplo pluribus, ac segmenta Corollae.

846. HOFERIA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida, cylindracea. Stamina 40-50).
Drupa

Drupa 3 - 4 - locularis; officulum unicum, ellipticum in singulo loculo.

Mokof. KEMPFER.

- *847. *DVPINIA*. Scop. Cal. quinquefidus; laciniis inæqualibus, carnosis; bracteis binis ad basim. Corolla 4 - 5 - fida, rotata. Stamina 20 - 30 ex receptaculo, subfoliacea, margine fimbriata. Stylus unus. Stigma capitatum. Capsula? 5 - 6 - locularis, ovata, acuta. Semina solitaria, ossea.

Taonabo. AVBLET.

- *848. *LECYTHIS*. Cal. sexfidus; laciniis deciduis. Corolla sexfida; lobis duobus superioribus maioribus. Discus e latere elevatus constituit corpus ligulatum, obtegens stylum & stamina. Stamina multa. Capsula operculata, lignosa, 2 - 3 - 4 - 5 - 6 - locularis, bivalvis. Semina solitaria, bina, terna, quaterna, oblonga, angulata, membrana aut cortice fragili testa, in quolibet loculo. AVBLET.

Cal. hexaphyllus. Petala sex. Nectarium petaliforme, staminiferum IACQVIN.

- *849. *PONTOPIDANA*. Scop. Cal. sexfidus; laciniis deciduis. Corolla monopetala sexfida; lobis duobus superioribus maioribus. Stamina plurima. Discus uno latere elevatus, ut in *LECYTHI*. Germen calyci adnatum. Stylus brevis. Stigma sexstriatum. Scrinum rotundum, amplissimum, lignosum, versus apicem cinctum rudimentis laciniarum calycis, in quo Capsula globosa, pulpa molli fibrosa, involuta, sexlocularis fragilis; loculis septo membranaceo distinctis. Semina numerosa, nidulantia subrotunda, compressa.



Coroupita. AVBLET.

850. MARCGRAVIA. Cal. hexaphyllus, imbricatus. Corolla calyptræformis, coriacea. Stylus nullus. Stigma crassum, capitatum. Stamina ad 100). Theca multilocularis, multivalvis, polysperma. Bacca ADANS.

DIVISIO II.

FRUCTV SVCCVLENTO.

ORDO I.

*Staminibus paucioribus, ac segmenta Calycis
& Corollæ.*

851. IASMINVM. Cal. quinquedentatus, tubulosus. Corolla infundibuliformis, tubulosa, quinquefida. Stamina duo. Bacca bilocularis, disperma. Semina arillata. Folia composita.
852. NYCTANTHES. Cal. 6 - 8 - fidus. Corolla hypocrateriformis, 6 - 8 - fida; laciniis geminatis. Stamino duo. Bacca bilocularis, didyma, disperma.
- Corolla sæpius quinquefida in NYCTANTHE *triflora* BURMANNI.
853. PHYLLIREA. Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida, rotata. Stamina duo. Bacca monosperma.
854. LIGVSTRVM. Diversum a PHYLLIREA. Corolla infundibuliformi. Bacca disperma. Seminibus arillatis.
855. OLEA. Cal. quadridentatus. Corolla quadrifida. Stamina duo, brevia. Stigmata duo. Drupa; ossiculo biloculari, nucleo uno abortante.

Genus a PHYLLIREA vix distinctum.

856. CHIONANTHVS. Cal. 4 - 6 - fidus. Corolla 4 - 8 - fida, exacte FRAXINI *orni*. Stamina 2 - 4), brevia. Drupa bilocularis; loculo singulo fovente ossiculum unum, aut bina striata.
857. ACHRAS. Cal. dodecaphyllus, aut hexaphyllus. Corolla decem - duodecimfida. Stamina quina & sena. Stylus unus. Stigma simplex. Bacca maxima, quinque - aut decemlocularis. Semina solitaria.
- * 858. MABA, FÖRSTER. *Dioica*, *Mas.* Cal. trifidus, Corolla tubulosa, trifida, Stamina tria. *Fem.* Cal. Maris, persistens, Drupa bilocularis; loculis dispermis. Ossicula duo, trigona.
- * 859. PÉTITIA. IACQVIN. Cal. 3 - 4 - dentatus, parvus. Corolla 3 - 4 - fida. Stamina 3 - 4), brevia. Drupa subrotunda; ossiculo biloculari; loculis monospermis.
860. IACQVINIA. Cal. quinquefolius. Corolla decemfida; tubo ventricoso; segmentis quinque interioribus brevioribus. Stamina quinque. Bacca unilocularis, monosperma. Semen cartilagineum.
861. AQVARTIA. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina quatuor, brevia. Bacca subrotunda, unilocularis, fovens semina quatuor & plura.
862. CALLICARPA. Cal. quadrifidus, corollam laxè ambiens. Corolla quadrifida. Stamina quatuor. Stigmata 1 - 2). Bacca unilocularis. Semina 4 - 6).
- * 863. LABATIA. Scop. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida, brevi tubo. Stamina quatuor. Stylus nullus. Stigma unum. Fructus —

Macoucaua AVBLET.



- *864. SCEVRA. FORSKAEL. Cal. octolaciniatus. Corolla quadrifida; tubo brevi. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigmata bina. Pericarpium —
865. ILEX. Cal. 3-4-fidus. Corolla 3-4-fida. Stamina quatuor. Stylus nullus. Bacca 3-4-locularis. Semina solitaria.
866. MENAIS. Cal. triphyllus. Corolla quinquefida. Antheræ quinque. Stigmata duo. Bacca quadrilocularis. Semina solitaria.
867. OLAX. Cal. integer. Corolla trifida. Stamina tria. Nectarium quadriphyllum. Fructus —
- *868. PLOTIA. ADANS. Cal. quinquefidus, brevis. Corolla quinquefida; tubo brevi. Stamina quinque. Bacca unilocularis, monosperma.
- RAPANEA. AVBLET.
- *869. COPROSMA. FÖRSTER. Sexu distincta. *Fl. hermaph.* Cal. quadridentatus, brevissimus. Corolla 5-7-fida; laciniis erectis, subulatis. Stamina 6-7). Styli duo, basi subconnati. Bacca unilocularis? disperma. *Mas.* aut *Fl. hermaph.* —
870. BELLEVALIA. SCOP. Cal. quinquefolius. Corollæ quinquefidæ, tubus longus. Stamina quinque. Bacca unilocularis, pauca. Semina fovens.
- Mararungia.* RVMPF.
871. ALSTONIA. SCOP. Cal. quinquefidus; laciniis carnosiss. Corolla quinquefida; tubo brevi. Stylus tetragonus. Stigma orbiculo infidens, apice bicuspidatum. Bacca unilocularis, ampla. Semina plurima, nidulantia.

Pacouria. AVBLET.

- * 872. MAESA. FORSKAEL. Cal. duplex; uno diphylo, alio quinquefido. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Bacca unilocularis, polysperma.

BAEOBOTRYS. FÖRSTER.

- * 873. BASSOVIA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida; tubo brevi. Stamina quinque, brevissima. Stylus unus. Stigma capitatum. Bacca ovata, polysperma. Semina minuta, reniformia, nidulantia.

- * 874. STISSERIA. Scop. Cal. sexfidus. Corollæ segmenta 18), in tres ordines distributa. Stamina sex. Stylus unus. Stigma unum. Drupa 1 - 2 - locularis; ossiculo uno - aut duobus.

Manilkara. H. MALABAR.

- * 875. BENTECA. ADANS. Cal. quinquedentatus. Corolla quinquefida. Stamina quina. Bacca bilocularis, polysperma.

AMBELANIA. AVBLET. huc referenda.

876. ARDVINA. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida. Stamina quinque. Stylus filiformis. Stigmata 1 - 2). Bacca bilocularis; loculis 1 - 2 - spermis.

ANTVRA. FORSKAEL.

- * 877. DICKIA. Scop. Cal. quinquefidus; laciniis inæqualibus. Corolla quinquefida, irregularis. Antheræ quinæ, unico filamento sustentatæ. Bacca trilocularis, trisperma. Semina ad basim arillata.

Matourea. AVBLET.

- * 878. IDESIA. Scop. Cal. quinquefidus. Corolla quinquefida; tubo brevi. Stamina quinque, intra divisuras corollæ. Stylus longus. Stigmata 3 - 4). Bacca quadrilocularis. Semina plurima nidulantia.

ROPOVREA. AVBLET.



879. PRINOS. Cal. 5 - 6 - fidus. Corolla 5 - 6 - fida. Stamina 5 - 6). Bacca 5 - 6 - locularis. Semina solitaria.

Filamenta 6 - 8) vidit in *P. verticillato* du ROI.
AGERIA & MYRSINE LINN.

880. CHRYSOPHYLLVM. Cal. pentaphyllus. Corolla quinquefida; tubo campanulato. Stamina quinque. Stigma pentagonum. Bacca decemlocularis. Semina solitaria.

Squamulæ in limbo corollæ CHRYSOPH. *carolinensis* IACQVIN.

Corolla decemfida, in CHRYSOPH. *Cainito* LOEFLING.

ORDO II.

Staminibus pluribus, ac segmenta Calycis vel Corollæ.

881. DIOSPYROS. *Polygama, Dioica*. HERMAPH. Cal. quadrifidus. Corolla quadrifida. Stamina octo. Stylus quadrifidus. Bacca octolocularis. Semina solitaria. *Mas*. Calyx, Corolla, & Stamina prioris.

Sexum non notat & Fructum septemlocularem habet DV HAMEL.

882. ARBUTVS. Cal. quinquefidus. Corolla ovata. Stamina decem, antheris utrinque perforatis. Bacca quinquelocularis, rotunda, polysperma.

883. ADOXA. Cal. bifidus. Corolla 4 - 6 - fida. Stamina 8 - 10). Bacca quadrilocularis. Semina solitaria.

884. TINVS. Cal. 4 - 5 - fidus. Corolla 4 - 5 - fida. Stamina 8 - 10). Nectarium urceolatum, cingens germen. Bacca trilocularis. Semina solitaria.

885. DAIS. Invol. tetraphyllum. Corolla 4 - 5 - fida. Stamina 8 - 10). Stylus unus. Bacca monosperma.
886. STYRAX. Cal. quinquedentatus. Corolla infundibuliformis, quinquefida. Stamina decem. Drupa disperma.
- * 887. LICANIA. AVBLET. Cal. diphyllus, minimus. Corolla quadridentata. Stamina quinque. Stylus longus. Stigma simplex. Drupa unilocularis; ossiculo coriaceo, monospermo, fibris tecto.
- * 888. INOCARPVS. FÖRSTER. Cal. bifidus; laciniis subæqualibus. Corolla quinquefida; laciniis reflexis. Stamina decem, duplici ordine. Stylus nullus, Stigmati loco punctum excavatum. Drupa magna, ovata, compressa, fovens ossiculum fibris lignosis intertextum, in quo nucleus ovalis, compressus.
889. CASSYTA. Cal. tridentatus, exiguus. Corolla trifida; lacinia singula includente nectarium staminiforme. Stamina novem, corollæ inserta, in duos ordines disposita. Stylus unus. Bacca monosperma, ovata. OSBEK.
Cal. triphyllus. Petala tria. Glandulæ tres. Drupa unilocularis, intra receptaculum IACQVIN.
- * 890. GVAPIRA. AVBLET. Cal. 4 - 5 - phyllus. Corolla 4 - 5 - dentata. Stamina sex; ex receptaculo prodeuntia, tribus longioribus. Stylus cylindricus. Stigma 5 - 6 - fidum. Drupa monosperma, coronata denticulis corollæ, quæ pulposa evadit.
891. LAVRVS. Cal. hexaphyllus; foliolis alternis latioribus. Corolla nulla. Glandulæ tres,



bisetæ, aut hastatæ, circa germen. Filamenta novem, trium ordinum, glandulifera. Drupa monosperma.

LAVRVS *nobilis* dioica HALL.

VSVS. VERBASCI *Thapsi* radix Phthysicis salubris ZANNICHELL. ipsumque STRAMONII & HYOSCIAMI virus proficuum nuper expertus est Ill. STÖRCKIUS. BELLADONNAE radice decocto apta dosi dato, pertinacissimam Arthritidem sanare norunt etiam Incolæ Banatus Themavenfis. CONVULVULI sepium succum inspissatum, ac maiore dosi assumptum, idem fere præstare ac *scamoneum* docent clari in Arte Viri. SOLANI *Dulcamaræ* stipitum moderata dosi inservit loco *Salsaparillæ*, nec ignota GENTIANAE præsertim *luteæ* vis roborans, ac glutini spontaneo opposita. MENYANTHES *trifol.* saponacea. Flores PRIMVLAE nervini, LYSIMACHIAE adstringentes, ideoque ad ulcera externa passim laudati; POTALIAE vero *amaræ* decoctum foliorum purgans esse & emeticum, testatur AVBLET.



TRIBVS XVII.

REEDII. (*Pseudocompositæ.*)

Hunc locum iis Plantis tribuo, quæ flores aggregatos & involucro communi vallatos proferunt, ut *compositæ*, sed ob semen nudum & fructum minime dehiscentem, ac in plerisque superum, ab iisdem separandæ.

Harum Corolla modo monopetala, ac Stamina, ut in *Compositis*, *Luridisque*, ex involucro proprio prodeuntia, excepto forte *Eriocaulone*, qui, teste LINNAEO, Stamina germini innata possidet; modo vero polypetala, ut in *Tribu* insequente. *NAVCLEAE*, & *CENTELLAE* germen inferum, aliis superum. *STILBE* caret involucro communi; monopetalæ quædam, aliæ polypetalæ, ac nonnullæ, præter involucrum universale, proprio quoque, eoque nunc unico, nunc duplici, gaudent. Attamen ob eundem omnibus habitum, florendique modum, divellere nollui; nam *harmonica ratio est, quæ cogit rerum Naturam sibi ipsam congruere.* PLIN.

* 892. *STILBE*. BERG. Paleæ tres flores singulos obvolventes, loco calycis communis. Cal. quinquefidus, tubulatus. Corolla infundibuliformis, tubulosa, quinquefida. Stamina quatuor. Stylus filiformis. Stigma unicum. Pericarpium monospermum. Receptaculum hirsutum paleis triphyllis, deciduis.

893. *GLOBVLARIA*. Invol. commune imbricatum. Cal. quinquedentatus. Corolla quadrifida; laciniis inæqualibus. Stamina quatuor; binis brevioribus. Stylus unicus. Pericarpium monospermum. Receptaculum paleaceum.



894. **PROTEA.** Invol. commune imbricatum. Cal. quadrifidus, corollaceus, regularis. Stamina quatuor. Stylus unicus. Pericarpium monospermum. Receptaculum paleaceum.

Leucadendronis Species nonnullas BERGII ad hoc Genus retulit LINN.

- *895. **LAXMANNIA.** FÖRSTER. Invol. commune polyphyllum, cylindricum, ex foliis circiter decem. Cal. bidentatus. Corolla quadrifida; laciniis revolutis. Stamina quatuor. Stylus filiformis. Stigmata duo. Pericarpium monospermum. Receptaculum paleaceum; paleis spatulatis, longitudine calycis.

896. **LEUCADENDRON.** Invol. commune imbricatum, aut foliosum. Cal. constans foliolis quatuor, filiformibus. Antheræ quatuor sessiles, aut subsessiles, in cavo laminae petali singuli. Drupa monosperma, pilosa, aut Pericarpium monospermum. Receptaculum villosum, tomentosum, villoso-paleaceum. BERG.

897. **ERIOCAVLON.** *Monoicum.* Invol. commune hemisphæricum, ex foliolis orbiculatis. *Mas.* Cal. diphyllus. Corolla dipetala. Stamina quatuor. *Fem.* cal. Maris. Stylus unus. Stigmata duo. Pericarpium dicoccum. Receptaculum nudum.

Ita in ERIOCAVLONE, *decaangulari* LINN.

898. **CENTELLA.** *Monoica.* *Mas.* Invol. commune tetraphyllum, quinqueflorum. Cal. tetraphyllum. Stamina quatuor. *Fem.* invol. commune diphyllum. Cal. tetraphyllum. Styli duo. Pericarpium biloculare, inferum?

899. NAVCLEA. Invol. commune. Cal. 4 - 5 - fidus. Corolla 4 - 5 - fida. Stamina 4 - 5). Pericarpium monospermum. Receptaculum —

Flores in sphæricum capitulum congesti, ut in SPHAEROCEPHALO.

900. BRVNIA. Invol. commune imbricatum, strobilo simile. Cal. 5 - fidus, & pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina quinque, ex unguibus petalorum. Stylus unus. Pericarpium monospermum. Receptaculum villoso - paleaceum. Styli duo approximati, & Germen biloculare in BRVNIA *nodiflora* LINN.

901. STATICE. Invol. commune varium. Cal. monophyllus. Corolla pentapetala. Stamina quinque, affixa unguibus petalorum. Styli quinque. Pericarpium monospermum, apice stellatum.

902. CLIBADIVM. Invol. commune imbricatum. *Hermaph.* Stamina quinque. Antheræ approximatae. Stylus unus. Stigma unum. *Fem.* Invol. commune nullum. Cal. ventricosus, coloratus. Stigmata duo. Drupa subrotunda, umbilicata, monopyrena. Germen Hermaphroditi floris superum, Feminæ inferum.

- * 903. RAPATEA. AVBLET. Invol. commune bilobum; lobis amplissimis, longissimis, acutis. Flores congesti. Cal. trifidus. Corolla triloba; tubo brevi. Stamina sex, brevissima, tubo inserta. Antheræ in foliolum concavum desinentes. Stylus longissimus. Stigmata tria, in spiram convoluta. Fructus ignotus, hinc Tribus adhuc dubiæ.



- *904. CODIA. FÖRSTER. Invol. commune, tetraphyllum. Cal. tetraphyllus. Corolla tetrapetala; petalis linearibus. Stamina octo. Germen villosum, tetraspermum. Styli duo, subulati. Stigmata simplicia. Fructus —

VSVS medicus. GLOBVLARIA *Alypum* emetica. STATICE adstringens, hinc utilis in Dysenteria, & Hæmorrhagiis.



TRIBVS XVIII.

R A I I. (*Dumofce.*)

Hilce Stamina fola, aut una cum petalis, calyci inferta. Fructus fuperus. Stamina non plus, quam tripio plura, ac petala, vel fegmentata calycina.

Calycifloras nonnullas dixi in *Trib. VI.* fed fructifloras, hinc cum his minime confundendas.

EMBOTHRIVM. FÖRSTERII an huius, vel alterius Tribus fit, diu dubitavi, attamen ob floris fabricam, ftaminum fitum, ac fructum polyfpermum, huc retuli.

G E N S I.

Staminibus non pluribus ac Petala.

* 905. EMBOTHRIVM. FÖRSTER. Cal. nullus? an loco calycis Petala quatuor, linearia? Stamina quatuor intra cavitates petalorum, unde oriuntur? Stylus nullus. Stigma magnum, poftice concavum. Pericarpium folliculofum, uniloculare, fovens femina 4-5), alata.

* 906. BLACKBVRNIA. FÖRSTER. Cal. quadridentatus; dentibus horizontalibus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Antheræ cordatæ. Bacca? monofperma.

* 907. COLLETIA. Scop. *Monoica. Mas.* Cal. quinquefidus, petala nulla? *Fem.* Styli duo. Stigmata quatuor. Drupa unilocularis; ftvlo coronata, fovens officulum rugofum, uniloculare.

RHAMNVS *iguanæus* IACQVIN.

* 908.



- *908. FREYERIA. SCOP. Cal. quadrifidus. Petala quatuor, in filum definentia. Stamina quatuor, ex unguibus petalorum. Stylus nullus. Stigma unicum. Drupa unilocularis; officulo lignoso, monospermo.

Mayepa. AVBLET.

- *909. ZIZYPHVS. TOVRNEF. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli duo. Drupa officulo biloculari.

Rhamnus LINN.

910. RVMPFIA. Cal. trifidus. Petala tria. Stamina tria. Stylus unus. Drupa officulo triloculari.

- *911. CHLOROXYLON. RVMPFII. Diversum a RVMPFIA Cal. quinquefido. Petalis quinis. Staminibus quinis. Stigmatibus tribus.

- *912. CASSINE. Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5). Stamina 4-5). Styli tres LINN. unus ADANS. Bacca trilocularis; loculis 1-2-spermis.

913. SIRIVM. Cal. quadrifidus, coloratus. Petala & Stamina quatuor. Stigmata tria. Bacca trilocularis, supera?

- †914. RHAMNVS. Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5). Stamina 4-5). Stylus unus. Stigmata 1-3). Bacca loculis 2-3), monospermis.

Flores in nonnullis speciebus imperfecti.

- *915. PALIVRVS. TOVRNEF. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quinque. Stigmata tria. Pericarpium triloculare; loculis monospermis.

CEANOTHVS LINN. nec non RHAMNVS *colubrinus* IACQVIN.

916. EVONYMVS. Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5). Stamina 4-5). Stylus unus. Theca colorata; angulis, loculis, & valvis 4-5). Semina solitaria, vestita pellicula pulposa, colo-

colorata, supremo axis mediæ loco fili ope alligata.

917. CELASTRVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quina. Stylus unus. Germin receptaculo proprio immersum. Theca trilocularis, trigona. Semina duo, aut plura in uno loculo.

918. PHYLICA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stigmata tria. Capsula trilocularis, trivalvis, triloba.

919. SALMONIA. Scop. Cal. quadrifidus, irregularis. Petala quatuor, inæqualia. Filamentum unicum, gerens antheras binas. Stylus unus. Fructus trilocularis, polyspermus.

Vochi. AVBLET.

920. OVTEA. AVBLET. Cal. quinquedentatus. Petala quinque, inæqualia, calyci inserta. Stamina quatuor; uno sterili. Stamina fertilia ex calyce, sterile vero ex basi petali maioris. Stylus unus, longus. Stigma concavum. Fructus —

921. AMMANIA. Cal. octodentatus; dentibus alternis reflexis. Petala quatuor, aut nulla. Stamina quatuor. Stylus unus. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, polysperma, calyce tecta.

922. COMMERSONIA. FÖRSTER. Cal. quinquefidus. Petala quinque, linearia, calyci inposita. Nectarium quinquefidum, corpuscula quina filiformia ex divisuris emittens. Stamina quinque, brevissima, ad bases petalorum. Antheræ didymæ. Nux globosa, quinquelocularis, echinata setis longis plumosis. Semina bina in singulo loculo.

Huc retuli ob petala una cum staminibus calyci inposita, quæ ob stamina quinque, ex
 O nectario



nectario minime prodeuntia, nec *Calycanthemis*, nec *Colummiferis* adiungi potuit.

923. PEPLIS. Cal. 12 - fidus; segmentis alternis incurvis. Petala sex. Stylus unus. Capsula bilocularis, polysperma.
924. TVRNERA. Cal. quinquefidus, infundibuliformis. Petala quinque. Stamina totidem. Styli tres. Stigmata capillaceo-multifida. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.
925. ITEA. Cal. quinquefidus, coloratus, exiguus. Petala quinque. Stamina quinque. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma.
926. PARFONSIA. BROWN. Cal. 5 - 6 - dentatus. Petala 5 - 6). Stamina sex, brevia. Capsula unilocularis. Semina orbicularia, 2 - 6).
927. PENTAGLOSSVM. FORSKAEL. Cal. 4 - 5 - dentatus; dentibus filiformibus. Petala 4 - 5). Stamina bina, filiformia. Stylus unus, germine brevior. Capsula cylindrica, unilocularis, polysperma. Semina globosa.

GENS II.

Staminibus pluribus, ac Petala.

928. CAVSEA. SCOP. Cal. quinquefidus, tubulosus. Petala quinque, raro quatuor. Stamina sex, raro quinque, decumbentia, leviter sursum arcuata, subæqualia. Stylus unus, setaceus. Stigma simplex. Germen hirsutum. Capsula unilocularis, subovata, latere uno gibba, monosperma. Semen oblongum.

Arbor ad Morichal. LOEFLING.

929. PEMPHIS. FÖRSTER. Cal. 12 - fidus, sulcatus, persistens; laciniis alternis maioribus. Petala sex, patentissima, unguiculata. Stamina duodecim, calycis medio loco inserta; alternis paulo longioribus. Stylus brevis, Stigma

Stigma capitatum. Capsula unilocularis, sexvalvis, calyce septa. Semina plurima, compressa, angulata, receptaculo brevi & tridentato adfixa.

930. LYTHRUM. Cal. 6-12-fidus. Petala 5-6). Stamina ad 12). Stylus unus. Capsula bilocularis, polysperma.

Salicaria binis staminum ordinibus; uno e basi calycis.

Hyssopifolia staminibus paucioribus ex imo loco calycis.

- *931. CUPHEA. IACQVIN. Cal. irregulariter quinquedentatus. Petala quinque; binis maioribus. Stamina decem. Stylus unus. Receptaculum una cum seminibus demum calycem, & capsulam disrumpens, ac foras prodiens.

An *Cuphea* BROWNII. ad hoc, vel sequens Genus pertineat, statuere non licet.


- *932. GINORA. IACQVIN. Cal. sexfidus. Petala sex. Stamina duodecim. Styli duo. Capsula unilocularis, bivalvis; valva una maiore. Semina multa.

933. MITELLA. Cal. quinquefidus. Petala quinque, pinnatifida. Stamina decem. Styli duo. Capsula unilocularis, bivalvis; valvis æqualibus. Semina multa.

934. GRISLEA. Cal. quadridentatus, coloratus. Petala quatuor, inserta margini interiori calycis. Stamina octo, longa. Capsula? unilocularis, polysperma.

Variat Cal. quinquedentato. Petalis quinis. Staminibus decem. LOEFLING.

- *935. TOCOCA. AVBLET. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Stamina decem, infra petala calyci inserta. Stylus brevis. Stigma



capitatum. Bacca ovata, trilocularis, car-
noso calyce septa. Semina numerosa, mi-
nutissima, nidulantia.

MELASTOMAE proximum Genus.

- * 936. LEONICENIA. Scop. Cal. quinqueden-
tatus. Bractææ binæ, florem nondum ex-
plicatum includentes, deciduæ. Petala quin-
que. Stamina decem, e calyce, sub petal-
is, prodeuntia. Antheræ ad basim glan-
dulosæ. Stylus longus. Stigma capitatum,
planum. Pericarpium triloculare, striatum,
calycinis dentibus coronatum. Semina plu-
rima, minutissima.

FOTHERGILLA. AVBLET.

- * 937. KALLSTROEMIA. Scop. Cal. folia qui-
na, concava, oblonga. Petala quinque, ob-
tusissima, marginibus incumbentia. Sta-
mina decem, inæqualia. Stylus nullus. Stig-
ma unicum, obtusum. Capsula calyce bre-
vior, decemlocularis, stigmate coronata.
Semina solitaria.

TRIBULVS *maximus* LOEFLING. cum Polycar-
piis non confundendus.

938. QVAIACVM. Cal. pentaphyllus, irregu-
laris, deciduus. Petala quinque. Stamina
decem. Stylus unus. Capsula 3 - 5 - locu-
laris, angulata; loculis monospermis. Nux
officulis 2 - 5), unilocularibus. ADANS.

939. OSBECKIA. Cal. quadriphyllus, deciduus.
Squamulæ calyci insidentes. Petala qua-
tuor. Stamina octo; antheris rostratis. Cap-
sula quadrilocularis, quadrivalvis, vestita
calycis tubo truncato. Semina multa, par-
va, vermiformia. OSBECK.

940. RHEXIA. Cal. quadrifidus; bracteis binis
ad basim. Petala quatuor. Stamina octo, in
tubum

tubum conniventia. Antheræ bicornes, verfatiles, superne foliaceæ. Stylus longus. Stigma simplex. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, orbiculata, calyce carnofo obvoluta, eiusque denticulis coronata. Semina plurima, minutissima. AVBLET.

941. BAECKEA. Cal. quinquedentatus, infundibuliformis. Petala quinque. Stamina octo. Styli duo. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, coronata. Semina nonnulla, uno latere angulata. Capsula trilocularis. GLEDITSCH.

*942. SAVASTANIA. Scop. Cal. quinquefidus, tectus squamis minutis, recurvis, ad basim denuo vallatus quamis imbricatis 4 - 6). Petala quinque, inæqualia. Stamina decem, e calyce infra petala. Antheræ bicornes. Stylus 1 - 5 - angulatus. Stigma simplex, acutum. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, calyce involuta. Semina plurima minutissima.

Tibouchina. AVBLET.

*943. OCOTEA. AVBLET. Cal. sexfidus; laciniis tribus interioribus minoribus. Corolla nulla. Filamenta novem lata, membranacea, quorum sex laciniis calycinis inserta, aliaque tria e fundo calycis prodeuntia, stylum involventia. Stylus crassus. Stigma concavum. Capsula 4 - 5 - 6 - locularis, calyce tecta, dehiscens in valvas — Semina plurima, minutissima.

Ob stamina in Phalanges non divisa, neque ex corolla prodeuntia, separavi a *Trib.* XXIV.

944. GLINVS. Cal. 3 - 5 - phyllus. Petala multa, linearia 3 - 4 - fida. Stamina 8 - 15), calyci inserta.



inserta. Styli quinque. Stigmata recurva instar hami. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, calyce cincta, polysperma.

Sunt & Filamenta quædam antheris destituta, quæ pro petalis adsumpsit LOEFLING.

Petala multa, ut in MESEMBRYANTHEMO. CERASTIO adfinem facit ADANS. Ego huc retuli ob Stamina e calyce, & corollam polypetalam.

*945. TOPOBEA. AVBLET. Cal. duplex; exterior quadrifidus; interior quinquecuspidatus & campanulatus. Petala sex, inæqualia, calycis fauci inserta. Stamina duodecim, in tubum conniventia, e calyce genita. Stylus unus, longus. Stigma capitatum, sexsulcatum. Bacca sexlocularis, spongiosa, fundo calycis carnosio obvoluta. Semina plurima, minutissima, nidulantia.

*946. MAIETA. AVBLET. Cal. quinquedentatus, basi squamis quinque, imbricatis, acutis, involucratus. Petala quinque, æqualia. Stamina decem, brevia, e calyce infra petala. Antheræ apice membranaceæ, basi bicornes. Stylus brevis. Stigma capitatum. Bacca quinquelocularis, calyce carnosio involuta. Semina plurima, minutissima, nidulantia.

947. MELASTOMA. Cal. quinquedentatus. Petala quina. Stamina decem. Stylus unus. Stigma unum. Bacca 2 - 3 - 4 - 5 - locularis, coronata. Semina plurima, minutissima.

MELASTOMAE *discolori*. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina octo IACQVIN.

*948.



* 948. IARAVAEA. SCOP. Diversa a MELASTOMA fructu capsulari, 2 - 5 - loculari, 2 - 5 - valvi; seminibus receptaculo affixis.

MELASTOMA LOEFLING. nec non *bivalvis*, *trivalvis*, *villosa*, *aquatica*, *scandens*. AVBLET.

VSVS medicus. LYTHRVM *salicaria* ad dysenteriam nuper laudabatur. Baccæ RHAMNI *dioici* & *Frangulæ* alvum movent. OSBEKIAE *chinensis* decoctum in colicis doloribus usitatum. OSBEK. CELASTRI radice & RHAMNO *Paliuro*, Gonorrhœam benignam sanant Aethyopes: ADANSON,





TRIBVS XIX.

LINNAEI. (*Calycanthemæ.*)

Aprioribus diversæ staminibus plus quam duplo pluribus ac segmenta calycina, excepta CABOMBA, APHANE, ALCHEMILLA, quæ tamen ideo a *Calycanthemis* separari nullo modo possunt.

Pleræque corollatæ, polypetalæ, arboreæ, aut fruticosæ, perennes, paucae annuæ, paucissimæ apetalæ.

Constans in omnibus Calyx monophyllus, stamina proferens multa; at Fructus varius, nempe superus, inferus, ficcus, succulentus, nec non semina modo testæ, modo autem nuda.

Nimia quoque adfinitas SPIRAEAE, & RVBI cum COMARO, & POTENTILLA, ut ob germina plura hinc divelli, & *Polycarpiis* adnumerari debeat.

GENS I.

Angiospermæ.

DIVISIO I.

FRUCTV MONOSPERMO.

- *949. LAGVNEZIA. SCOP. Cal. septemdentatus. Petala septem, intra singulos dentes calycinis. Glandulæ septem, intra petala singula. Stamina 21); tribus e basi petali singuli. Stylus nullus. Stigmata 3-4). Capsula? lignosa, ovata, unilocularis. Semina plurima, minutissima.

Racoubea. AVBLET.

Media Planta inter *Calycanthemas*, & *Dumosas*. Ab *Icosandris* remouent Petala e calyce prodeuntia.

- *950. TIGVREA. AVBLET. Sexu distincta. *Mas.* Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5), e fundo calycis.

- lycis. Stamina multa, ex calyce. Germen flaccidum. *Fem.* Cal. & Corolla Maris. Filamenta plurima, sterilia. Stylus longus. Stigma obtusum. Capsula unilocularis, bivalvis, subrotunda, monosperma.
951. AMYGDALVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Drupa infera; involucro primo demum sicco & dehiscente, secundo foraminulato.
952. PRVNVS. Cal. quinquefidus, deciduus. Petala quinque. Drupa infera; ossiculo unico, cui futuræ prominulæ.
953. CARYOPHYLLVS. Cal. duplex, unus tetraphyllus; alter quadrifidus, superus. Drupa infera.
954. EVGENIA. Cal. 4-5-dentatus. Petala 4-5). Bacca unilocularis, monosperma. AVBLET. Drupa monosperma, tetragona LINN. Drupa subrotunda, sulcata, coronata MICHEL.
955. CHRYSOBALANVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Drupa infera; ossiculo uniloculari, subquinquevalvi.
- Nucleus cavus in CHRYSOB. *Iceco.* IACQVIN.

D I V I S I O II.

FRVCTV DI. ET POLYSPERMO.

- *956. DVGORTIA. Scop. Cal. quinquefidus. Petala quinque, inæqualia. Stamina quatuordecim, tenuia; septem sterilia in una cohorte, totidemque fertilia, opposita. Antheræ introrsum dehiscences. Stylus cylindraceus, hirsutus. Stigma obtusum. Drupa magna, unilocularis; cortice crasso, carnoso, fibroso, ossiculum biloculare; loculis monospermis.

Parinari. AVBLET.



† 957. MESPILVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Styli persistentes tot, quot semina. Baccæ umbilicatæ, inferæ; seu Calyx pulpa repletus.

SORBUS & CRATAEGVS LINN.

In SORBO *Aucuparia* semina quinque & stylos tres vidit CRANTZIUS.

* 958. MANGIVM. RUMPF. Cal. sexfidus. Petala sex. Bacca 1 - 2 - locularis; loculis polyspermis.

* 959. LEPTOSPERMVM. FÖRSTER. Cal. quinquefidus; laciniis deciduis. Petala quinque. Stylus unus. Capsula trilocularis, trivalvis, calycis margine umbilicata. Semina plurima, minuta, cylindrica, tenuia.

960. MYRTHVS. Cal. 4 - 5 - fidus. Petala 4 - 5). Bacca trilocularis, coronata, umbilicata; loculis polyspermis. Semina reniformia, in uno loculo sæpius abortantia.

961. PSIDIVM. Cal. 4 - 5 - dentatus; bracteis duabus ad basim. Petala 4 - 5), inæqualia. Stylus longus. Bacca infera, quadrilocularis, coronata. Semina plurima, angulata. AVBLET.

* 962. PIRIGARA. AVBLET. Cal. 4 - fidus; bracteis binis ad basim. Petala quatuor. Germen calycis fundo adnatum. Stylus nullus. Stigma tetragonum. Pericarpium quadriloculare, coronatum. Semina 6 - 7), in singulo loculo, ope funiculi affixa receptaculo.

* 963. ROBINSONIA. Scop. Cal. quinquedentatus, bracteis binis ad basim. Petala quinque. Germen calycis fundo adnatum. Stylus nullus. Stigma oblongum striatum. Bacca septemlocularis, coronata, striata. Semina solitaria, villosa.

Touroulia. AVBLET.

* 964.

- *964. DODECASPERMVM. FÖRSTER. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stylus unus. Germen calyci adnatum. Pericarpium globosum, decemloculare, decemfulcatum, coronatum. Semina solitaria, ovata.
965. PVNICA. Cal. quinquefidus. Petala 5-8). Stylus brevis. Granatum superum, septis quinis, perpendicularibus, alioque horizontali in decem locula irregulariter divisum. ADANSON.
- *966. DAHVRONIA. Scop. Cal. quinque-dentatus. Petala quinque. Stamina 40), e calyce, infra petala. Stylus lateralis, inferne villosus, superne incurvus. Stigma obtusum. Fructus --
Mogvilea. AVBLET.
- *967. TITA. Scop. Cal. 4-5-dentatus. Petala quinque, laciniata, e fundo calycis. Stamina 18), e calyce. Stylus longus. Germen minimum. Fructus --
Cassipourea. AVBLET.
968. PYRVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina 20-25), inæqualia. Styli quinque. Pomum inferum, 5-loculare, polyspermum.
969. CACTVS. Cal. imbricatus, monophyllus. Corolla varia. Stylus unus. Bacca infera, unilocularis, polysperma.
970. MESEMBRYANTHEMVM. Cal. 4-5-fidus. Petala multa, tenuia. Styli 4-5). Pericarpium inferum, carnosum, quinqueloculare; loculis polyspermis. Semina lamellæ affixa, ovata.
971. AIZOON. Cal. quinquefidus. Corolla nulla. Styli quinque. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, polysperma.
972. PHILADELPHVS. Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5). Capsula 4-5-locularis, 4-5-valvis; loculis polyspermis. *973.



- *973. CRENA. AVBLET. Cal. quādrifidus. Petala quatuor. Stamina 14), e calyce, infra petala. Germen calycis fundo, adnatum. Stylus longus. Stigma oblongum. Capsula? quinquelocularis, calyce vallata. Semina plurima, minutissima.
- *974. MÜNCHAVSIA. MURRAH. Cal. sexfidus. Petala sex. Stylus unus. Capsula? sexlocularis, ovata, acuminata, calyce tecta, polysperma.
975. TETRAGONIA. Cal. 4-5-fidus. Corolla nulla. Styli 4-5). Stigmata plumosa. Capsula angulis & loculis 4-5). Drupa. GLEDITSCH.
976. SESUVIUM. Cal. quinquefidus, interne coloratus. Corolla nulla. Stamina ultra 70). Styli tot, quot locula. Capsulae transversim dehiscents. Semina multa, margine rostellis instructa.
- *977. CABOMBA. AVBLET. Cal. sexfidus; laciniis tribus internis petaloideis. Stamina sex, inserta ad basim laciniarum calycis. Styli breves. Stigmata obtusa. Germina duo. Capsulae? binæ, subcarnosæ, uniloculares, stylo terminatæ. Semina plurima, minutissima.
978. SPIRAEA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Capsulae plures, bivalves.
979. RVBVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Bacca composita ex minoribus, monospermis.

G E N S II.

Gymnospermæ.

980. COMARUM. Cal. decemfidus; laciniis alternis minoribus. Petala quinque, parva. Semina multa, mutica, receptaculo haud eduli, ac persistenti affixa.

981. FRAGARIA. Cal. decemfidus; segmentis alternis minoribus. Petala quinque. Semina multa, elliptica, receptaculo eduli ac deciduo infidentia.

† 982. POTENTILLA. Cal. 8 - 10 - fidus; segmentis alternis minoribus. Petala 4 - 5). Semina multa, receptaculo sicco imposita.

Tormentilla LINN.

983. GEVM. Cal. 8 - 10 - fidus; segmentis alternis minoribus. Petala quinque. Semina caudata; cauda plumosa.

984. DRYAS. Cal. 5 - 8 - fidus; segmentis æqualibus. Petala tot, quot segmenta calycis. Semina GER.

985. SIBBALDIA. Cal. decemfidus; segmentis alternis minoribus. Petala quinque. Semina quina, mutica.

Proxima POTENTILLAE.

G E N S III.

Seminibus Calyce inclusis.

986. ROSA. Cal. quinquefidus; segmentis alternis subpinnatis. Petala quinque, magna. Stamina ad 130). Semina hirsuta, parieti interno tubi calycini demum carnosæ & colorati affixa.

987. CALYCANTHVS. Calyx multifidus, coloratus. Petala multa, calyci similia. Semina caudata, intra calycem baccatum. GLEDITSCH.

* 988. SVZYGIVM. BROWN. Cal. integer, tubulosus. Corolla nulla. Stamina ad 30), brevia. Stylus unus. Stigma unicum. Baccæ unilocularis, fovens. Semina 1 - 4).

989. AGRIMONIA. Cal. quinquefidus, alio valatus. Petala quinque. Stamina duodecim. Calyx tectus operculo conico, e quo Styli duo. Semina 1 - 2), in fundo calycis bilocularis.



990. **POTERIVM.** *Monoicum.* *Mas.* Cal. quadrifidus. Corolla nulla. Stamina 30 - 40). *Fem.* Cal. idem, Styli duo. Basis calycis indurata, bilocularis; loculis monospermis.

Sed calycem a corolla, eaque monopetala, quadrifida distinctum habent LINN. & HALLER.

991. **CLIFFORTIA.** *Dioica.* *Mas.* Cal. trifidus. Corolla nulla. Stamina ad 30). *Fem.* Cal. Maris. Styli duo. Stigmata plumosa. Basis calycis demum fructum bilocularem efficit; loculis monospermis.

Calyx duplex; inferior diphyllus; superior triphyllus, superus, in *CLIFFORTIA ruscifolia* BERG.

992. **SANGVISORBA.** Cal. quadrifidus. Corolla nulla. Stamina quatuor. Stylus unus. Basis calycis demum fructum constituit, in unum, aut duo locula monosperma divisum.

In *SANGVISORBA auriculata* FL. CARNIOL. stamina contigua calyci, & receptaculo Styli, floresque hermaphroditi & feminei.

993. **ALCHEMILLA.** Cal. octofidus. Corolla nulla. Stamina quatuor. Stylus unus. Semen unicum, calyce inclusum.

994. **APHANES.** Cal. octofidus. Corolla nulla. Stamina quatuor. Styli duo. Semina duo, calyce inclusa.

Vsvs æconomicus. Saluberrimi fructus PYRI, PRUNI, ac similibus, nec non edules EVGENIAE & CHRYSOBALANI *Icaco*. AMYGDALI nucleus oleosus. *POTENTILLAE Tormentillæ* radix adstringens, præstantiora coria largitur.

— *medicus.* FRAGARIAE fructus calculosis salubres dicuntur. Decoctum MYRTHI *Zeylanicæ* apud Cinghalenses usitatum in morbis chronicis, a phlegmate natis. HERMANN.

TRI-

TRIBVS XX.

SAUVAGESII. (*Nomadeæ.*)

His quoque duplex floris involucrum, nempe Calyx & Corolla, hæcque semper polypetala. Stamina libera, ex receptaculo prodeuntia, eaque tot, aut duplo plura, ac segmenta calycinæ. Germen nullo disco inpositum. Semina non nuda, sed involucri uno, aut pluribus perpetuo inclusa.

Solum CHRYSOSPLENIVM, ac species quædam PENTHORI, TRIANTHEMÆ, CORCHORI FRAXINI, apetalæ sunt, nec ideo tamen ab adfinibus corollatis separandæ, cum id calycinis segmentis alternis minoribus, aliisque notis, iungat APHANEM cum SAXIFRAGA; illæ vero ob solius corollæ defectum, divelli ab iis nullo modo possint, quibuscum floris, fructusque fabrica, nec non proportione, situ, ac numero partium, omnino conveniunt.

An MYGINDA, vel & alia genera nonnulla, germen disco elevatum, aut sessile gerant, etiamnum ignoramus. Incerti sunt etiam fructus GRVBIAE, ALLOPHYLLI, DONATIAE, MALICOPES, aliarumque; quæ tamen Genera, ob alias rationes, ad hanc Familiam referenda esse duxi, donec & horum perfecta floris fructusque fabrica innotuerit.

GENS I.

Capsuliferæ.

DIVISIO I.

STAMINIBVS DUPLO PLVRIBVS, AC PETALA, AUT SEGMENTA CALYCINA.

995. CHRYSOSPLENIVM. Cal. profunde 4-5-fidus; segmentis alternis minoribus. Corolla



rolla nulla. Stamina 8 - 10). Styli duo, demum invicem secedentes. Capsula unilocularis, bivalvis, pauca semina fovens, quibus effusis scyphi formam induit.

* 996. ROKEIKA. FORSKAEL. Cal. quinquefidus. Petala quinque, cuneiformia. Stamina decem. Styli duo, patentes. Capsula? unilocularis, trisperma, corolla marcida & calyce septa.

997. SAXIFRAGA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem; alternis longioribus. Styli duo. Capsula bilocularis, bistrotris, interne dehiscens, polysperma.


998. HYDRANGEA. Cal. quinqueidentatus, parvus. Petala quinque. Stamina decem; alternis longioribus. Styli duo. Capsula circumscissa, coronata corniculis duobus recurvis.

999. TRIANTHEMA. Cal. pentaphyllus, intus coloratus. Corolla pentapetala, ac nulla. Stamina 5 - 6 - 10 - 12). Styli 1 - 2). Capsula circumscissa, 2 - 4 - locularis; loculo uno, aut binis superioribus, totidemque inferioribus.

1000. PORTVLACA. Cal. diphyllus. Petala quinque. Stamina 12 - 15). Stylus unus. Stigmata tria in PORTVLACA *racemosa*. Capsula circumscissa, unilocularis, polysperma.

PORTVLACA *triangularis* & *paniculata* LACOVIN. Cal. bifido & capsula longitudinaliter trivalvi, non huius Generis.

1001. PENTHORVM. Cal. 5 - 10 - fidus. Corolla pentapetala, ac nulla. Stamina decem, persistentia. Styli quinque, ac nulli in PENTH. *sedioide* LINN. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, quinquecuspidata, polysperma.



1002. WEINMANNIA. Cal. quadriphyllus. Petala quatuor. Stamina octo. Styli duo. Capsula? bilocularis, birostris.

*1003. ELAPHRIUM. IACQVIN. Cal. quadrifidus, deciduus. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus brevis. Stigmata duo. Theca subrotunda, unilocularis, bivalvis. Semen unicum, basi & lateribus pulpa involutum.

FAGARA octandra LINN.

1004. KIGGELLARIA. *Dioica*. Cal. quinquefidus. Petala quinque, concava. Glandula trilobata ad unguem petali singuli. *Mas.* Antheræ decem, apice perforatæ. *Fem.* Styli 4-5). Capsula unilocularis, coriacea, globosa, quinquevalvis, polysperma. Semina valvis affixa.

1005. HAEMATXYLLUM. Cal. compressus, coloratus; tubo brevissimo, urceolato, carnosus, persistente; limbo quinquefido, laciniis deciduis. Corolla ex petalis quinque, lanceolatis, venosis, concavis, obovatis. Filamenta decem, plana, subulata, medietate interius barbata. Antheræ parvæ, lunulatae. Stylus capillaris, flexuosus. Stigma capitatum, emarginatum. Fructus FRAXINI, lineari-oblongus, compressus, tubo calycino insistent.

1006. DIONAEA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem. Stylus unus. Stigma fimbriatum. Capsula? unilocularis, gibba, polysperma. Semina minima, basi capsulae affixa.

1007. CVNONIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem, Styli duo, corolla



rolla longiores. Capsula? bilocularis, acuminata, polysperma.

1008. LIMEVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina 5 - 10), duorum ordinum. Styli duo. Capsula? bilocularis, globosa, polysperma.

1009. CLETHRA. Cal. quinquefolius. Petala quinque, inæqualia. Stamina decem. Stigmata tria. Capsula trilocularis, trivalvis, polysperma. Semina angulosa.

1010. PYROLA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem. Stylus unus. Stigma pentagonum. Capsula quinquelocularis; loculis polyspermis, angulis dehiscens.

* 1011. OVRATEA. AVBLFT. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem. Antheræ coalitæ. Stylus longus, setaceus, perforans tubum antherarum. Stigmata quinque, minima. Germen pentagonum. Fructus —

1012. MONSONIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Filamenta quinque in tres ramos divisa; ramo singulo gerente antheram unam. Stylus quinquefidus. Capsula? quinquelocularis, quinecocca.

1013. BLAKEA. Cal. sexphyllus. Petala sex. Stamina duodecim. Antheræ coalitæ. Stylus unus. Capsula sexlocularis, sexvalvis, polysperma.

Fructum inferum ponit ADANS. hinc Tribus adhuc dubiæ.

* 1014. ROIA. SCOP. Cal. 4 - 5 - dentatus. Petala 4 - 5). Stamina 8 - 10). Stylus unus. Capsula 4 - 5 - locularis, quatuor-quinque valvis. Semina multa, imbricata, alata, plana.

Mabagoni. CATESB.

1015. ANTICHORVS. Cal. quadriphyllus. Petala quatuor. Stamina octo. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, polysperma.
1016. BERGIA. Cal. quinquefidus, patens. Petala quinque. Stamina decem, setacea. Styli quinque, breves, approximati. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis. Semina minima, multa.
1017. MONOTROPA. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor, duabus appendicibus aucta. Stamina octo, duorum ordinum. Stylus unus. Stigma infundibuliforme. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis. Semina plurima, minutissima HALL. quinta pars numeri quibusdam additur.
- *1018. TALISIA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Squamulae quinque, pilosae, stamina tegentes, intra petala. Stamina octo, brevia. Stylus brevis. Stigma unum. Fructus quadrilocularis. An Capsula? an non & discus sub germine?

DIVISIO II.

STAMINIBVS TOT, AVT PAVCIORIBVS,
AC PETALA.

1019. SAUVAGEA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Squamulae quinque, ciliatae. Stamina quinque. Stylus unus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma. Semina plurima, minutissima, valvis adfixa.

Duos ordines petalorum alternantium, ac nectarium coronaeforme, ciliatum, habet AVBLET.

1020. PARNASSIA. Cal. quinquefolius. Petala quinque. Squamulae quinque, ciliatae. Stylus nullus. Capsula unilocularis, 3-4-valvis,
P 2 poly-



polyisperma. Semina receptaculo affixa, oblonga.

- * 1021. CATHA. FORSKAEL. Cal. quinquedentatus, crateriformis. Petala quinque. Nectarium cyathiforme inter stamina & germen, margine undulatum. Stamina quinque. Stylus brevis. Stigma unicum, acutum. Capsula ? cylindrica, trilocularis; loculis monospermis.

Si stamina Corollæ, aut Nectario inserta, referratur ad TRIB. XVI.

- * 1022. SANSOVINIA. Scop. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque. Glandulæ binæ ad basim singuli petali. Styli tres, basi coaliti. Stigmata 3 - 6). Capsula ? sexlocularis, loculis monospermis.

STAPHYLAEA, *indica* BURMANNI.

1023. SPATHELIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque; filamentis basi dentatis. Styli tres. Capsula ? trilocularis; loculis monospermis.

1024. CALLISIA. Cal. triphyllus. Petala tria. Stamina totidem. Stylus capillaris. Stigma penicilliforme. Capsula bilocularis, bivalvis; loculis dispermis.

Hapalanthus. IACQVIN.

1025. CYRILLA. Cal. quinquefidus. Petala quinque, disco villosa. Stamina quinque. Stylus superne crassior. Stigmata glandulosa, distantia. Capsula bilocularis, bivalvis, stylo mucronata. Semina plurima, angulata.

- * 1026. MAYACA. AVBLET. Cal. triphyllus. Petala tria. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata tria. Capsula unilocularis, trivalvis, stylo terminata. Semina sex, valvis affixa.

* 1027.

- * 1027. BVRGHARTIA. SCOP. Cal. quinquefolius, deciduus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli 5-6). Capsula unilocularis, 3-4-gona, 3-4-valvis. Semina 7-8). Valvæ singulæ affixæ.

Pariqueta. AVELET.

1028. ALDROVANDA. Cal. quinquefidus. Petala quinque, persistentia. Stamina quinque. Styli quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, polysperma.

- * 1029. OSTERDIKIA. BVRMANN. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque. Stylus unus. Stigma simplex. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina minuta.

1030. HEVCHERA. Cal. quinquefidus, petala quinque, calyci inserta, ut in RIBESIO. Stamina quinque, ex receptaculo. Styli duo. Capsula bilocularis, bivalvis, birostris, polysperma.

- * 1031. IREON. BVRMANN. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque. Stylus unus, cylindricus. Capsula trilocularis, trivalvis, polysperma.

LOBELIA *parviflora* BERGII; stigmatibus trilobis.

1032. ISNARDIA. Cal. quadrifidus. Corolla nulla. Stamina quatuor. Stylus unus. Capsula? quadrilocularis. Semina multa, tenuia, paleacea.

- * 1033. GERVMA. FORSKAEL. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Stamina quinque. Annulus circa germen, cui stamina inserta. Stylus unus. Stigmata tria. Theca quadrilocularis, quadrivalvis; loculis dispersis. Semina pulpa alba inclusa.



Si annulus ex disco, tunc ad TRIB. XXIX. amandanda.

1034. LINVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, supra basi leviter cohærentia. Stamina quina. Styli 4 - 5). Capsula 8 - 10 - locularis; loculis monospermis.
1035. LINCONIA. Cal. quadriphyllus. Petala quina, fovea nectarifera ad basim. Stamina quinque. Styli duo. Capsula bilocularis, an vere supera?
1036. FRAXINVS. Cal. 4 - 5 - phyllus & nullus. Petala 4 - 5), aut nulla. Stamina 2 - 3). Stylus unus. Capsula linguæformis, 1 - 2 - locularis, bivalvis. Semen sæpius unicum, teres; aliis abortantibus.

G E N S II.

Baccifera.

D I V I S I O I.

MONOSPERMAE.

1037. HIRTELLA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina tria. Stylus unicus. Bacca monosperma. Semen ovale.
- *1038. PATTARA. ADANS. Diversa ab HIRTELLA staminibus quinis & semine rotundo.
1039. ANABASIS. Cal. triphyllus. Petala quinque, parva. Stamina quinque. Stylus unus. Bacca monosperma, calyce cincta.
1040. IAMBOLIFERA. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina octo. Bacca monosperma.
- *1041. VOLVTELLA. FORSKAEL. Calyx sexphyllus, deciduus. Petala sex, inæqualia, tria interna e basi emittentia corniculum cochleari-

cochleariforme. Filamenta vix ulla. Antherae novem. Cornicula tria nectarifera inter antheras & stylum. Stigma capitatum. Bacca monosperma.

DIVISIO II.

POLYSPERMAE.

- * 1042. SCHAEFFERIA. IACQVIN. *Dioica. Mas.* Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina quatuor, germinis lateri ad basim imposita. Stylus nullus. *Fem.* Cal. & Corolla Maris. Styli duo. Bacca unilocularis, disperma.
- * 1043. GOVPIA. AYBLET. Cal. quinquedentatus. Petala quinque, intus lamellam ab apice pendentem aperientia. Stamina quinque, brevia. Stylus nullus. Stigmata quinque. Bacca unilocularis, quinquestriata, fovens semina 3 - 5).
1044. CHOLEAS. Cal. quinquefidus, minimus. Petala quinque, unguiculata. Stamina decem. Bacca oblonga, disperma. Semina tomentosa.
Si discus sub germine, tunc locanda in TRIBV XXIX. prope SCHINVM.
1045. EMPETRVM. *Dioicum.* Cal. trifidus. Petala tria. *Mas.* Stamina tria. *Fem.* styli novem. Bacca unilocularis. Semina tot, quot Styli.
- * 1046. LANGLEIA. SCOP. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina sex. Stylus unicus. Bacca unilocularis, polysperma.
Anavinga. H. MALABAR.
- * 1047. ROELPINIA. SCOP. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque. Stylus
P 4 unus.



unus. Bacca quadrilocularis; loculis monospermis.

Perin. Panel. H. MALABAR.

1048. PARIS. Cal. 4-5-fol. Petala 4-5. Stamina 8-10). Styli 8-10). Bacca 4-5-locularis; loculis polyspermis.

*1049. CORIARIA. NISSOL. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem. Bacca quinquelocularis, calyce & corolla carnosâ facta inclusa; loculis monospermis.

RHVS coriaria. LINN.

1050. AVERRHOA. Calycis folia, Petala, Stamina 5-10). Bacca quinquelocularis; loculis monospermis.

*1051. BIWALDIA. Scop. Cal. tetraphyllus, persistens. Petala 4-6), laciniata. Stamina 16). Bacca 5-6-locularis; loculis monospermis.

Magostan. RVMFF.

GENS III.

Thecatæ.

1052. TRICHILIA. Cal. quinquefidus, deciduus. Petala quinque. Stamina decem, cylindrum efformantia. Stylus unus. Stigma capitatum. Theca trilocularis, trivalvis. Semina vestita pellicula pulposa.

Variat flore quadrifido, octandro LOEFLING.
Structura staminum fere ut in MELIA.

GENS IV.

Cystiferæ

1053. BERBERIS. Cal. hexaphyllus. Petala sex. Glandulæ binæ ad basim petali singuli. Stami-

Stamina sex. Stylus nullus. Stigma orbiculatum. Cysta disperma. Semina cylindrica, ope fili imo loco affixa.

GENS V.

Drupiferae.

1054. CAMOCLADIA. Cal. trifidus. Petala tria. Stamina tria. Drupa tripunctata; officulo monospermo, membranaceo.
1055. CANARIVM. Cal. 2 - 3 - fidus. Petala tria. *Mas.* Stamina quinque; filamentis brevissimis. *Fem.* Stylus vix ullus. Stigma capitatum, trigonum. Drupa basi cincta membrana crenata; officulo ovato, trigono, acuto, uniloculari.
1056. MYGINDA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Styli totidem. Drupa officulo uniloculari.
1057. MANGIFERA. Calyx quinquedentatus. Petala quinque. Stamina quinque. Drupa reniformis; officulo lanuginoso.
- * 1058. DIGERA. FORSKAEL. Cal. pentaphyllus; foliis inaequalibus. Petala tria, persistentia. Nectaria duo, biloba, inter calycem & corollam. Stamina quinque. Stylus unus. Stigmata duo. Drupa globosa, apice bidentata, intra calycem & corollam; pulpa coriacea; officulo uniloculari.
1059. SAMARA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor, basi lacuna nectaria longitudinali. Stamina quatuor, longa. Stylus unus. Stigma infundibuliforme. Drupa officulo uniloculari.
- * 1060. ROTTBOELIA. Scop. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus unus.



Stigma unum. Drupa unilocularis, ovata.
 Officulum fragile, membranaceum.

Heynaffoli. AVBLET.

1061. XIMENIA. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina octo. Stigmata tria. Drupa officulo globoso.

AMYRIS huic proxima, sed ob discum sub germine, alibi dicenda.

* 1062. CASIMIRA. SCOP. Cal. quadriphyllus. Petala quatuor. Stamina octo. Stigma magnum, subpeltatum, umbilicatum. Drupa corticosa, stylo obtuse acuminata; officulo coriaceo, subrotundo.

Melicoccus IACQVIN.

1063. RHIZOPHORA. Cal. 4 - 12 - fidus. Petala 4 - 12). Stamina totidem. Stylus unicus. Drupa monosperma.

Antheræ deciduæ, absque filamentis in RHIZOPH. *Mangle.* IACQVIN. Semen unum longissimum, basi carnosum. GLEDITSCH.

* 1064. ROVREA. AVBLET. Cal. quinquefidus, persistens. Petala quinque. Stamina decem. Styli quinque. Drupa ovata. Officulum fragile, monospermum.

1065. MIMVSOPS. Cal. octophyllus. Petala sexdecim. Stamina octo; filamentis subulatis. Stylus unus. Stigma simplex. Drupa ovalis, acuminata; officulo uno, aut duobus.

1066. MALPHIGIA. Cal. quinquefidus. Ad basin singuli segmenti glandulæ binæ, oblongæ. Petala quinque, unguiculata, inæqualia. Stamina decem. Styli tres. Drupa fovens. Officula tria angulata, in quibus nucleus membrana tenui obvolutus. AVBLET.

G E N S VI.

Nuciferae.

- * 1067. CORYNOCARPVS. FÖRSTER. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Nectarium ex foliolis quinis, basi auctis, glandulis totidem globosis. Stamina quinque e basi petalorum. Stylus filiformis, brevis. Stigma unicum. Nux ? monosperma, turbinato-clavata; nucleo oblongo.

A *Columniferis* Involucro triplici instructis remouent Stamina ex invol. tertio minime prodeuntia; a *Luridis* vero Corolla, aut Nectarium polyphyllum.

G E N S VII.

Pericarpiae.

- * 1068. LOPHANTHVS. FÖRSTER. Cal. quinquefidus, tubulosus, persistens. Petala quinque, spatulata; unguibus tenuibus. Stamina quinque. Stylus brevis, subclavatus. Stigma unum, involucreatum, in fundo calycis.

A *Defloratis* remouet praesentia Corollae; Fructus vero a *Caryophyllaeis*.

1069. BEFARIA. Cal. septemfidus, subregularis, deorsum gibbus. Petala septem. Stamina quatuordecim. Stylus unus, persistens. Stigma unum. Pericarpium heptagonum, umbilicatum, polyspermum. Semina imbricata, oblongo-teretia.

1070. LAWSONIA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor, unguiculata. Stamina 4 - 8). Stylus



lus unus. Stigma unum. Pericarpium quadriloculare; loculis polyspermis.

1071. LEONTICE. Cal. hexaphyllus. Petala sex. Stamina totidem. Pericarpium uniloculare, trispermum. Baccam subsucculentam vocat LINN.

G E N S VIII.

Ignoti fructus.

1072. TOMEX. Cal. quadridentatus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Stylus unus. Fructus —
1073. CLAVCENA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus unus. Stigma unum. Fructus —
1074. GRVBIA. Cal. diphyllus. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus unus. Stigma unum. Fructus —
1075. ALLOPHYLLVS. Cal. quadrifolius. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus unus. Fructus —
- *1076. LOGHANIA. Scop. Cal. 5-6-phyllus; foliis coriaceis; bracteis carnosis, trilobis ad basim. Petala quinque, carnosæ. Stamina quinque, basi latiora. Antheræ minimæ. Stylus brevis. Stigma quinqueradiatum. Fructus quinquelocularis.

Souroubea. AVBLET.

1077. VATICA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Antheræ quindecim. Stylus unus. Stigma unum. Fructus —
- *1078. DONATIA. Cal. triphyllus. Petala 8-10. Stamina tria. Antheræ didymæ. Styli tres. Fructus —

1079. CAVCANTHVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem. Styli tres. Stigmata tria. Drupa?

VSVS *æconomicus*. PORTVLACA edulis, ut & fructus AVERHOAE *Bilimbi*, cuius succus saponaceus maculas quoque ex linteis extergit.

— *medicus*. Fructus RHIZOPHORAE *Mangle* infervit ad paranda coria. IACQVIN. GOVXIAE *glabræ* succus medetur inflammationibus oculorum AVBLET. CORIARIA nigro-tinctoria, nuclei HAMAMELIS oleosi, XIMENIAE folia cibis addita stomachum roborant. ADANSON. FRAXINI cortex febrifugus, folia ovibus gratissima. PYROLA *uni-flora* in Lippitudine & Ophthalmia masti-cata, aut eius infusum inpositum, eximium est remedium apud Norlandos, & Norvegos LINN. Ex semine LINI butyrum parari potest, GREW. & oleum vulgo paratur. Cum aqua infusum, emolliente & mitigante vi plerasque alias plantas superat, ad faucium inflammationes iniectum, vel gargarisini in modum adhibitum. In cataplasmate ad inflammatos tumores, etiam criticos leniendos & dolorem auferendum nihil mitius HALL. PARIS pulvere sanatum canem, qui Arsenicum sumpserat, habet LOBELIVS.





TRIBVS XXI.

FORSKÆLII. (*Tricoccæ.*)

Non omnes Plantæ, quæ fructum tricoccum proferunt, ad hanc Familiam referendæ, nec eodem destitutæ, ad aliam ablegandæ. *Tricoccas* itaque eas voco, quæ præter fructum in tria ut plurimum locula, eaque sæpius monosperma, divisum, etiam flores gerunt sæpius apetalos & sexu distinctos, nec non gerimen superum & disco elevatum.

Tribus hæc itaque non fert Plantas nuciferas, aut pericarpio uniloculari instructas, neque etiam illas, quæ semina nuda, vel siliqua, aut legumine inclusa gerunt. Nullæ quoque ex his fructifloræ, calycifloræ, polycarpia; ac longe alias Tricoccis facies; proportio partium floris & fructus inter sese; nec ulla est, quæ cibum homini salubrem præbeat.

Separare ergo ab hac Tribu non potui COMETEM, etsi flores perfectos proferat, nec ANTIDISMAM, HIPPOMANEM, OMPHALEAM, CYSAMPELOSEM, ac HERNANDIAM, quidquid individua hæc baccatum fructum habeant. De CARICA dubitavi, an huic, vel alteri Familiæ adnumeranda sit; cum vero in determinanda floris, quem gerit, fabrica, non convenient scriptores, ita alium, eumque SCHINVM ac SPONDIAS inter, locum medium eidem assignavi, quibus proximam reddit Calyx a Corolla distinctus, nec non Staminum numerus & structura qualis in SPONDIAS.

Nec remove licuit STILLINGIAM, ANDRACHNEM, CLVTIAM, CROTONEM, ideo tantum, quod Corollam a Calyce distinctam habeant; Plantæ enim, quas Natura, consensu plurimum notarum

in unam Classē congregavit, ob quamlibet differentiam, separari a congeneribus nullo modo debent.

G E N S I.

Flore perfectō.

1080. CNEORVM. Cal. tridentatus, exiguus. Petala tria. Stamina tria. Pericarpium triccum, trispermum.
1081. COMETES. Involucrum commune quadriphyllum. Calyx tetraphyllus. Stamina quatuor. Stigma trifidum. Capsula triccoca.

Singulares pili calycini in COMETE *surattensi* BVRMANNI.

- * 1082. ERACLYSSA. FORSKAEL. Cal. pentaphyllus, persistens. Squamula membranacea ad basim receptaculi, loco Corollae. Stamina quinque. Styli sex. Stigmata simplicia. Capsula trilocularis, sexvalvis; loculis dispermis.

G E N S II.

Flore imperfectō.

D I V I S I O I.

MONOICAE.

O R D O I.

Staminibus 2 - 5).

1083. SAPIVM. BROWN. Cal. monophyllus, campanulatus, coloratus. *Mas.* Stamina duo, connata. *Fem.* Cal. tridentatus. Stigmata tria. Capsula trilocularis. Semina solitaria, margine denticulata.

Hinc



Hinc ab HIPPOMANE distinctum Genus IAC-
QVIN.

1084. STILLINGIA. *Mas.* Cal. hemisphæricus, multiflorus. Corolla tubulosa, erosa. Stamina duo. *Fem.* Cal. uniflorus. Stylus trifidus. Capsula tricocca, calyce dilatato ad basin cincta.

1085. PHYLLANTHVS. Cal. trifidus. *Mas.* Stamina tria. *Fem.* Styli tres. Stigmata sex. Capsula trilocularis. Semina solitaria.

Si PHYLLANTHVS *Niruri* corollam sexdentatam & capsulam sexlocularem possidet, ut notat OSBEKIVS, ad aliam Classem amandandus.

1086. HERNANDIA. Invol. parziale triflorum; floribus binis lateralibus masculis, medio femineo. *Mas.* Cal. nullus. Corolla monopetala, sexfida; lobis tribus inferioribus minoribus. Filamenta tria, e fundo floris. Glandulæ sex, subpedicellatæ, cingentes basin Filamentorum. *Fem.* Cal. campanulatus, integer, carnosus. Corolla monopetala, tubulosa, octofida; lobis quatuor interioribus minoribus & angustioribus, ad quorum basin glandula subpedicellata. Stylus unus. Stigma magnum, infundibuliforme, margine fimbriatum. Pericarpium monospermum, uniloculare, inclusum calyce maximo. AVBLET.

Mas. Invol. com. tetraphyllum, deciduum. Cal. proprius nullus. Petala sex. Glandulæ sex. Stamina tria. *Fem.* Cal. proprius integer. Petala octo, germiini infidentia; interioribus quatuor angustioribus. Glandulæ quatuor. Nux monosperma. IACQVIN in HERNANDIA *sonora*.

Mas,

Mas. Cal. triphyllus. Petala tria. Stamina tria. *Fem.* Cal. sexfidus. Petala octo, parva. Stigma unum, hemisphaericum. Baccula unilocularis, intra calycem inflatum, semine unico foeta. ADANSON.

1087. TRAGIA. *Mas.* Cal. trifidus. Stamina tria. *Fem.* Cal. integer, truncatus LINN. quinquepartitus GLEDITSCH. quinquefolius ADANS. Stylus trifidus. Capsula tricocca. Semina solitaria.

1088. OMPHALEA. Cal. tetraphyllus. *Mas.* Antheræ tres, receptaculo ovato innatæ. *Fem.* Cal. Maris. Stigma trifidum. Capsula carnosâ, trilocularis. Semen unum LINN. *Mas.* Cal. quadrifidus; laciniis binis maioribus, oppositis. Filamentum breve, crassum, e centro disci, sustinens Antheras 2-3). *Fem.* Cal. Maris. Stylus brevis. Stigmata tria, villosa. Theca ampla, trifariam dehiscens, unilocularis, fovens semina tria, cortice fragili tecta AVBLET.

Baccam trilocularem; loculis monospermis, habet ADANSON & *Ducholam* vocat.

1089. ARGYTHAMNIA. BROWN. Cal. tetraphyllus. *Mas.* Corolla tetrapetala. Stamina quatuor. *Fem.* Corolla nulla. Stigmata sex, ciliata. Capsula tricocca. Semina solitaria.

1090. ANDRACHNE. Cal. pentaphyllus. *Mas.* Corolla pentapetala. Stamina quina, gynandra. Nectarium pentaphyllum. *Fem.* Cal. Maris. Corolla nulla. Nect. pentaphyllum. Capsula trilocularis. Semina bina GLEDITSCH.

Mas. Cal. pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina quinque, styli rudimento inserta.



Fem. Cal. Maris, Corolla nulla. Styli tres. Capsula trilocularis. Semina bina. LINN.

Cum PHYLLANTHO in unum genus iungit ADANSON. cui Cal. hexaphyllum, corollam hexapetalam, Stigmata sex, Capsulam trilocularem, sexvalvem & singulo loculo semina bina tribuit.

In ANDRACHNE *fruticosa* Mares invol. unico, campaniformi, sexfido; *Fem.* vero capsula sexloculari instructos habet OSBEK.

1091. BVXVS. *Mas.* Cal. quinquefidus. Stamina quatuor, e corpore fungoso prodeuntia. *Fem.* Flos idem. Capsula trirostris, trilocularis; loculis dispermis. HALL. LINN.

Mas. Cal. pentaphyllus. Corolla dipetala, e corpore fungoso. *Fem.* Cal. triphyllus. Corolla tripetala. Styli tres, basi uniti. Capsula trilocularis. DV HAMEL.

Occurrit etiam *Mas.* Cal. triphyлло, Petalis binis, Germinis rudimento. *Fem.* Cal. quadriphyлло, Petalis tribus.

1092. CICCICA. *Mas.* Cal. tetraphyllus. Stamina quatuor. *Fem.* Cal. triphyлло. Styli quatuor. Capsula quadricocca, elastica. Semina solitaria.

ORDO II.

Staminibus 3 - 6 - 10) ♂ pluribus.

1093. PLVKENETIA. *Mas.* Cal. tetraphyllus. Stamina 8 - 10). ADANSON. Calyx nullus. Corolla tetrapetala. Stamina octo LINN. *Fem.* Stylus longissimus. Stigma quadrilobum peltatum. Capsula quadricocca. *Mari* nectaria quatuor barbata tribuit LINN. glandulas quatuor barbatas GLEDITSCH.

1094. ACALYPHA. *Mas.* Cal. 3 - 5 - phyllus. Stamina 3 - 10). *Fem.* Cal. triphyllus. Styli ramosi 1 - 3). Capsula tricocca, trivalvis. Semina solitaria.
1095. HIPPOMANE. *Mas.* Cal. bifidus. Stamina connata LINN. & IACQVIN. in HIPPOMANE *Mancanilla*; at libera, eaque 6 - 9), iuxta ADANSON. *Fem.* Cal. trifidus LINN. trifolius IACQVIN. ADANS. Stigma trifidum LINN. sæpius septemfidum IACQVIN. Stigmata sex. ADANS. Capsula tricocca LINN. Drupa maxima; ossiculo heptagono, septemloculari, septemvalvi IACQVIN. in *Mancanilla*. Baccæ unilocularis, monosperma ADANS. Lacte scatet venenatissimo IACQVIN.
1096. IATROPA. *Mas.* Invol. floris unicum, coriaceum, basi planum, semiquinquesidum. Stamina decem; alterna breviora & tenuiora. Glandula abiens in radios decem IACQVIN. in IATROPA *carthagenensi*. *Fem.* Invol. pentaphyllum, in IATROPA *urente*; pinnatifidum FORSKAEL. Styli tres, bifidi LINN. semitridi IACQVIN. Stigmata in IATROPA *curcas* sex; in *urente* 15 - 30). ADANS. Capsula tricocca. Semina solitaria.
- * 1097. TOURNESOLIA. NISSOL. *Mas.* Cal. quinquesidus. Stamina decem, connata. *Fem.* Cal. decemfidus. Stigmata sex. Capsula trilocularis, sexvalvis. Semina solitaria.
- CROTON *tinctorium* LINN.
- † 1098. CROTON. *Mas.* Cal. quinquesidatus. Corolla pentapetala. Stamina 10 - 15). *Fem.* Cal. polyphyllus. Corolla nulla. Styli tres, bifidi. Capsula tricocca LINN.
- Mas.* Cal. pentaphyllus. Corolla pentapetala, aut nulla. Filamenta staminum libera, aut



connata. Glandulae quinæ in nonnullis. *Fem.* Cal. idem. Corolla eadem, aut nulla. Styli tres LÖEFLING.

Corollam in utroque sexu notat in *CROTONE lobato* FORSKAEL. & alium Generis caracterem dat *BERNARDIAE* suæ ADANSONIVS.

CROTON lucidum. Mas. Cal. decemphyllus, imbricatus. Stamina 12). *Fem.* Cal. pentaphyllus. Styli tres, sexfidi.

— *lobatum. Mas.* Cal. quinquefidus. Stamina 10 - 12). *Fem.* Capsula coronata stylis tribus, ramosis.

— *matourense. Mas.* Cal. quinquefidus; laciniis fimbriatis. Petala quinque, e calyce. *Fem.* Cal. Maris. Corolla nulla. Stigmata 12 - 16). AVBLET.

1099. *RICINVS. Mas.* Cal. quinquefidus LINN. quinquefolius ADANS. Stamina multa, coalita, ramosa. *Fem.* Styli tres, bifidi. Capsula trilocularis.

1100. *STERCULIA. Mas.* Cal. quinquefidus. Filamenta quindecim, coalita. *Fem.* Cal. Maris. Germen columnæ insidens. Capsula 3 - 5 - locularis; loculis polyspermis.

1101. *DALECHAMPIA. Invol.* com. exterius tetraphyllum, interius maximum, diphyllum; foliis bifidis. *Mas.* Umbella decemflora. Cal. proprius quinquefolius. Corolla nulla. Stamina multa, coalita. *Fem.* Invol. triphyllum. Cal. proprius foliolis undecim. Corolla nulla. Stylus unus. Stigma perforatum. Capsula tricocca; loculis monospermis.

His addit Nectarium latum, constans lamellis plurimis, apice nectar glutinosissimum funden-

fundentibus, in flore masculo. IACQVIN.
ad caracterem DALECHAMPIAE *scandentis*.

DIVISIO II.

DIOICAE.

ORDO I.

Staminibus 3 - 5).

1102. CATVRVS. *Mas.* Invol. floris monophyllum, semitrifidum, tubulosum, corollaceum, persistens. Stamina tria. *Fem.* Involucrum trifidum, persistens. Styli tres, pinnato-multifidi. Capsula tricocca.
1103. MERCVRIALIS. *Mas.* Invol. floris 3 - 4 - fidum. Stamina 9 - 12); filamentis tenuibus. *Fem.* Invol. 3 - 4 - phyllum. Styli duo. Capsula dicocca.

Capsulas gemellas, monospermas ponit HAL-
LER.

1104. ANTIDESMA. *Mas.* Cal. pentaphyllus. Stamina quinque; antheris bifidis. *Fem.* Cal. Maris. Bacca cylindracea, monosperma.
1105. CISSAMPELOS. *Mas.* Cal. tetraphyllus. Stamina 6 - 8), ADANS. Nectarium rotatum, quod LOEFLINGIO est corolla monopetala. *Fem.* Cal. monophyllus. Nectarium subrotundum. Styli tres. Bacca unilocularis, monosperma.

Stamina quatuor; filamentis connatis LINN.
Filamentum unicum gerens antheras qua-
tuor LOEFLING.

1106. BEGONIA. *Mas.* Invol. floris unicum, tetraphyllum, petaloides; foliolis binis maioribus oppositis. Filamenta 24), brevissima. *Fem.* invol. idem. Styli sex, flexuosi. Capsula trigona, triptera, trilocularis, sex-



valvis, a basi sursum dehiscens, stylis persistentibus coronata. Semina minutissima, numerosa, placentæ affixa AVBLET. qua structura fructus recedit a *Tricoccis*.

Polygamis adnumerat, & Corollam tetrapetalam Mari tribuit LINN.

1107. CLVTIA. *Mas.* Cal. pentaphyllus. Corolla pentapetala. *Mas.* Stamina gynandra. *Fem.* Styli tres. Capsula trilocularis.

CLVTIAE *Eleuterice*. Cal. sexfidum. Petala sex. Stylos ad 6). Baccam trilocularem tribuit ADANSON.

Nectarium duplex in *Mare*, simplex in *Fem.* GLEDITSCH. non semper præsens.

1108. ADELIA. *Mas.* Cal. trifidus. Stamina multa, basi coalita. *Fem.* Cal. quinquefidus. Styli tres. Capsula tricocca.

DIVISIO III.

POLYGAMAE.

1109. EVPHORBIA. Flores fertiles & steriles. Cal. monophyllus, gerens squamulas petaloideas, persistentes, tot, quot sunt dentes calycini.

Cal. diphyllus. Corolla quadrifida; lacinia superiore brevior. Glandulae quatuor in cavo corollæ. IACQVIN. in EVPHORBIA *Tithymal*. Hinc Genus difficillimum.

Vsvs medicus. Aethyopes africani applicant vertiginoso capiti, bono cum successu, folia RICINI *vulgaris*. PHYLLANTHVS *Niruri* efficacissima Planta est ad pellendam urinam. Dolorem omnem ab ictu Apis, applicatis *Iatropæ* foliis, intra pauca minuta sublatum vidit D. HELBLING.

TRIBVS XXII.

MAGNOLII. (*Polycarpia.*)

Essentiam huiusce Tribus constituunt germina plura, una cum staminibus sæpius ex receptaculo, non vero ex calyce, prodeuntibus.

His quoque Involucrum Floris plerumque duplex, ac Stamina libera, eaque tot, aut plura, ac Petala, vel folia, aut segmenta calycina.

Inter hæc quædam germina calyci, alia vero receptaculo proprio innixa gerunt. Sunt & unico floris involucro donatæ, adsunt etiam succulentæ. Scio ecquidem HIPPOCRATEAM, ACEREM, DICTAMNUM, STAPHYLLAEAM, TRIBULUM, non haberi ab omnibus pro plantis polyginis; cum vero in HIPPOCRATEA fructum ex pluribus capsulis compositum viderit Cl. IACOVINVS, eundemque DICTAMNO, *Tribulo* & tribuat etiam magnus TOVRNEFORTIVS, ita Plantas hæc Familiæ huic, nec alteri, adiungendas esse duxi.

G E N S I.

Involucro floris uno, vel utroque regulari, seu haudquaquam labiato nec tubuloso.

D I V I S I O I.

GERMINIBVS. 2-5).

O R D O I.

Apetalæ.

- III. NEPHELIVM. *Monoicum. Mas.* Cal. quinque-dentatus, campanulatus. Corolla nulla. Stamina quinque, subulata. *Fem.* Cal. quadridentatus; dentibus binis oppositis tenuio-



nuioribus. Corolla nulla. Nuces binæ, fic-
cæ, muricatæ, monospermæ.

III1. ZANTOXYLLON. *Dioicum*. *Mas.* Cal.
quinquefidus. Corolla nulla. Stamina quin-
que. *Fem.* Styli laterales. Capsulæ? qui-
næ, uniloculares, monospermæ; sed 3-6),
2-3-spermas ponit ADANS. 4-5-) DV
HAMEL.

III2. CIMICIFUGA. *Dioica*. *Mas.* Cal. 4-6-
phyllus. Corolla nulla. Stamina 18-20).
Fem. Cal. Maris. Filamenta sterilia 14-
22-). Capsula 4-7). Semina multa, du-
plici serie disposita.

III3. MENISPERMUM. *Dioicum*. *Mas.* Cal.
foliola duodecim; quatuor exteriora, octo
interiora. Stamina sexdecim. *Fem.* Cal.
Maris. Stamina octo, sterilia. Baccæ binæ,
monospermæ. LINN.

Mas. Cal. hexaphyllus. Corolla hexapetala.
Fem. Styli tres. Baccæ tres, monospermæ,
reniformes. LVDWIG. GLEDITSCH. ADANS.
DV HAMEL.

III4. ACER. Flores quidam steriles. Cal. octo-
fidus; segmentis alternis angustioribus.
Stamina octo. Pericarpia bina, basi connata,
patula, alata, monosperma.

III5. TRIOPTERIS. Cal. 4-5-folius. Corolla
nulla. Stamina 8-10). Stigma obsolete tri-
fidum. Pericarpia tria, bialata; alis petala
referentibus: inferiore minore.

PTELEA viscosa LINN. corollata, fructum, iux-
ta Generis characterem, longe alium habet
ac TRIOPTERIS EIVSDEM. sed nec DODONAEA
viscosa IACQVINII, ob capsulam unicam, tri-
locularem, huc pertinet. Quid ergo sta-
tuendum? Certe si character Linnaeanus
TRIO-

TRIOPTERIS genuinus est, & PTELEA secunda LINN. vere existit distincta a TRIOPTERIS *iamaicensi* PLUKENETII, tunc DODONAEA IACQVINII Genus erit, a PTELEA & TRIOPTERIS omnino distinctum.

* III 16. CVLHAMIA. FORSKAEL. Cal. quinquefidus, campanulatus, corollaceus. Antheræ quinque, absque filamentis, affixæ apici receptaculi germen elevantis. Stylus unus, apparens in flore explicato. Stigma unum. Capsulæ quinæ, acuminatæ, basi connexæ, uniloculares, latere dehiscentes. Semina plura, teretia, basi appendice pulposa, reniformi, prominula.

III 17. SAVRVRVS. Squama loco calycis. Stamina sex. Germina quatuor. Baccæ quatuor, monospermæ.

Ab *Amentaceis* removent germina plura & flores hermaphroditi.

III 18. GISEKIA. Cal. pentaphyllus, persistens. Stamina quinque, brevissima. Styli quinque breves. Capsulæ? quinæ, subrotundæ, obtusæ. Semina solitaria.

* III 19. IVIRA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Stamina efficiunt cupulam quinqueidentatam; denticulis bifidis, longo pedicello donatam. Antheræ decem, cupulæ denticulis inpositæ. Stylus longus incurvus. Stigma quinquerradiatum. Thecæ quinæ, quandoque duæ, tres, quatuor, uniloculares, coriaceæ, pedunculatæ, ad basim fibris cinctæ. Semina 4 - 5), pilis capillaceis rigidis involuta



ORDO II.

Corollatæ.

1120. *HELICTERES*. Cal. monophyllus. Petala quinque, at nulla in unica specie. Nectarium in plerisque. Stamina 10-14) imo & plura. Germina disco filiformi, longo elevata. Capsulæ quinæ, polyspermæ, interne dehiscentes.
- * 1121. *VSVBIS*. *BVRMANN*. Cal. diphyllus, subrotundus. Petala quatuor, subrotunda, calyce minora, sessilia. Stamina octo. Antheræ subrotundæ. Germina duo, pedicellata, compressa, flore longiora. Styli breves. Stigmata simplicia. Fructus —
Schmidelia. LINN. ?
- * 1122. *APORETICA*. *FÖRSTER*. *Fl. hermaphr.* Cal. triphyllus. Petala quatuor. Nectarium quadrifidum, brevissimum, stamina cingens; laciniis emarginatis. Stamina octo, ex receptaculi latere. Germina duo, pedicellata, monosperma. Styli duo. Fructus —
- * 1123. *EVODIA*. *FÖRSTER*. Cal. quadrifolius, persistens. Petala quatuor, spatulata, patula. Nectarium quadrifidum, germen cingens; laciniis emarginatis. Stamina quatuor. Stigma obsolete quadrifidum. Capsulæ quatuor, bivalves, subglobosæ, monospermæ.
1124. *DIOSMA*. Cal. quinquefolius. Petala quinque, unguiculata. Stamina quinque. Nectarium monophyllum, supra germen. Capsulæ? 3-5), basi coalitæ. Semina arillata.

HARTOGIA. LINN. differt filamentis quinque castratis, totidemque fertilibus. LINN. GLEDITSCH. BERGIVS. qui sexum non notat, ut nec alii. Capsulam unicam ponit ADANS.

DIOSMA rubra, & *dichotoma* BERGII, aliæque, in quibus stamina nectario inserta sunt, ad Genus MELIÆ referendæ. Ergo Fructus noviter examinandus, ut Individua hæc ad sua Genera referantur.

1125. BYTTNERIA. Cal. quinquefidus, deciduus. Petala quinque, terminata seta subulata, longa. Nectarium pentaphyllum. Stamina quinque, e squamis nectareis. Stylus unus. Stigma subquinquefidum. Capsulæ quinque, uniloculares, monospermæ IACQVIN.

Cal. nullus Petala duodecim & plura, in duas series disposita DV HAMEL.

Capsula quinquelocularis, quinquevalvis in BYTTNERIA *scabra* LOEFLING.

1126. QVASSIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Nectarium pentaphyllum, germen cingens. Stamina decem. Capsulæ quinæ, ovatæ, remotæ, monospermæ, bivalves, receptaculo carnosio insertæ.

***1127. SIMABA.** AVBLET. Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5). Stamina 8-10), ex receptaculo. Stylus 4-5-fstriatus. Stigma 4-5-radiatum. Drupæ? 4-5), ovatæ, uniloculares, disco carnosio insertæ. Ossiculum fragile, tenue, monospermum.

1128. FORSKAELEA. Cal. profunde quinquefidus. Petala 8-10), rudia, spatulata, erecta, marcescentia, unguiculata. Stamina 8-10). Styli 4-5). Semina 4-5), oblonga,



ga, utrinque attenuata, lana intertexta, calyce tecta.

Cadbeia. FORSKAEL. qui apetalam facit.

1129. OCHNA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, unguiculata. Stamina quinque. Baccæ 2-5), monospermæ, receptaculo magno, subrotundo, carnosio affixæ.
- * 1130. ARVBA. AVBLET. Cal. 5-6-fidus. Petala 5-6), calyci ad ambitum disci inserta. Stamina 5-6), connata, disco carnosio imposita. Styli tres. Stigmata fulcata, aut bipartita. Capsulæ? 3-4-6) uniloculares, monospermæ, disco carnosio insertæ.
- * 1131. PEKEA. AVBLET. Cal. quinquefidus, carnosus. Petala quinque, carnosæ, calyci infra divisuras inserta. Stamina plurima, disco imposita. Styli quatuor. Drupæ quatuor, reniformes, uniloculares; officulo monospermo, fragili, fetis rigidis hirto. Nucleus reniformis.
- * 1132. BRIMYS. FÖRSTER. Cal. integer, dehiscent. Petala sex, ovata. Stamina plurima, brevia. Antheræ didymæ. Styli nulli. Baccæ quatuor, obovatæ, subpedicellatæ. Semina triquetra.
- * 1133. EVRIANDRA. FÖRSTER. Cal. pentaphyllus; foliolis duobus exterioribus minoribus. Petala tria. Stamina plurima. Antheræ didymæ. Styli tres, breves. Capsulæ folliculosæ, tres ovatæ, divaricatæ, latere interno dehiscentes. Semina aliquot.
1134. ILLICIVM. Cal. sexphyllus, irregularis. Petalorum ordo duplex. Stamina triginta. Capsulæ duræ, in orbem patulæ, bivalves, uniloculares, monospermæ, latere interno dehiscentes. Semen subovatum, politum.

1135. **DICTAMNVS.** Cal. pentaphyllus. Petala quinque, inæqualia, unguiculata; uno descendente. Stamina 7-10), deorsum inclinata. Capsulæ quinquæ, margine interiore coalitæ, cornutæ, polyspermæ. Semina nitida, pyriformia, calyptra elastica vestita.
- * 1136. **EPIBIASTRVM.** FÖRSTER. *Monoicum.* Mas. Cal. duplex: exterior hexaphyllus, interior triphyllus. Petala sex. Stamina sex. Fem. Cal. & Corolla Maris. Styli tres. Drupæ tres, stylo mucronatæ; ossiculo unico reniformi, subsulcato, compresso.
1137. **STAPHYLLAEA.** Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli 2-3). Capsulæ 2-3), inflatæ, connexæ. Semina ossæa, subrotunda, bina, octo. ADANS.
1138. **CARDIOSPERMVM.** Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina octo; tribus superioribus, quinque inferioribus. Pericarpia tria, connata, cordata, inflata. Semen rotundum.

Scandit cirrhis prone petiolum enatis.

1139. **SAPINDVS.** Cal. quadrifolius. Petala quatuor. Stamina octo. Styli tres. Pericarpia tria, ventricosa, connata, carnosa. Semen globosum.

Quandoque unicum semen fecundum alia germina elidit, ut fructus monogynius evadat.

1140. **TRIBVLVS.** Cal. profunde quinquefidus. Petala quinque. Stamina 5-10). Stylus nullus. Pericarpia quina, spinosa, bi- & quinquelocularia; loculis monospermis.
1141. **SVRIANA.** Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem; alternis longioribus. Styli inserti lateri interiori germinum.



- num. Pericarpia quina, monosperma. Semina quinque habet IACQVIN.
1142. HIRAEA. Cal. pentaphyllus, parvus. Petala quinque, unguiculata. Stamina decem; alternis longioribus, ut in *Caryophylleis* nonnullis, sed Pericarpiis tribus, unilocularibus, dipteris, monospermis.
1143. BANNISTERIA. Cal. quinquefidus & quinquefolius, basi exterius poris melliferis. Petala quinque, unguiculata. Stamina decem. Styli tres. Pericarpia tria, connata, alata, monosperma.
1144. FAGONIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem. Capsulæ quinae, bivalves, compressæ, monospermæ, axi in spinam exeunti affixæ. LUDWIG.
1145. GRIELVM. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem, persistentia. Pericarpia quina, monosperma.
1146. TETRACERA. Cal. hexaphyllus. Stamina 6-12). Capsulæ quatuor, monospermæ.
1147. TILLAEA. Calycina folia, Petala, Stamina 3-4). Capsulæ dispermae, tot, quot stamina. Nectarium nullum.
1148. HIPPOCRATEA. Cal. quinquefidus, coloratus. Petala quinque. Stamina tria. Germina disco insidentia. Capsulæ tres, bivalves, pentaspermæ. Semina alata. IACQVIN.
1149. SEDVM. Calycis folia, aut segmenta, nec non Petala, aut segmenta Corollæ tot, vel duplo pauciora, ac stamina. Squamulæ quinae nectariae ad basim fructus, capsulæ polyspermæ, tot, quot petala.
- Cotyledon.* TOVENE. Cor. monopetala, 4-5-fida. Stamina decem.

Crassula. DILLEN. Cor. monopetala & pentapetala. Stamina quinque.

Rhodiola. LINN. Flores dioici. Cal. folia 8-10). Petala brevissima, truncata, glandulis similia, 4-5). Capsulæ 4-5).

SEMPERVIVUM. RVPP. Petala 6-8-12). Stamina alterna breviora, adnata unguibus petalorum.

SEDVM. LINN. Petala quinque. Stamina decem.

DIVISIO II.

GERMINIBVS 6. 100).

1150. XYLOPIA. Cal. triphyllus, deciduus; bracteis minimis ad basim. Petala sex; tribus exterioribus latioribus, extus villosis. Filamenta vix ulla. Antheræ quinque, ad basim germinum affixæ. Germina 2-15), receptaculo trigono insidentia. Styli nulli. Stigmata tenuissima. Capsulæ uniloculares, bivalves, coriaceæ, tetragonæ, foventes semen unum aut duo, subrotunda. AVBLET.
1151. ANNONA. Cal. triphyllus, deciduus, extus villosus. Petala sex, cordata; tribus interioribus minoribus. Filamenta vix ulla. Antheræ numerosissimæ, basi styli adfixæ. Styli nulli. Stigmata obtusa. Bacca echinata, ex pluribus germinibus unilocularibus, monospermis conflata. Semina basi umbilicata, compressa, ovato-oblonga. AVBLET.

Vnicum fructum mentitur, sed maturus constat pluribus ab invicem separabilibus IACVIN.

- * 1152. HEDYCARYA. FÖRSTER. *Monoica*. Mas. Cal. 8-10-fidus; laciniis subæqualibus. Co-



Corolla nulla, ut in *XYLOPIA*. Filamenta nulla. Antheræ 50), apice barbatae, per totum fundum calycis sessiles. *Fem.* Cal. *Maris*. Pedicelli numerosi e medio calycis elevantes germina globoso-depressa. Styli nulli. Stigmata papillae per germina sparsae. Noces 6-10), pedicellatae, monospermae; officulis globosis. Receptaculum in medio calycis lanatum.

*1153. *CANANGA*. *AVBLET*. Cal. triphyllus; foliis carnosiss. Petala sex; tribus inferioribus longioribus, tribus aliis carnosiss. Filamenta vix ulla. Antheræ numerosissimae. Germina plurima. Styli nulli. Stigmata obtusa. Capsulae 48), ovatae, pedunculatae, uniloculares, monospermae, receptaculo adligatae.

*1154. *WARIA*. *AVBLET*. Cal. trifidus; laciniis deciduis, carnosiss. Petala sex; tribus exterioribus longioribus. Filamenta nulla. Antheræ numerosae, infra germina receptaculo affixae. Styli nulli. Stigmata acuta. Baccæ 12-20- plures, oblongae torulosae, breviter petiolatae, uniloculares, uno latere sulcatae. Semina 3-6), mutuo incumbencia, orbiculata, costae laterali affixa.

1155. *UVARIA*. Cal. triphyllus. Petala sex. Stamina ad 100), Baccæ 6-40), distinctae, pendulae, semina 2-4) foventes.

1156. *MICHELIA*. Cal. triphyllus. Petala quindecim *LINN.* Cal. nullus. Petala quatuordecim in *MICHELIA Champac.* *OSBEK.* Calycis folia 8). Petala 8). *LVDWIG.* Calycis folia 6-9); duorum ordinum. Petala 6-9), in duas series disposita *ADANS.* Stamina multa. Baccæ multae, tetraspermae, filatae *GLEDITSCH.*

1157. **MAGNOLIA**. Cal. triphyllus. Petala 9-12). Stamina ad 100). Semina baccata, squamæ capsulari, ope fili, affixa DV HAMEL. hinc Thecæ. Capsulæ bivalves, exteriore latere dehiscentes, monospermæ ADANS.
1158. **HYDRASTIS**. Cal. triphyllus, corollaceus. Stamina ad 100). Baccæ ad 30), coadunatæ, monospermæ.
1159. **LIRIODENDRON**. Cal. triphyllus. Petala novem. Stamina multa. Semina imbricata in strobilum LINN. Petala sex. Stamina 30). Pericarpia 20 - 100), a seminibus nudis vix distinguenda, imbricata in conum. ADANS. Fructus est conus erectus, squamosus, semina gerens sub squamis recondita, alata LVDWIG. Capsulæ multæ, basi turgidæ, in conum squamosum congestæ, monospermæ. DV HAMEL.
1160. **DILLENIA**. Cal. pentaphyllus, persistens. Petala quinque, coriacea. Stamina ad 100). Pericarpia unilocularia, pulposa, polysperma, in conum quasi congesta, thalamo pulposo affixa.
- † 1161. **ANEMONE**. TOVRNEF. Involucrum floris unicum 6 - 9 - phyllum, corollaceum. Stamina ad 50). Pericarpia multa, mutica. monosperma. Folia circa caulem in uno puncto coniuncta HALLER, quorum loco Calyx triphyllus in *ANEMONE hepatica*.
- * 1162. **PVLSATILLA**. TOVRNEF. diversa ab *ANEMONE* Pericarpiis caudatis.
- Vniatur *DRYAS* cum *COMARO* in unum Genus, ut *ANEMONE* & *PVLSATILLA* unum pariter efficiant.



1163. CLEMATIS. Invol. unicum, quadriphyllum, corollaceum. Stamina ad 30). Pericarpia ad 50), caudata, monosperma. Folia coniugata HALLER.
- Clematis* folia habet opposita, THALICTRUM alterna.
1164. ATRAGENE. Cal. quadriphyllus. Petala 12 - 24), petiolata. Stamina ad 50). Pericarpia totidem, caudata; sine nudo HALL. Flores hermaphroditi & masculi in diversis Plantis, in ATRAGENE *polygama* IACQUIN.
1165. THALICTRUM. Invol. unicum, quadriphyllum, corollaceum, præcociter caducum. Stamina 20 - 60). Pericarpia 6 - 30), alata, mutica, monosperma. Semen cylindricum, apici Pericarpium affixum.
1166. ADONIS. Cal. pentaphyllus. Petala 6 - 8). Stamina ad 60). Pericarpia 20 - 100), tetragona, acuminata.
1167. RANUNCULUS. Cal. folia 3 - 5). Petala ad basim ungue nectario. Stamina ad 60). Pericarpia 20 - 100), in capitulum congesta.
1168. ALISMA. Cal. triphyllus. Corolla tripetala. Stamina sex. Pericarpia 12 - 20, in circulum disposita, angulata.
1169. SAGITTARIA. *Monoica*. Mares superiores. Cal. triphyllus. Petala tria. Stamina 30) & plura. Fem. Cal. & Corolla Maris. Pericarpia alata, monosperma, in globum congesta.
1170. SEPTAS. Cal. septemfidus. Petala septem. Stamina & Styli totidem. Capsulæ pariter septem, polyspermæ.

1171. BVTOMVS. Cal. triphyllus, coloratus. Petala tria. Stamina novem. Capsulæ sex, distinctæ, polyspermæ. Semina parieti affixa.
1172. CALTHA. Invol. unicum, corollaceum, pentaphyllum. Stamina ad 300). Capsulæ 5 - 16), bivalves, polyspermæ, in stellam dispositæ, receptaculo proprio affixæ.

G E N S II.

Corolla, aut Calyce irregulari.

1173. TROLLIVS. Cal. corollaceus, 12 - 15-phyllus. Petala parva, tubulosa, intra folia calycina. Stamina ad 100). Capsulæ 15-30), ovatæ, monospermæ.
1174. HELLEBORVS. Cal. corollaceus, pentaphyllum, persistens. Petala parva, tubulosa, sublabiata. Stamina 30 - 60). Capsulæ 3 - 10), polyspermæ.
1175. CVRATELLA. Cal. 4 - 5 - dentatus, laciniiis in quadrifido binis maioribus, in quinquefido autem unica maiore. Petala 4 - 5), unguiculata. Stamina ad 60), in plures ordines disposita. Styli duo. Stigmata capitata. Capsulæ binæ, subcarnosæ, hirsutæ, uniloculares, bivalves, introrsum dehiscen-tes, dispermæ. Semina arillata. AVBLET.
1176. POEONIA. Cal. folia inæqualia, diffor-mia, duorum ordinum. Petala quina & plu-ra. Stamina ad 300). Styli nulli. Capsulæ hirsutæ. Semina nitida, subrotunda HALL.
1177. MYOSVRVS. Cal. pentaphyllum. Petala minuta, tubulosa, apice subulata. Styli nul-li. Capsulæ ad 200).



Se habet ad RANUNCULUM, ut GARIDELLA ad NIGELLAM.

1178. ISOPYRUM. Cal. pentaphyllus, corollaceus. Petala 5 - 8), auriculata, tubulosa. Stamina 12 - 13). Capsulæ paucae, recurvae, in orbem dispositæ, polyspermæ. Semina parva, subrotunda.
1179. AQUILEGIA. Cal. pentaphyllus, corollaceus. Petala quina, corniculata, calycinis foliis interposita. Paleæ decem inter stamina & germina. Stamina ad 50). Capsulæ bivalves, quinæ; sine incurvo. Semina multa, duorum ordinum.
1180. ACONITUM. Cal. pentaphyllus, corollaceus; folio supremo maiore, galeam referente. Petala duo, fistulosa, recurva, pedunculata. Staminum filamenta basi latiora. Capsulæ 3 - 5), polyspermæ. Semina angulosa, aspera.
1181. DELPHINIUM. Cal. pentaphyllus, corollaceus, irregularis. Petalum unicum, bifidum, caudam protendens vaginatam cornu folii calycini supremi. Stamina 5 - 30). Capsulæ usque tres.
1182. GARIDELLA. Cal. pentaphyllus, coloratus. Petala quinque, bilabiata. Stamina decem. Capsulæ 3 - 5), connexæ polyspermæ.
1183. NIGELLA. Cal. pentaphyllus, corollaceus. Petala octo, profunde bifida, unguiculata. Stamina ad 35). Styli recurvi 3-5). Capsulæ 3 - 5), basi connexæ, polyspermæ. Semina angulosa.

Nigellæ arvensis stamina deflorata horizontaliter patentia; quina inter quodlibet petalum.

lum. Nectaria seta dorsali instructa; segmentis squamula terminatis.

VSUS æconomicus. MICHELIAE *Champacæ* fructus dat nucleum edulem, oleo divitem, panificio idoneum. Succus SEDI SEMPERVIVI cum alcohole & cum spiritu Salis ammoniaci abit in gelatinam niveam, cosmeticam, suilli adipis haud dissimilem **CARTHEUSER.**

— *medicus.* ZANTOXYLLVM diureticum & sudoriferum. ILLICII semina stomacho & nervis amica. SEDA succo acidulo spontaneo foeta, ad fauces inflammatas, aphtosas, ad cæcas hæmorrhoides, & ad ambusta laudantur. Nota quoque est drastica HELLEBORI & ACONITI indoles, in refractariis quoque morbis nuper celebrata, *quæ magni momenti experimenta* (utar verbis Ill. HALLERI) *omnino merentur repeti & confirmari.*





TRIBVS XXIII.

MORISONII. (*Polyandræ.*)

Differunt a *Polycarpiis* germine unico, ab *Icosandris* autem staminibus omnibus nec inter sese, nec cum ullo Floris involucro cohærentibus.

Cæterum & his Corolla, si adest, perpetuo polypetala. Stamina multa, aut certe plus quam duplo plura, ac petala. Germen superum.

Differunt tamen inter sese involucro floris unico, aut duplici; staminibus modo ex germine, modo vero ex alio, a petalis & germine distincto loco prodeuntibus; nec non germine sessili, aut insidente disco plus minus elevato.

Hinc MARCGRAVIA LECYTHIS PONTOPIDANA &c. ob corollam monopetalam ad *Luridas* amandatæ,

GENS I.

Germine nullo disco insidente.

DIVISIO I.

CAPSVLARES.

1184. VATERIA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina ad 200). Stylus unus. Capsula unilocularis, trivalvis, trisperma LINN. turbinata, monosperma LVDWIG.

*1185. RHYNEA. Scop. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina ad 200). Stylus unus. Stigma unicum. Capsula unilocularis, 2-3-valvis, monosperma.

Nagassari. RŪMPF.

1186. NORANTEA. AVBLET. Cal. 5 - 6 - 7 - phyllus, coriaceus; bractea utriculari ad basim.

basim. Petala quinque, unguiculata. Stamina 40-50), brevia, ex receptaculo. Stylus brevis. Stigma subrotundum. Fructus unilocularis, polyspermus.

1187. REAVMVRIA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina ad 50). Styli quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, polysperma.

*1188. HOMALIVM. IACQVIN. Cal. sexfidus. Petala sex. Glandulæ sex. Stamina ad 24). Styli tres. Fructus —

*1189. ORYGIA. FORSKAEL. Cal. diphyllus, deciduus. Petala quinque. Stamina multa, filiformia, petalis breviora. Stylus unus, tenuis. Stigmata tria. Capsula unilocularis, trigona, trivalvis, polysperma. Semina parva, compressa, glabra,

1190. SEGVIERIA. Cal. pentaphyllus, persistens; binis exterioribus maioribus. Corolla nulla. Stamina ad 35). Stylus nullus. Stigma decurrens, villosum. Capsula? an non Pericarpium uniloculare, monospermum?

1191. CISTVS. Cal. pentaphyllus; foliis binis; exterioribus diversis. Petala quinque. Stamina ad 100). Capsula 1-10-locularis, polysperma.

*1192. DICERA. FÖRSTER. Cal. 4-5-fidus. Petala 4-5), trifida; lacinia media longiore. Corpuscula 4-5), emarginata, circa Germen. Stamina 12-20), plura, brevia, capillaria, inter nectarium & germen prodeuntia. Stylus unus. Stigma unum. Capsula bilocularis, ovata, polysperma.

*1193. CALINEA. AVBLET. Cal. trifidus; bracteis binis ad basim. Petala tria, denticulata.



ta. Stamina plurima, ex receptaculo. Stylus longus, incurvus. Stigma conicum. Fructus bilocularis; loculis monospermis.

1194. TREWIA. Cal. 3 - 4 - phyllus. Corolla nulla. Stamina ad 100). Stylus unus. Capsula trilocularis, trivalvis. Semina solitaria.

1195. THEA. Cal. 4 - 6 - phyllus. Petala 4 - 6), ADANS. 6 - 9). LINN. Stamina ad 230). Stylus unus. Stigmata 3 - 5). Capsula trilocularis, sexvalvis. Semina solitaria.

* 1196. CORBICHONIA. Scop. Cal. pentaphyllus, persistens. Petala multa, lanceolata. Filamenta numerosa. Styli quinque, filiformes. Stigmata simplicia. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, globosa, calyce cincta, polysperma.

ORYGIA *decumbens* FORSKAEL.

1197. SARRACENA. Cal. primus triphyllus, secundus pentaphyllus. Petala quinque, unguiculata. Stamina ad 100). Stylus unus. Stigma magnum, pentagonum, clypeatum. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis, polysperma.

* 1198. APEIBA. AVBLET. Cal. quinquefidus; laciniis deciduis. Petala quinque, unguiculata. Stamina 85), & plura, brevia, crassa. Antheræ laterales; extimis sterilibus; acumine foliaceo. Stylus longus. Stigma decemdentatum, perforatum. Capsula? decemlocularis, coriacea, echinata; depressa, orbiculata. Semina plurima, minuta, receptaculo carnosso affixa.



DIVISIO II.

THECATAE.

- *1199. THOA. AVBLET. *Monoica. Mas.* Cal. nullus. Corolla nulla. Stamina numerosa, brevia. Antheræ minimæ. *Fem.* Cal. nullus? Corolla nulla. Stylus fere nullus. Stigmata 3-4), minima. Theca? unilocularis, ovata. Semen cortice fragili tectum, unicum, ovatum.
1200. LAETIA. Cal. pentaphyllus. Corolla nulla & pentapetala. Stamina multa. Theca unilocularis, trivalvis; valvis carnofo-coriaceis, interne gerentibus membranam cartilagineam, abscedentem. Semina multa, pellicula pulposa tecta.
- *1201. ABLANIA. AVBLET. Cal. 4-5-fidus. Corolla nulla. Stamina 60-70), ex receptaculo. Styli duo, bifidi. Stamina quatuor. Theca ovata, pilis deciduis hirta, unilocularis, quadrivalvis, polysperma. Semina parva, membrana viscosa obvoluta, receptaculo libero affixa.
- *1202. SINGANA. AVBLET. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, unguiculata, denticulata. Stamina plurima. Stylus longus. Stigma capitatum, concavum. Theca unilocularis, cylindracea, longa, fragilis. Semina multa, sibi invicem incumbentia, pulpa alba involuta.
- *1203. BREYNIA. PLUMIER. Cal. quadriphyllus. Petala quatuor. Stamina multa. Theca leguminosa, teres, carnosâ, bivalvis, polysperma.

CAPPARIS LINN. species filiquosæ.



Corollam monopetalam, quadrifidam notat
in CAPPARI *Breynia* LOEFLINGIUS

- * 1204. MAHVREA. AVBLET. Cal. quinquefidus; laciniis duabus maioribus. Petala quinque; tribus minoribus, erectis. Stamina ad 70). Stylus unus, incurvus. Stigma trigonum. Theca trilocularis, trivalvis, valvis introrsum dehiscentibus. Semina plurima, minuta, membrana involuta, receptaculo trigono affixa.

DIVISIO III.

GRANATIFERAE.

1205. MAMMEA. *Polygama. Hermaph.* Cal. bifidus, deciduus, coloratus. Petala quatuor. Stamina multa, brevissima. Stylus crassus. Stigma capitatum. Granatum maximum, uniloculare, Styli parte acuminatum, fovens semina quatuor. *Mas.* in eadem, vel in distincta planta. Cal. Corolla, stamina, ut in priore.

Ita in MAMMEA *americana* LACQVIN.

DIVISIO IV.

BACCATAE.

- * 1206. SORAMIA. AVBLET. Cal. quinquefidus; laciniis coloratis. Petala quinque, unguiculata. Stylus longus. Stigma capitatum. Cysta unilocularis, fovens semen unicum; involucro feminis membranaceo, albo, viscoso.
1207. PLINIA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina ad 100). Stylus unus. Bacca monosperma, sulcata. Semen magnum, globosum.

* 1208.

- *1208. MIROXYLON. *Dioicum*. Mas. Cal. 4-5-fidus. Corolla nulla. Nectarium crenulatum, cingens stamina 20-50), capillaria. Fem. Cal. & Nectarium Maris. Stylus vix ullus. Stigma obsolete trifidum. Bacca? subbilocularis; loculis dispermis. Semina trigona.
1209. DELIMA. Cal. pentaphyllus, reflexus. Corolla nulla. Stamina ad 100). Bacca? monosperma, acuminata.
1210. RHEEDIA. Cal. tetraphyllus. Corolla nulla. Stamina multa, filiformia. Stylus cylindricus. Stigma infundibuliforme. Bacca unilocularis. Semina 1-3).
1211. ACTAEA. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina ad 30). Bacca unilocularis, polysperma LINN. coriacea, non pulposa CRANTZ.
- *1212. TEICHMEYERIA. SCOP. Cal. monophyllus. Petala octo. Stamina ad 100). Stylus unus. Bacca unilocularis, polysperma.
- Iaparandiba*. MARCGRAV.
- *1213. ONCOBA. FORSKAEL. Cal. quadrifidus. Petala undecim; sex exteriora longiora, quinque interiora minora & inæqualia. Filamenta numerosissima, totum spatium inter corollam & germinis fundum replentia. Stylus unus, cylindricus. Stigma orbiculatum, septemlobum; lobis divis in lobos crenatos, glandula terminatos. Bacca globosa, unilocularis, polysperma. Semina oblonga, compressa.
1214. CRATAEVA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina 16). Stylus nullus. Bacca unilocularis, polysperma.



1215. **GARCINIA**. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina 16). Stylus nullus. Stigma peltatum. Bacca unilocularis, stigmate coronata, octosperma. Semina villosa, carnosissima. LVDWIG.
1216. **GREWIA**. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, ad quorum basim, squamula nectararia. Stamina ad 120). Stylus unus. Bacca 2 - 4 - locularis; loculis 1 - 2 - spermis. LINN. Drupa, officulis binis unilocularibus, aut unico, eoque biloculari ADANS. Quasi Baccæ quatuor, basi coalitæ, nucleo biloculari DV HAMEL.
- In **GREWIA**. *occidentali*, calycem monophyllum & nectarium scutiforme ad originem singuli petali notat WILlich.
- Columna receptaculi orbiculum habet, cui infidet germen cum staminibus.
1217. **MVNTINGIA**. Cal. quinquefidus, deciduus. Petala quinque, breviter unguiculata, patula. Stamina plurima. Stylus nullus. Stigma subpeltatum, radiatum, pentagonum. Bacca quinquelocularis, stigmate coronata, globosa, polysperma. IACQVIN.
1218. **TRILIX**. Cal. triphyllus, persistens. Petala tria, calyce minora. Stamina numerosa, capillaria. Stylus unus. Stigma unum. Bacca quinquelocularis, calyce tecta. Semina plurima, exigua.
1219. **PROCKIA**. Cal. triphyllus. Corolla nulla. Stamina 15). Bacca quinquelocularis, pentagona, polysperma.
1220. **CAMBOGIA**. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina ad 200). Stigmata quatuor. Bacca octolocularis; loculis monospermis.

spermis. ADANS. Pomum stigmatate coronatum LINN. GLEDITSCH.

DIVISIO V.

DRUPACEAE.

1221. CALOPHYLLVM. *Polygamum. Hermaph.*
Cal. diphyllus, deciduus; coloratus, vel
monophyllus, aut nullus. Petala quatuor;
binis exterioribus minoribus. Stamina cir-
citer decem. Stylus nullus. Stigma capi-
tatum. Drupa magna, globosa; officulo
levissime acuminato, rotundo, uniloculari.
Mas. Cal. & Cor. prioris. Stamina ad 60).

Ita in CALOPHYLLO *Calaba.* IACQVIN.

1222. ELAEOCARPVS. Cal. 4 - 5 - phyllus. Pe-
tala 4 - 5). Stamina ad 20). Stylus unus.
Drupa nucleo crispo. LINN.

1223. GRIAS. Cal. quadrifidus. Petala quatuor.
Stamina ad 100). Stylus nullus. Drupa of-
ficulo octosulcato. Bacca ADANS.

1224. NITRARIA. Cal. quinquefidus, succosus.
Petala quinque, apice fornicato - hamosa.
Stamina 15). Stylus nullus. Stigma bifi-
dum. Drupa officulo triloculari. A. MUR-
RAY.

1225. BARRINGTONIA. FÖRSTER. Cal. di-
phyllus, superus, persistens. Petala qua-
tuor, coriacea, ovata, patentia. Nectari-
um tubulosum, conicum, styli basim vesti-
ens, apice inæqualiter denticulatum. Sta-
mina plurima ex receptaculo, filiformia,
longissima. Germen inferum. Stylus fili-
formis. Stigma unicum. Drupa maxima,
ovata, conica, quadrangularis, apice at-
tenuata, calyce coronata. Officulum quadri-
loculare.



- loculare, ovatum, extus rugoso-fibrosum. Nuclei solitarii, ovati, rugosi.
- *1226. MALLOCOCCA. FÖRSTER. Cal. pentaphyllus; foliis intus coloratis. Petala quinque, tenuia, calyce breviora. Stamina plurima, filiformia. Stylus unus. Stigma quadrilobum. Drupa quadrilocularis, hirsuta, depressa, fovens officula quatuor, in quibus nuclei solitarii.

G E N S II.

Germine disco elevato.

D I V I S I O I.

DISCO ELONGATO.

1227. MORISONIA. Cal. monophyllus, a corolla erumpente bipartibilis. Petala quatuor. Stamina ad 100). Stylus unus. Bacca unilocularis, sphaerica, polysperma; cortice duro.
- †1228. CAPPARIS. Cal. varius. Petala quatuor. Stamina longa, ad 100). Stylus nullus. Bacca unilocularis, polysperma.
- *1229. MAERVA. FORSKAEL. Cal. quadrifidus. Corolla nulla. Nectarium ex setis multis, apici tubi calycini insertis. Stamina ad 30). Stylus nullus. Stigma verruciforme. Bacca ?
1230. CLVSIA. Cal. 4 - 12 - phyllus, imbricatus. Petala 4 - 6). Nectarium ex congerie filamentorum, germen obtegentium. Stamina multa, ut in CLVSIA alba 5 - 8). Stigmata tot, quot locula fructus. Theca 5 - 8 - 12 - locularis. Semina numerosa, in pulpa molli nidulantia.
- *1231. CHARADRA. FORSKAEL. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, squamula ad basim

sim instructa. Discus columnaris, squamosus. Stylus unus. Stigma quadrifido-laciniatum. Drupa coriacea; officulo biloculari, dispermo.

D I V I S I O II.

DISCO BREVI.

*1232. LOCHNERIA. SCOP. Cal. 4 - 5 - phyllus. Petala quator. Stamina 15 - 20). Stylus unus. Bacca unilocularis, monosperma. *Perinkana & Malnaregam.* H. MALABAR.

*1233. BANARA. AVBLET. Cal. sexfidus, persistens. Petala sex. Stamina 15), & plura, ex ambitu disci. Stylus unus. Stigma capitatum. Bacca globosa, unilocularis, vix succulenta, stylo terminata. Semina plurima, minima, angulata, striata.

1234. PODOPHYLLUM. Cal. triphyllus, coloratus. Petala novem. Stamina viginti. Stylus unus. Bacca unilocularis, coronata stigmate. Capsula GLEDITSCH. Pericarpium. ADANS.

Si disco caret, referendum ad TRIB. XVIII. prope *Racoubeam*.

1235. BOCCONIA. Cal. diphyllus. Petala quatuor, exigua ADANS. nulla LINN. IACQVIN. Stamina 12 - 16); antheris magnis. Bacca alata LVDWIG. Capsula pulposa GLEDITSCH. Siliqua unilocularis, bivalvis, monosperma. ADANS. Pericarpium bacciforme, monospermum. Corolla nulla. Filamenta sex. Germen pedicellatum. Stigma bifidum. WILlich. quæ in icone PLUMIERII petala videntur, sunt stamina quatuor, post aliorum delapsum persistentia. IACQVIN.



† 1236. CHELIDONIVM. TOVRNEF. Cal. diphyllus. Petala quatuor. Stamina ad 30); filamentis facile caducis; basi attenuatis; antheris pedicellatis. Capsula filiquosa, unilocularis, stigmate terminata. Semina utrinque, affixa filamentis, quibus valvæ adhærebant.

* 1237. GLAUCIVM. TOVRNEF. Cal. diphyllus. Petala quatuor. Stamina ad 30). Capsula filiquosa, bilocularis, stigmate quadrilobo coronata; septo spongioso, in quo semina immersa.

CHELIDONIVM. LINN.

1238. PAPAVER. Cal. diphyllus. Petala quatuor. Stamina 100) & plura. Capsula multilocularis, coronata stigmate, sub quo loculum singulum propria apertura dehiscit. Semina ad 1200), septis adfixa, subrotunda.

1239. ARGEMONE. Cal. 3-4-phyllus. Petala 6-8). Stamina ad 80). Stylus nullus. Stigma 4-6-fidum. Capsula unilocularis, 4-6-valvis. Semina numerosa, parva, receptaculis marginalibus, linearibus affixa.

1240. SANGVINARIA. Cal. diphyllus. Petala octo, duorum ordinum; interiore minore. Stamina ad 40). Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina acuminata. Siliqua LINN.

* 1241. MOVRERA. AVBLET. Cal. nullus. Corolla nulla. Stamina 40), disco infra stylum inserta. Antheræ sagittatæ. Styli duo, oppositi, incurvi. Stigmata obtusa. Capsula unilocularis, bivalvis, ovata, striata. Semina plurima, minutissima, receptaculo libero affixa.

Loco calycis vagina membranacea & squamæ tres ad basim pedunculi.

1242. BIXA. Cal. quinquedentatus. Petala decem; duorum ordinum. Stamina ad 100). Stylus unicus. Stigmata duo. Capsula unilocularis, bivalvis, hispida, polysperma.

Fructus *Pæonia*, sed erectus, externe scaber, vel hamulis instructus, ut ARCTIVM *Lappa*.

1243. PEGANVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quindecim. Capsula trilocularis, trivalvis. Semina ad 15).

1244. SLOANEA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina ad 200). Stigma perforatum, ut in AREIBA. Capsula 3 - 4 - locularis, 3 - 4 - valvis, echinata, ut in *Fago*. Semina solitaria ADANS. Bacca corticosa, polysperma LINN. Stamina extima sterilia in SLOANEA *dentata* LOEFLING.

1245. TRIVMFETTA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina duodecim. Stylus unus. Pericarpium 4 - 6 - locale, hispidum.

Calyx nullus in TRIVMF. *Lappula*. Glandulæ quinæ ad bases petalorum in TRIVMF. *rhomboidea*. IACQVIN.

- * 1246. WERNISEKIA. SCOP. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Stamina viginti. Stylus longus, incurvus. Stigma capitatum, quinqueradiatum. Fructus quinquelocularis. Semina solitaria.

Houmivi. AVBLET. de quo nondum constat qualem fructum, & an discum sub germine gerat.

1247. TILIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina ad 40), in phalanges subdivisa. Stylus unus. Pericarpium quinquelocale,
S locale,



loculare, subrotundum, obtusum. Semina in uno loculo 1 - 2). Numerus staminum separat ab AESCVLO.

1248. HELIOCARPVS. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina ad 50). Stylus unicus. Capsula multilocularis, multivalvis, cylindracea, polysperma, cincta unico circulo radiorum hamatorum.

1249. SYMPLOCOS. Cal. semiquinquefidus. Petala quinque, basi tubum formantia, superne patentissima. Filamenta numerosa, triplici & quadruplici serie tubo corollæ in orbem adcreta, inferiora gradatim breviora. Stylus filiformis. Stigma capitatum, semitrifidum. Fructus — IACQVIN.

Filamentorum series Phalangibus similes, hinc Genus medium inter *Polyandras* & *Icosandras*.

VSVS *æconomicus*. Fructus PLINIAE, NITARIAE, CAPPARIS, MORISONIAE, MAMMEAE *americ.* esculenti. TILIAE flores Apibus gratissimi. CRATAEVA *Marmelos* ex fructibus dat aquam odore Rosarum, ex fructu vero carnem gratissimam, antidysentericam. BYRMANN. Ex TILIAE alburno parantur funes etiam pro cuniculis Fodinarum.

— *medicus*. Succus Papaveris hortensis albi nigrive dat opium, qui ex inciso capite, de cortice potissimum, lacteus & dulcis fluit, a sole vero coactus fuscus & gummi similis, vel extracti, amarus, calidus habetur. Aequè perfectum opium mihi experimentum tentanti Papaver in Germania dedit, ac quidem solet in Asia, aut China HALLER. CAMBOGIA dat Gummi-resinam luteam, drasticam, hydragogam.

TRI-

TRIBVS XXIV.

OEDERI. (*Icosandræ.*)

Tribus hæc ab omni alia distinguitur staminibus in plures fasciculos, seu phalanges distributis, aut ex interiore Floris involucro prodeuntibus, quod in his Plantis nunquam monophyllum est, ut in *Luridis* nonnullis, nec unquam distincto a staminibus loco donatum, quale occurrit in TALISIA, SAUVAGEA, PARNASSIA, ac similibus.

His quoque Calyx unico, aut pluribus foliolis compositus. Corolla polypetala, receptaculo sæpius inposita. Germen unicum.

Stamina quæ insident Corollæ, tot sunt, aut duplo plura, ac segmenta, vel folia calycina; plura autem, quæ in Phalanges distributa.

Pars illa floris, quæ stamina profert, mihi Corolla est, quæ vero Corolla ab aliis vocatur, mihi est involucrum secundum corollaceum.

Invitus hunc locum iis Plantis tribuo, quorum stamina non ex receptaculo, sed ex intimo floris involucro oriuntur; cum vero has alteri familiæ adnumerare non licuerit, ac LINNAEVS etiam THEOBROMAM *Polyadelphis* adiunxerit, ita easdem huc locavi, donec ex pluribus detectis, novæ Tribus constitui queant.

G E N S I.

Involucro floris duplici.

† 1250. HYPERICVM. Cal. 2 - 5 - phyllus. Petala 4 - 5). Stamina divisa in phalanges 3 - 4 - 5). Styli 1 - 5). Capsula divisa in tot locula, quot styli, dehiscens in valvas 2 - 5). Semina parva, multa, receptaculo affixa.



- *1251. *ANDROSAEMVM*. TOVRNEF. diversum ab *HYPERICO* Bacca? seu fructu minime dehiscente.
1252. *HOPEA*. Cal. quinquefidus. Petala quinque, basi connexa. Stamina connata in quinque corpora. Stylus unus. Nux calyce coronata; ossiculo triloculari.
1253. *MELALEVCA*. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina multa, connata in quinque corpora. Stylus unus. Capsula trilocularis, trivalvis, semitecta calyce baccato. Semina multa.
1254. *CITRVS*. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Filamenta multa, connata in varia corpora. Stylus unus. Bacca novemlocularis, polysperma.
- *1255. *CASPIA*. PISON. Cal. quinquefidus; glandulis ad basim laciniarum. Petala quinque. Stamina numerosa, divisa in quinque phalanges; filamentis inferne coalitis. Styli quinque. Bacca orbiculata, quinquelocularis, cincta calycinis laciniis ampliatis. Semina multa, minutissima.

HYPERICI species AVBLET.

- *1256. *BLAKSTONIA*. SCOP. Cal. quinquefidus. Petala quinque, ab uno latere convoluta & imbricata. Stamina 15-20), distincta in quinque phalanges; filamentis inferne coalitis. Germen disco cinctum. Stylus unus. Stigma quinqueradiatum. Bacca unilocularis, ovata, fovens semina 2-4-5), tomentosa, angulata.

Moronobea AVBLET.

G E N S II.

Involucro floris triplici.

1257. GLABRARIA. Invol. primum quinque-
dentatum, brevissimum; secundum pen-
taphyllum, corollaceum; tertium ex setis
coloratis, subulatis, germen ambientibus.
Stamina triginta, sex in una phalange; fi-
lamentis basi connexis. Stylus unus. Stigma
unum. Drupa unilocularis; officulo ovali.
1258. LOASA. Invol. primum quinquefolium;
secundum ex foliis pariter quinis, cucul-
latis; tertium pentapetalum corollaceum;
foliolis cum secundo alternantibus; duplici
filo aristatis. Stamina multa, divisa in quin-
que phalanges, seu 15 - 17) ad quodlibet
petalum. Stylus unus, filiformis. Stigma
simplex. Capsula unilocularis, trivalvis,
hirta, superne laciniis calycinis emarcidis
circumdada. Semina plurima, ovata, ru-
gosa, parva.
1259. ZYGOPHYLLVM. Invol. primum 4-5-
folium; secundum simile, at foliis emar-
ginatis; tertium corollaceum ex petalis de-
cem, inæqualibus, squamas referentibus,
germen tegentibus. Stamina decem, e fo-
liolis corollæ prodeuntia. Capsula quin-
quelocularis, quinquevalvis, pentaptera,
extus pulposa, disperma in ZYGOPH. *pro-
lifero* FORSKAEL.
1260. MAHERNIA. Invol. primum quinquefi-
dum; secundum pentaphyllum; tertium
corollaceum, pentapetalum. Stamina quin-
que ex involucro tertio. Stigmata quin-
que. Capsula quinquelocularis, quinque-
valvis. Semina reniformia.



1261. **POLEMONIVM.** Invol. primum quinquefidum; secundum corollaceum, tubulosum, quinquefidum; tertium ex squamis quinis, gerentibus filamenta quina. Stylus unus. Stigmata tria. Capsula trilocularis, trivalvis. Calyce tecta. Semina plurima.
1262. **PLVMBAGO.** Invol. primum quinque-dentatum, tubulatum; secundum corollaceum, tubulosum, quinquefidum; tertium ex squamis quinis, gerentibus filamenta quina. Stylus unus. Stigmata quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, monosperma.
- *1263. **MELYCYTVS.** FÖRSTER. *Monoicus. Mas.* Invol. primum quinque-dentatum, brevissimum; secundum corollaceum, pentaphyllum; tertium ex corpusculis quinis, clavatis, cyathiformibus, latere interiore staminiferis. Filamenta nulla. Antheræ quinæ. *Fem.* invol. primum & secundum *Maris.* tertium ex squamis quinis, trigonis. Stylus nullus. Stigma stellatum, quadrilobum. Bacca? unilocularis, polysperma. Semina minima, angulata.
1264. **AQVILICIA.** Invol. primum quinque-dentatum, brevissimum; secundum corollaceum, pentaphyllum; tertium ex squamis decem; alternis minoribus. Stamina quinque, squamulis imposita. Stylus unus. Stigma unum. Bacca quinquelocularis. Semina solitaria.
- *1265. **RINOREA.** AVBLET. Invol. primum quinquefidum; secundum corollaceum, pentaphyllum; tertium superius, pentapetalum, e basi proferens stamina quinque, brevissima. Fructus —

Riana AVBLET,

*1266.



* 1266. CONOHORIA. AVBLET. Invol. primum
quinquefidum; secundum corollaceum,
pentaphyllum; tertium ex squamis quinis.
Stamina, una cum squamulis, e basi se-
cundi involucri prodeuntia, brevissima.
Stylus unus, flexuosus. Stigma capitatum.
Fructus —

Vsvs. *Hypericum* scatet balsamo vulnerario.
CITRI fructus dat succum eximium in mor-
bis, in quibus alcali evolutum lethiferam
humorum colliquationem minatur. CITRI
Aurantii folia ad Convulsiones, expertus
laudat HAENIVS.





TRIBVS XXV.

HERMANNI. (*Columniferæ.*)

Tribus hæc iis Plantis constat, quibus Corolla polypetala & Filamenta nunc inferne coalita in columnam tubulosam, stylos continentem; nunc nectario polymorpho infidentia, aut id ipsum efformantia; nunc sola basi invicem unita, alibi vero libera & a petalis separata; nunc vero solis antheris invicem cohærentia.

Sunt tamen aliquæ, quæ filamentis destitutæ sunt, & solis antheris constant nectario inpositis.

Columniferæ ergo sunt eæ Plantæ polypetalæ, quarum stamina omnia, aut Antheræ, nunc immediate, nunc vero ope alterius corporis, invicem cohærent. Hinc stamina solitaria, vel ex squamulis, aut petalis prodeuntia, hinc excludenda.

Inter hæc Genera, quædam germina plura, alia unicum possident. Stamina in nonnullis numerosa, in aliis tot, aut duplo plura ac petala. Calyx nunc duplex, nunc unicus; idemque monophyllus, aut polyphyllus. Petala nunc libera, nunc supra basim conglutinata.

GENS I.

Involucro floris triplici.

DIVISIO I.

POLYGYNIAE.

1267. LAVATERA. Invol. primum semitrifidum; secundum quinquefidum; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina ad 20). Pericarpia monosperma, 7-20), recepta-

ceptaculo columnari affixa, quod superne umbraculum efficit, protegens fructum.

1268. VRENA. Invol. primum quinquefidum; secundum pariter quinquepartitum; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina multa. Stylus decemfidus. Pericarpia quina, echinata, separabilia, monosperma. Capsula quinquelocularis in VRENA *Typalea* LINN.

1269. ALCEA. Invol. primum sexfidum, reliqua ALTHAEAE.

1270. ALTHAEA. Invol. primum novemfidum; secundum quinquefidum; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina ad 20). Pericarpia 12 - 20), monosperma, receptaculo columnari affixa.

1271. MALVA. Invol. primum triphyllum; secundum semiquinquefidum, tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina ad 20). Pericarpia 9 - 25), monosperma, receptaculo columnari affixa.

Cal. exterior diphyllus in MALVA *hispanica*. LOEFLING.

1272. MALOPE. Differt a MALVA Pericarpis in duas aut tres series distributis.

1273. MALACHRA. Invol. primum triphyllum; secundum multiflorum, maius; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina multa. Pericarpia quina, monosperma, receptaculo affixa.

- *1274. FERBERIA. Scop. Invol. primum saepius octophyllum; secundum pentaphyllum, reliqua ALTHAEAE.

ALTHAEA. LUDWIGII. A. MURRAII.

- *1275. PRESTONIA. Scop. Invol. primum 5 - 10 - phyllum; secundum quinquefidum; tertium



tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina 30 - 40). Stigmata decem. Pericarpia quina, monosperma.

LAESS. ADANSON.

DIVISIO II.

MONOGYNIAE.

- *1276. PARITA. H. MALABAR. Invol. primum 8 - 12 - fidum; secundum quinquefidum; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina ad 20). Capsula quinquelocularis.

HIBISCUS populneus, tiliaceus, zeylanicus. LINN.
pandureformis BURMANN.

1277. MALVAVISCUS. DILLEN. Invol. primum 5 - 10 - phyllum; secundum quinquefidum; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina ad 40). Bacca quinquelocularis. Semina solitaria.

Hibiscus 10. LINN.

1278. KETMIA. TOURNEF. Calyces MALVISCI. Stamina 30 - 40). Stigmata quinque. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis.

Hibiscus LINN.

1279. LAGERSTROEMIA. Invol. primum 6 - 7 - phyllum; secundum idem; tertium corollaceum, pentapetalum. Stamina ad 60). Stylus unus. Stigma unum. Fructus —

1280. GOSSYPIUM. Involucra LAVATERAE. Stamina multa. Stylus unus. Stigma quadruplex. Theca 3 - 4 - locularis, 3 - 4 - valvis. Semina in singulo loculo circiter tria, lana involuta.



G E N S II.

Involucro floris duplici.

D I V I S I O . I.

STAMINIBVS BASI ITA COHAERENTIBVS, VT CY-
LINDRVM, TVBVLVM, VRCEOLVM, AVT ALIVD
CORPVS A PETALIS DISTINCTVM EFFICIENT.

1281. WALTERIA. Cal. quinquefidus. Petala
quinque. Stamina quinque. Stylus unus.
Stigmata duo. Capsula unilocularis, bival-
vis, monosperma. Flores parvi, conferti.

* 1282. PACHIRA. AVBLET. Cal. quinqueden-
tatus, ad basim cinctus tuberculis quinis,
glandulosis. Petala quinque, e fundo ca-
lycis, superne in tubum conniventia. Fi-
lamenta in tubum longum coalita, superne
libera, quindecim, quæ simul omnia susti-
nent antheras 300 - 320). Stylus longissi-
mus. Stigma quinquelamellatum. Capsu-
la unilocularis, multivalvis, striata, fovens
semina plurima, incumbentia, angulata.

* 1283. CROSSOSTYLIS. FÖRSTER. Cal. qua-
drifidus, tetragonus, persistens. Petala
quatuor, ungue angusto inserta calyci.
Stamina viginti, basi in urceolum connata.
Corpuscula filiformia, ciliata, pariter vi-
ginti, staminibus interposita. Stylus unus,
persistens. Stigma laciniis quatuor trifidis,
patentissimis coronam refert. Bacca unilo-
cularis, hemisphærica, striata.

* 1284. ABROMA. Scop. Cal. pentaphyllus,
persistens. Petala elliptica. Nectarium du-
plex monophyllum, quinquefidum. Fila-
menta vix ulla, affixa dorso Nectarii inti-
mi. Antheræ didymæ, effuso polline in
unum



unum corpus confluentes. Styli quinque, erecti. Capsula quinquelocularis; alis quinque. In maturo fructu locula separata unicapsularem capsulam referunt. Semina plura, elliptica, breviter pedicellata, affixa plicæ eminenti, pilisque albis barbata.

THEOBROMÆ species LINN. sed Genus distinctissimum ab omni alio, ut fusius demonstrabit Cl. IACQVINIVS. qui *Abromæ* nomen dedit & characterem communicavit.

1285. THEOBROMA. Cal. quinquefidus. Petala quinque, tubo staminum inserta, conniventia in annulum quinquestriatum, emittentia ligulam longam, terminatam lamina lata, mucronata, subcordata, expansa supra divisuras calycis. Stamina decem, basi connata in tubum, quorum quinque longiora & castrata. Stylus longus. Stigma quinquefidum. Drupa coriacea, quinquelocularis, pentagona, apice umbilicata, fovens officula numerosa, incumbentia, receptaculo columnari affixa, in pulpa alba nidulantia, nucleo unico fœta. AVBLET in THEOBR. *Cacao*.

1286. BROWNEA. Involucra tria; primum inæqualiter bifidum, coloratum; secundum corollaceum, tubulosum, quinquefidum; tertium pentapetalum, priori impositum. Filamenta decem; alternis brevioribus, coalitis in cylindrum superne divisum. Stylus unicus, subulatus. Stigma obtusum. Fructus — IACQVIN.

*1287. MELISTAVRVM. FÖRSTER. *Polygamodioicum. Mas.* Cal. quinquefidus. Corolla nulla. Vagina campanulata, calyci inserta, margine staminifera. Filamenta 20; alternis

nis fertilibus, & crassioribus. Stylus brevis. Stigma obtusum. Fructus nondum visus, ut nec Flos hermaphroditus.

1288. SWIETENIA. Cal. quinquefidus, campanulatus, deciduus. Petala quinque. Vagina cylindracea, ore decemdentata. Filamenta decem, minima, vaginae infra dentium divisuras inserta. Stylus subulatus. Stigma capitatum. Capsula magna, quinquelocularis, quinquevalvis; valvis ligneis, crassissimis, a basi dehiscentibus. Semina plurima, imbricata, alata. Receptaculum pentagonum, obtusum. IACQVIN.

1289. TVRRAEA. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Stamina decem, infidentia vaginae decemfidæ. Capsula quinquecocca.

1290. KLEINHOVIA. Cal. diphyllus. Petala duo, irregularia. Stamina decem, infidentia Nectario campanulato, pedunculato. Capsula quinquecocca.

Adfinitas aliqua cum AYENIA.

1291. ERYTHROXYLON. Cal. quinquefidus. Petala quinque, squamula nectararia ad basim. Nectarium campanulatum, sustinens stamina decem. Styli tres. Drupa oblonga; officulo uniloculari, obtuse tetragono; nucleo oblongo, compresso.

*1292. ALEVRITES. FÖRSTER. *Monoica. Mas.* Cal. trifidus. Petala quinque. Filamenta numerosa, connata in receptaculum conicum, columnare. Squamæ quinæ ad bases petalorum. *Fem.* Cal. & Corolla Maris, ut & Nectarium. Stylus nullus. Stigmata duo. Cysta magna, globosa, dicocca. Semina duplici cortice tunicata.



1293. MVRRAEA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Nectarium campanulatum, gerens stamina decem. Stylus unus. Bacca unilocularis, subpulposa, monosperma.
1294. HVGONIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Nectarium urceolatum, gerens stamina decem. Styli tres. Bacca unilocularis, monosperma, calyci insidens.
- * 1295. ELCAIA. FORSKAEL. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Vagina tetragona, gerens stamina decem. Antheræ squamatae. Stylus filiformis. Stigma globosum. Capsula trilocularis, trivalvis, trigona. Semina bina in singulo loculo.
1296. WINTERANIA. Cal. trifidus. Petala quinque. Nectarium urceolatum, gerens antheras 8 - 16), extus adnatas. Bacca trilocularis; loculis dispermis.
- * 1297. GERBERIA. SCOP. Cal. 3 - 4 - 5 - fidus. Petala quinque. Vagina longa, glandulis 4 - 5), & pluribus terminata, gerens antheras novem. Stylus longissimus. Stigma bilobum. Capsula? bilocularis, coriacea, calyce tecta. Semina solitaria.
- Quararibea.* AVBLET.
- * 1298. TICOREA. AVBLET. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Vagina quinquecuspidata, gerens antheras quinas. Stylus longissimus. Stigma subrotundum. Capsula? quinquelocularis.
- * 1299. ARGOPHYLLVM. FÖRSTER. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Vagina pyramidata, pentagona, gerens antheras quinque. Stylus filiformis. Stigma capitatum. Capsula hemisphaerica, trilocularis, trivalvis. Semina plurima, subrotunda, porosa.

1300. GVAREA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Vagina integerrima, gerens antheras octo. Germen disco insidens. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis. Semina solitaria, extrorsum arillata.
- * 1301. MELICOPE. FÖRSTER. Cal. quadrifidus, campanulatus. Petala quatuor. Nectarium octofidum; laciniis crenatis. Stamina octo. Stylus subtetragonus. Germen apice quadrilobum, tetraspermum. Fructus —
- * 1302. BINECTARIA. FORSKAEL. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor, concava. Nectarium 16-fidum; segmentis duorum ordinum; exterioribus bilobis; interioribus simplicibus, stylum tegentibus. Stamina octo. Fructus —
1303. MELIA. Cal. 4-5-dentatus. Petala 4-5). Nectarium gerens stamina 5-8). Fructus 4-5-locularis.
- DIOSMA *dichotoma*, *succulenta*, *hirsuta* BERGII huius generis.
- * 1304. NOTHRIA. BERG. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Vagina cylindrica, gerens stamina sex. Stylus unus. Stigmata tria. Fructus —

D I V I S I O II.

STAMINIBVS ALIQVO LOCO COHAERENTIBVS,
ABSQVE NECTARIO. *Divisioni primæ proprio*,
excepta TRIGONIA.

O R D O I.

Polygyniæ.

- * 1305. DAYENA. ADANSON. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quinque. Germen pedicellatum. Pericarpia quina, connata, dein separabilia, monosperma.



1306. NAPAEA. *Polygama. Dioica. Mas. Cal.* quinquefidus, teres. Petala quinque. Stamina 10 - 20). *Fem. Cal. & Corolla Maris.* Pericarpia 5 - 10), monosperma.

*1307. ABVTILON. *Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina multa. Pericarpia quina, monosperma.*

HIBISCVS *spinifex* huius Generis.

1308. SIDA. *Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina multa. Capsulae quinae, bivalves, intus coalitae, 1 - 3 - spermae, quandoque bimucronatae. Semina reniformia. Sed capsulam quinque - imo & decemlocularem notat in SIDA crispata LOEFLING.*

ORDO II.

Monogyniae.

1309. STEWARTIA. *Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina ad 30). Styli quinque. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis. Semina solitaria, ovata, compressa.*

Sed Capsulas quinque separabiles vidit in STEWARTIA corchoroide. FORSKAEL.

1310. CAMELIA. *Cal. ex foliolis multis, imbricatis, ut in strobilo abietino. Petala quinque. Stamina ad 100). Stigma unicum. Capsula 3 - 5 - locularis, 3 - 5 - valvis. Semina 1 - 3) ADANSON. plura in quolibet loculo GLEDITSCH.*

1311. GORDONIA. *Cal. pentaphyllus. Petala quina, basi unita. Stamina multa, basi unita. Stylus unus, brevis, pentagonus. Stigmata quinque. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis; loculis semibifidis. Semina bina, hinc ala foliacea.*

*1312.

- * 1312. MORANDA. SCOP. Cal. semiquinquefidus. Petala quinque. Ligulae quinæ, lineares, Nectarium efficientes. Stamina multa, basi coalita. Stylus unus. Capsula quinquelocularis; loculis 4-5-spermis. LOEFLING *Reise*. p. 133.
- * 1313. ADENIA. FORSKAEL. Cal. sexfidus. Petala sex. Squamulae sex, lineares, loco Nectarii. Stamina sex, parum connata. Stylus unus. Fructus —
1314. ADANSONIA. Cal. quinquefidus, deciduus. Petala quinque. Stamina ad 700). Stylus longissimus. Stigmata ad 14), radiata, villosa. Theca 10 - 14 - locularis. Semina in pulpa farinacea nidulantia.
1315. BOMBAX. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina 5 - 100). Stigma unicum. Theca 5 - locularis, quinquevalvis. Semina lana involuta.
- * 1316. DVRIA. RVMPF. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina 7 - 8). Theca quinquelocularis, quinquevalvis. Semina carne pauca involuta.
1317. MESVA. Cal. tetraphyllus. Petala quatuor. Stamina ad 200). Stylus unus. Nux? tetragona, unilocularis monosperma LINN. Theca quadrilocularis, quadrivalvis. Semina solitaria —
1318. PENTAPETES. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina 15 - 20); quinis sterilibus. Stigma unicum. Capsula quinquelocularis, decemvalvis, polysperma. Semina plana, alata.
- * 1319. PLAGIANTHVS. FÖRSTER. Cal. quinquefidus, brevis; laciniis minimis. Petala quinque; duobus magis approximatis. Filamenta



lamenta connata in cylindrum. Antheræ ad 12). Stylus unus, cylindro inclusus. Stigma clavatum. Bacca —

1320. HERMANNIA. Cal. quinquefidus, tumidus. Petala quinque auriculata, basi semitubulata. Stamina quinque; filamentis superne ciliatis. Stylus unus. Capsula quinquelocularis, pentagona. Semina multa.
1321. MELOCHIA. Diversa ab HERMANNIA capsulæ loculis monospermis, an satis?
1322. CONNARVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem, basi connata. Stylus unus. Capsula unilocularis, bivalvis, monosperma. LINN. legumen GLEDITSCH.
1323. OXALIS. Cal. quinquefidus. Petala quinque, supra basin leviter cohærentia. Stamina decem; quinque brevioribus. Capsula quinquelocularis pentagona, semina explosiva ovata rugosula.
1324. GERANIVM. Cal. pentaphyllus. Petala quina æqualia & inæqualia. Stamina decem, vix coalita, non omnia fertilia. Capsula quinquelocularis; loculis axi medio affixis. Semina rostrata, ab imo sursum revolvenda, rostri basi spiraliter demum intorta.
1325. MELIANTHVS. Cal. quinquefidus, irregularis, basi hinc gibbus. Petala quina, inæqualia; inferiore brevissimo, carinato. Stamina quatuor. Capsula quadrilocularis; loculis 1-2-spermis. Semina ovalia.
1326. PAVLLINIA. Cal. quadriphyllus LINN. pentaphyllus LOEFLING. Petala quatuor, inæqualia, calyci inserta. Squamulæ totidem ad bases petalorum. Stamina octo, in-

inæqualia. Stylus duplex. Capsula trilocularis; loculis monospermis.

1327. TAMARIX. Cal. quinquefidus, campaniformis. Petala quinque. Stamina 5 - 10), basi coalita; Stylus trifidus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma. Semina papposa.


Ob præsentiam corollæ removenda a *defloratis*.

- * 1328. ENOVREA. AVBLET. Cal. quadrifidus; laciniis duabus maioribus. Petala quatuor; binis amplioribus, calycis fundo insertis. Squamulæ quatuor, adnatæ basibus petalorum. Glandulæ binæ ad ungues petalorum maiorum. Stamina tredecim, basi connata. Stylus nullus. Stigmata tria. Theca unilocularis, trivalvis, orbiculata. Semen unicum, sphaericum, pulpa farinosa pellicula membranacea obductum.

- * 1329. ACIOA. AVBLET. Cal. quinquefidus; laciniis inæqualibus. Petala quinque; tribus longioribus, omnibus calyci impositis. Stamina 11 - 12), inferne coalita, intra petala duo minora inserta. Stylus longus. Stigma acutum. Nux unilocularis, fibrosa, ovata, coriacea. Officulum fragile.

1330. IMPATIENS. Cal. diphyllus. Petala quinque, inæqualia; nectario cucullato. Stamina quinque. Capsula elongata, unilocularis, quinquevalvis; valvis elasticis. Semina columellæ tenui affixa.

- * 1331. HYBANTHVS. IACQVIN. Cal. pentaphyllus, persistens; foliis tribus in gibbum protrusis. Petala quinque, inæqualia. Glandula in gibbo calycis inter stamina & petalum quintum. Stamina quinque. Stylus



filiformis. Stigma simplex, obtusum. Capsula unilocularis, trivalvis. Semina plurima, minima, affixa intra divisuras capsulae dehiscantis.

Calceolaria LOEFLING.

1332. *TROPAEOLVM*. Cal. quinquefidus, coloratus. Petala quinque, inæqualia. Stamina octo, inæqualia, vix cohærentia. Stylus unus. Stigmata tria. Pericarpium profunde trifidum, triloculare; loculis monospermis.

Etsi contendas esse Pericarpia tria distincta, tamen *VIOLAE* nimis adfines est, quam ut ab ea divelli, & *Polycarpiis* adsociari queat.

1333. *VIOLA*. Cal. pentaphyllus, petala fulciens. Petala quinque, inæqualia; uno elongato in nectarium fovens ligulas binas. Stamina quina; filamentis brevissimis, antheris cohærentibus. Capsula unilocularis, trivalvis.

- * 1334. *LIGNONIA*. Scop. Cal. quinquefidus. Petala quinque, ita unita, ut tubum mentiantur; uno maiore, emarginato. Stamina quinque ex receptaculo. Antheræ coalitæ. Stylus unus. Stigma bilobum. Fructus bilocularis.

Paypayrola. AVBLET.

1335. *TRIGONIA*. AVBLET. Cal. quinquefidus, irregularis; laciniis binis superioribus erectis; inferioribus tribus, basi coalitis. Petala quinque, inæqualia, ex receptaculo. Petalum superius erectum, planum, basi villosum; lateralia duo reflexa, angustiora, longiora; duo inferiora carinae in modum connexa. Stamina 10 - 11), in vaginam coalita. Antheræ 3 - 5 - 7), fertiles. Stylus

lus unus. Stigma capitatum, margine membranaceo cinctum. Theca unilocularis, tri-valvis, intus & extus tomentosa, trigona. Semina plurima, lanugine sericea obducta, subrotunda.

Vsvs. *Malvaceæ* primi ordinis emollientes, ideoque salubres ubi tensæ ab inflammatione tunicæ nerveæ, & ubi abrasus mucus iniuriis exposuit sensiles fibras. Pulpa farinosa fructus ADANSONIAE in Aegypto, aliisque orientalibus Provinciis usitata in febribus putridis, Lienteria, Dysenteria ADANS. HYBISCI *sabdarifæ* calyces, nec non fructus HIBISCI *esculenti*, edules. Ex eisdem HIBISCI fructu succus exprimitur, qui fermentatus, & sacharo conditus vinum præbet, at vix per mensem duraturum IACQVIN. Hottentoti, & nunc Belgæ, MELIASTRVM nunquam prætereunt, quin mellem eius dulcedinem avidè resorbeant. HERMANN. VIOLAE flores a calyce probe separandi, ne vim exerant purgantem.





TRIBVS XXVI.

BAVHINII. (*Leguminosæ.*)

Et hæc Tribus pandit valorem fructus in Ordine naturali; sunt enim *Leguminosæ* apetalæ & corollatæ; sunt quibus Stamina libera & coalita, nec non quina, at dena pluraque; est & Calyx monophyllus & polyphyllus; adest Corolla monopetala, polypetala, regularis, irregularis, ac nulla. Herbaceæ quoque aliæ, quædam arboreæ, ac folia quibusdam simplicia, aliis vero composita.

Hinc Tribus huius character essentialis a solo fructu petendus, qui est Siliqua, aut Legumen. Huic addi possunt Stamina tot, aut plura, ac segmenta, vel folia calycina, aut petala. Stylus unic. Stigma unicum.

Fructus nunc unilocularis, nunc septo longitudinali, aut pluribus, transversis, vel & alio modo, in plura locula divisus.

Plerisque folia alterna; Calyx monophyllus, quinquefidus. Petala quatuor, inæqualia, unguiculata, decidua; quorum supremum *Vexillum*, lateralia duo *Alæ*, infimum vero *Carina* est. Præterea plurimis Stamina decem, vaginæ persistenti univalvi, aut bivalvi inposita; nec non Semina rotunda, reniformia, angulata, ovata, elliptica &c.

Adfinitas huiusce Tribus cum priore patet etiam ex vagina staminifera & flore TRIGONIAE.

G E N S I.

Spuriæ.

Corolla minime papilionacea, aut stamina libera omnia.

DIVI-

D I V I S I O I.

SILIQVOSAE.

1336. CERATONIA. *Dioica*. Cal. quinquefidus. Corolla nulla. *Mas.* Stamina quinque, longa, ex calyce; antheris didymis. *Fem.* Stylus filiformis. Siliqua multilocularis, seu isthmis intercepta. Semina compressa, nitida.

* 1337. ACACIA. Cal. quinquedentatus. Corolla monopetala, tubulosa, quinquedentata. Stamina decem, & plura. Siliqua multilocularis. Semina compressa.

MIMOSAE species LINN.

MIMOSAE. Genus LINN. individua tam diversa complectitur, ut character essentialis statui nullo modo queat; sunt enim calyces mono- & polyphylli, corolla praesens & nulla, stamina pauca & multa, fructusque diversi. Vt ergo certi sint limites Generum, *Mimosas* LINN. iuxta fructum in quatuor Genera dividere visum est.

1338. GLEDITSCHIA. *Polygama. Hermaphr.* Cal. quadrifidus. Corolla tetrapetala. Nectarium turbinatum, staminiferum. Stamina octo, distincta. Siliqua multilocularis. *Mas.* Cal. triphyllus. Corolla tripetala. Nectarium & Stamina prioris. *Fem.* Cal. quinquefolius. Corolla pentapetala. Nectarium diphylum. Fructus *Hermaph.*

Dioica. Mas. Cal. quadrifidus. Corolla tetrapetala. Stamina 6-8). *Fem.* Petala maiora. Stylus longus. Semina ovalia. DV HAMEL. qui & hermaphroditos flores prioribus immixtos vidit. Stamina bina sterilia ADANS.



1339. TAMARINDVS. Cal. quadriphyllus, deciduus. Petala tria; lateralibus paulo maioribus. Stamina tria, ad medium usque coalita. Germen pedicellatum. Siliqua unilocularis, duplici cortice, pulpam includente; sed multilocularem facit ADANSON. quam & TOVRNEFORTIVS inter semina tria coarctatam, sicque in tria locula divisam habet.

Arbor magna, ramis patentibus.

- * 1340. ROCHEA. Scop. Cal. quinquedentatus. Petala tria. Stamina — Pericarpium filiquosum, multiloculare. Semina (phærica.

Mantodda. H. MALAB.

1341. HEMENAEA. Cal. quinquedentatus. Corolla pentapetala; petalis subæqualibus. Stamina decem, distincta. Stylus intortus. Siliqua multilocularis; pulpa sicciore.

- * 1342. MORINGA. H. MALABAR. Cal. campanulatus, quinquefidus. Corolla pentapetala; petalis subæqualibus. Stamina decem. Siliqua trigona, multilocularis. Semina trigona, alata.

GVILANDINAE. Spec. LINN.

- † 1343. CASSIA. Calyx profunde quinquefidus. Corolla pentapetala; petalis subæqualibus, subrotundis. Stamina 5 - 10) declinata; infimo longissimo. Stylus sursum curvus. Siliqua multilocularis.

DIVISIO II.

PERICARPIAE.

- * 1344. CAMPECIA. ADANS. Flos CASSIAE, at Pericarpium filiquosum, multiloculare.
1345. CAESALPINIA. Cal. quinquedentatus; dente uno longiore. Corolla pentapetala; petalis

petalis quatuor æqualibus. Stamina decem, longa. Pericarpium filiquosum, multiloculare. Semina oblonga.

PLUMIERIVS apetalam facit.

*1346. MOVLLAVA. H. MALABAR. Cal. quinquefidus. Petala quinque, æqualia. Stamina quinque, distincta. Pericarpium filiquosum, multiloculare.

1347. SOPHORA. Cal. quinquedentatus, superne gibbus. Corolla papilionacea. Stamina omnia, aut quina tantum libera. Pericarpium filiquosum, multiloculare, cylindraceum. Semina compressa.

1348. ADENANTHERA. Cal. quinquedentatus. Corolla pentapetala, petalis subæqualibus. Stamina decem, distincta. Antheræ exteriore apice tuberculo globoso terminatæ. Pericarpium filiquosum, multiloculare.

*1349. HYPERANTHERA. FORSKAEL. Cal. quinquefidus. Corolla pentapetala; petalis inæqualibus, calyci infertis. Stamina quinque, distincta, inæqualia, basi intus villosa; alia quatuor castrata, alternantia cum fertilibus. Stylus inferne attenuatus. Stigma tridentatum. Pericarpium filiquosum, multiloculare, teres, articulatum incrassatum.

1350. CERCIS. Cal. quinquedentatus, campanulatus. Corolla papilionacea, calyci inferta; vexillo brevi sub alis. Stamina decem, distincta quatuor longioribus. Pericarpium filiquosum, multiloculare, campanulatum. Semina reniformia.

1351. ANAGYRIS. Cal. quinquefidus, irregularis. Corolla papilionacea. Stamina decem, distincta. Pericarpium filiquosum, multi-



loculare, campanulatum, longum. Semina planiuscula.

Vexillum brevissimum, rectum. Carina longissima LINN. Foetet ut sterqus humanum.

1352. GVILANDINA. Cal. quinquefidus, tubulosus. Petala quinque, subæqualia, calyci inserta. Stamina decem, distincta. Pericarpium filiquosum, multiloculare, uniloculare ADANS. Semina rotunda, durissima.

Speciem floribus sexu distinctis habet DV HAMMEL.

* 1353. INGA. MARCGRAV. Cal. mono- & pentaphyllus. Corolla monopetala, aut nulla. Stamina decem & plura. Pericarpium filiquosum, multiloculare. Semina ovata, planiuscula.

MIMOSAE species LINN. MIMOSA *polystachia* LACAVIN. seu *Entada* LINN. ac MIMOSA *Bourgoni* AVBLET. Huc & *Coublandia* EIVSD.

* 1354. CADIA. FORSKAEL. Cal. — Corolla 5 - 6 - 7 - petala. Stamina 10 - 12 - 14); filamentis basi introrsum flexis. Pericarpium? lineare, compressum, membranaceum, polyspermum.

1355. LIPARIA. Cal. quinquefidus, basi obtusus; lacinia infima longissima, elliptica. Corolla absque processibus carinae & alarum. Stamina novem, connata; decimo libero. Pericarpium? ovatum. Semina pauca.

1356. AMORPHA. Cal. cylindricus, quinque-dentatus. Petalum unicum, s. vexillum ovatum, calyci insertum. Stamina decem, basi coalita. Pericarpium filiquosum, incurvum, uniloculare, 1 - 2 - spermum. Semen figura Pericarpii.

* 1357.

- *1357. MYRIOSPERMVM. IACQVIN. Cal. quinquefidus. Corolla papilionacea. Stamina decem, distincta, in carina recondita. Germin pedicellatum. Pericarpium filiquosum, apice uniloculare, fovens semina pauca, reniformi - oblonga.
1358. PROSOPIS. Cal. subquadridentatus. Petala quinque, æqualia, sessilia. Stamina decem, æqualia, distincta. Stylus filiformis. Pericarpium filiquosum, inflatum, longum polyspermum. Semina rotundato - oblonga, colorata.
1359. CYNOMETRA. Cal. tetra - aut pentaphyllus. Petala 4 - 5), æqualia. Stamina 8 - 10), distincta. Pericarpium filiquosum, monospermum. Siliqua baccæformis ADANS.
1360. PTEROCARPVS. Cal. quinquedentatus. Corolla papilionacea. Stamina decem, distincta. Pericarpium filiquosum, uniloculare, monospermum, varicosum. Semen ellipticum.
- Stamina connata habet LOEFLING.
- *1361. PONGELIVM. ADANS. Cal. quinquefidus. Corolla nulla. Stamina decem, distincta. Pericarpium filiquosum, uniloculare, orbiculatum, monospermum.

DIVISIO III.

LEGVMINOSAE.

1362. PARKINSONIA. Cal. pentaphyllus, deciduus, receptaculo campanulato infidens. Corolla pentapetala; petalis quatuor, ovatis; infimo subrotundo. Stamina decem, distincta. Stylus tenuis. Legumen uniloculare, bivalve, ad semina torosum. Semina plura, subteretia IACQVIN.

CASSIAE proxima.

1363.



1363. POINCIANA. Cal. pentaphyllus, coloratus, irregularis, deciduus. Corolla pentapetala; petalo superiore dissimili; ungue longissimo. Stamina decem, receptaculo inserta, longissima. Legumen bivalve. IACAVIN, multiloculare in POINCIANA *coriaria* IDEM.

1364. BAVHINIA. Cal. 2 - 5 - fidus, deciduus. Corolla pentapetala, unguiculata, calyci inserta, longitudine subæqualia. Stamina decem, libera & coalita, infimo longiore. Legumen uniloculare, bivalve, polyspermum.

* 1365. CVBA. Scop. Cal. quinquefidus, irregularis; lacinia infima declinata. Corolla pentapetala, unguiculata, calyci inserta; petalis tribus erectis, binis declinatis. Stamina decem, calyci insertæ, infra petala; tribus brevioribus, erectis. Germen pedicellatum. Stylus tenuis. Legumen uniloculare, bivalve, crassum, longum, ventricosum. Semina crassa, subreniformia.

Tachigali. AVBLET.

* 1366. GINANNIA. Scop. Cal. duplex; exterior bifidus, ad basim squamulis munitus; interior 4 - 5 - fidus, cyathiformis, irregularis. Petala tria, fimbriata, calycis laciniae latiori ad basim inserta. Stamina novem, ad faucem calycis posita. Stylus filiformis. Legumen uniloculare, bivalve, longum. Semina (6 - 7), ovata, compressa.

Paloue. AVBLET.

* 1367. EPERVA. AVBLET. Cal. quadrifidus. Corolla monopetala, fauci calycis inserta. Stamina decem, longissima, e calyce; novem inferne coalita, uno libero. Stylus lon-

longissimus. Germen pedicellatum. Legumen uniloculare, bivalve, coriaceum, elastice diffiliens. Semina 3-4-) magna, coriacea, compressa.

- * 1368. PARIVOA. AVBLET. Cal. 3 - 4 - fidus; bracteis binis ad basim. Corolla monopetala, ampla, tubi modo convoluta, margine undulata, erecta. Stamina decem, longissima; unico libero. Germen pedicellatum. Stylus longissimus. Legumen uniloculare, bivalve, lignosum, latum, monospermum. Semen subrotundum, compressum.

1369. COPAIFERA. Cal. pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina decem. Theca leguminosa, unilocularis, bivalvis, ovata, Styli parte mucronata. Semen arillo bacato involutum.

Alium caracterem habet GLEDITSCH.

- * 1370. HEINZIA. SCOP. Cal. trifidus, coriaceus; lacinia inferiore minima, acuta. Corolla subpapilionacea; petalis tribus superioribus, erectis; binis inferioribus minoribus, declinatis. Stamina octo, in vaginam octofidam superne coalita. Theca leguminosa, carnosa, unilocularis, ovato-oblonga, acuta, bipartibilis. Semen cortice fragili tectum.

Ceumarouna. AVBLET.

G E N S II.

Legitimæ.

Corolla papilionacea. Stamina decem, vaginæ univalvi, aut bivalvi inposita; valva una enneandra, alia monandra.

DIVI-



D I V I S I O I.
CIRRHS DESTITVTAE.

O R D O I.

Legumine, aut Pericarpio uniloculari.

1371. SECVRIDACA. Cal. triphyllus. Vexillum diphyllum. Vagina univalvis. Stamina octo. Pericarpium lenticulare, monospermum, in alam abiens. Semen oblongum. IACQVIN.

1372. NISSOLIA. Cal. quinquefidus; incisura superiore profundiore. Vexilli subrotundi latera reflexa. Stamina decem, inclusa carina. Vagina 1 - 2 - valvis. Stylus subulatus. Pericarpium monospermum, subleguminosum, excurrent in alam membranaceam.

* 1373. GRISELINIA. Scop. Cal. quinquedentatus. Corollæ vexillum subrotundum, alæ patulæ, carina dipetala. Vagina univalvis. Stamina decem. Germen pedicellatum. Stylus longus, incurvus. Pericarpium subovatum, compressum, rugosum, ala membranacea cinctum, monospermum. Semen ovato-oblongum.

Moutouchi. AVBLET.

* 1374. ONOBRYCHIS. TOVRNEF. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Pericarpium rotundatum, compressum, monospermum. Semen lenticulare.

HEDYSARVM *hirtum, lineatum, prostratum, iunceum, pumilum, Onobrychis*, quæ tamen in cultiore solo profert pericarpium articulatum; articulis binis, monospermis.

1375. BORBONIA. Cal. profunde quinquefidus, acuminato-spinosus. Stamina novem. Vagina

gina univalvis in plerisque. Stigma emarginatum. Pericarpium sphaericum, mucronatum, monospermum.

* 1376. DEGVELIA. AVBLET. Cal. bilabiatus; labio superiore subrotundo, inferiore trifido. Corollæ vexillum declinatum, lateralia oblonga, inferiora duo conniventia, concava, acuta, oblonga. Vagina bivalvis. Stylus longus. Pericarpium globosum, uniloculare.

* 1377. TARALEA. AVBLET. Cal. quinquefidus; laciniis tribus inferioribus minimis. Corollæ vexillum amplum, erectum, emarginatum; alæ oblongæ emarginatæ; carina dipetala; petalis minoribus conniventibus. Vagina univalvis. Germe pedicellatum. Stylus longus, incurvus. Legumen bivalve, subrotundum, depresso, monospermum.

* 1378. ACOVREA. AVBLET. Cal. quinquedentatus; dentibus inæqualibus; vexillo erecto, subrotundo; alis patulis, carinæ petalis conniventibus. Vagina bivalvis. Germe pedicellatum. Pericarpium subrotundum, monospermum.

1379. EBENVS. Cal. quinquedentatus; dentibus elongatis. Corollæ alæ brevissimæ. Vagina univalvis. Pericarpium monospermum, calyce inclusum.

1380. PSORALEA. Cal. bilabiatus, quinquefidus, tuberculatus. Vagina bivalvis & univalvis in *PSORAL. enneaphylla* & *cartaginensi*. Pericarpium ovatum, monospermum, calyce inclusum.

1381. TRIFOLIUM. Cal. quinquefidus. Corolla mono- & pentapetala. Vagina bivalvis.
Peri-



Pericarpium 1 - 4 - spermum, intra caly-
cem, aut eo vix longius. Folia terna.

1382. ANTHYLLIS. Cal. quinquedentatus, in-
flatus. Vagina 1 - 2 - valvis. Pericarpium
1 - 2 - spermum, calyce inclusum, sessile,
aut pedunculatum.

ANTHYLLIS *tetraphylla* profert etiam Pericar-
pium biarticulatum.

1383. VLEX. Cal. bilabiatus LVDWIG. diphyllus
LINN. Vagina univalvis. Pericarpium? tur-
gidum, calyce longius, ovatum, fovens
femina 2 - 5), reniformia.

1384. TRIGONELLA. Cal. quinquefidus. Co-
rollæ vexillum alis subæquale. Carina exi-
gua, ut sic Corolla tripetala videatur. Va-
gina bivalvis. Pericarpium filiquosum,
acuminatum, longum, polyspermum. Se-
mina cylindracea.

1385. GALEGA. Cal. quinquefidus. Vagina bi-
valvis ADANS. univalvis HALL. Legumen
teres, tenue, inter femina singula trans-
versim striatum. Semina cylindrica.

1386. GLYCYRRHIZA. Cal. bilabiatus $\frac{1}{3}$, Vagi-
na bivalvis. Pericarpium ovatum, com-
pressum, fovens femina pauca, reniformia.

1387. ARACHIS. Cal. bilabiatus; labio superio-
re tridentato. Vagina univalvis. Pericar-
pium crassum, coriaceum, cylindraceum,
reticulato-venosum, fovens femina duo,
grandia, ovato-acuminata.

1388. CYTISVS. Cal. bilabiatus. Vagina uni-
valvis. Legumen planum, basi attenuatum,
fovens femina 4 - 6).

- † 1389. GENISTA. Cal. subbilabiatus. Legu-
men rectum, compressum. Semina rotun-
data, complanata 2 - 12).

Spartium LINN. Calyce evidentius bilabiato;
Vexillo ampliore, non reflexo.

* 1390. AMERIMNUM. BROWN. Cal. bilabiatus,
aut quinquefidus. Vagina univalvis. Ger-
men pedicellatum. Pericarpium? utrinque
acuminatum, compressum, fovens semina
pauca, reniformia compressa.

1391. LVPINVS. Cal. bilabiatus. Antheræ qui-
næ subrotundæ, totidemque oblongæ. Va-
gina univalvis. Pericarpium filiquosum,
magnum, coriaceum, acuminatum, fovens
semina VICIÆ *Fabæ* similia.

1392. ROBINIA. Cal. quadridentatus LINN. quin-
quedentatus LUDWIG integer in ROBINIA
violacea IACQVIN. Vexillum reflexo-patens.
Vagina univalvis DV HAMEL. bivalvis ADANS.
Pericarpium? oblongum, compressum, fo-
vens semina 2 - 8).

Huc pertinere videtur & *Tapuguiepe* LOEFLING.

1393. ASPALATHVS. Cal. quinquefidus. Va-
gina univalvis, antice hians. Pericarpium
ovale, dispernum.

1394. CICER. Cal. quinquefidus; laciniis qua-
tuor superioribus vexillo incumbentibus.
Vagina univalvis, Pericarpium ovale, tur-
gidum, dispernum.

1395. CROTOLARIA. Cal. 3 - 5 - fidus. Vagi-
na sæpius univalvis. Legumen pedicella-
tum, inflatum, fovens semina 1 - 6).

Legumen maturum sonorum, ut crepitacu-
lum *Crotali*.

1396. ONONIS. Cal. quinquefidus; dentibus
tribus inferioribus longioribus. Vexillum
plicato-striatum. Vagina univalvis. Legu-
men inflatum, ovale. Semina pauca, com-
pressa.



- *1397. DIPHYSA. IACQVIN. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Germen pedicellatum. Pericarpium lineare, utrinque longitudinaliter auctum vesica maxima, inflata. Semina multa, oblonga, hamo exiguo instructa.
1398. COLVTEA. Cal. sublabiatus. Vagina bivalvis. Legumen inflatum, ovale, basi superiore dehiscens. Semina reniformia.
1399. PHACA. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Pericarpium inflatum, ovale, semibiloculare, pedunculatum, at uniloculare in PHACA *alpina* HALLER.

O R D O II.

Legumine, aut Pericarpio septo longitudinali in duo locula diviso.

1400. ASTRAGALVS. Cal. tubulosus, quinque-dentatus; dentibus binis superioribus adinvicem converfis. Corolla stricta; vexillo longo, lateribus adscendente; carinae rostro obtuso. Vagina bivalvis.
- Pericarpium in ASTRAG. *echinato* MURRAY, aliisque; at in *austriaco* Legumen. IACQVIN, saepius biloculare.
- Characterem essentialem non constituit solus fructus bilocularis, & gibbus; nam iuxta HALLERI observationes ASTRAGALVS *alpinus*, *Tragacantha*, *campestris*, *montanus*, fructum habent unilocularem.
1401. BISSERVLA. Diversa ab ASTRAGALO Pericarpio filiquoso, plano, incurvo, undique serrato; septo medio contrario; seminibus sphaericis.
1402. GLYCINE. Cal. bilabiatus. Vexillum latum. Pericarpium oblongum, biloculare, fovens semina reniformia.

Stamina una cum Stylo spiraliter intorta GLEDITSCH. Fructum multilocularem habet ADANSON.

ORDO III.

Pericarpio aut Legumine, septis transversis in plura locula diviso.

**) Fructu ad articulos coarctato.*

- † 1403. HEDYSARVM. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, articulatum; articulis 2-8, separabilibus, monospermis.

Non ergo huius Generis *Hedysara* LINN. monosperma, non *Albagi* TOURNEF. nec HEDYSARVM *filiquosum* BYRMANNI.

1404. AESCHYNOMENE. Cal. bilabiatus. Vagina univalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, articulatum; articulis truncatis, separabilibus, monospermis.

1405. CORONILLA. Cal. bilabiatus $\frac{2}{3}$. Vagina bivalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, teres, articulatum; articulis oblongis, separabilibus, monospermis.

1406. ORNITHOPVS. Cal. quinquefidus. Corolla parva. Vagina bivalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, arcuatum, articulatum; articulis ovatis, separabilibus, monospermis. Semen planiusculum.

1407. FABRICIA. Scop. Cal. integerrimus. Vagina bivalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, articulatum; articulis subovatis, separabilibus, monospermis, ad futuram minus coarctatis. Semen ovale.

Albagi TOURNEF.



1408. ABRVS. Cal. subinteger. Vagina univalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, multiloculare. Semina rotunda.

1409. HIPPOCREPIS. Cal. bilabiatus. Petalorum ungues calyce longiores. Vagina bivalvis. Pericarpium compositum, filiquosum, articulatum; articulis ad futuram non coarctatis, separabilibus, monospermis. Semen incurvum.

**) *Fructu vix, aut nullatenus ad articulos coarctato.*

1410. SCORPIVRVS. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum, revolutum, striatum, tenax, cylindraceum, articulatum; articulis monospermis. Semen cylindraceum.

Articulos separabiles esse suspicatur Cl. ADANSONIVS.

* 1411. EMERVS. TOVRNEF. Flos CORONILLAE, sed Fructus ad articulos minime separabilis, nec adeo coarctatus.

1412. DOLICHOS. Cal. labiatus. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum, multiloculare, longum, cylindraceum. Semina elliptica. Carina recta GLEDITSCH.

† 1413. LOTVS. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Legumen cylindricum, rectum, multiloculare. Semina subrotunda.

1414. SCANDALIDA. Flos LOTI, sed Pericarpium alis quatuor instructum.

Lorvs maritimus, filiquosus, tetragonolobus, coniugatus LINN.

* 1415. SESBANIA. P. ALPIN. Cal. quinquedentatus. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum,

quosum, multiloculare, cylindricum, longum. Semina cylindracea ADANS.

AESCHYNOMENES species LINN.

1416. INDIGOFERA. Cal. quinquefidus. Corollæ carina utrinque calcare patulo, subulato. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum, multiloculare, tenue, cylindricum, aut subangulatum. Semina oblonga.

1417. PISCIDIA. Cal. bilabiatus. Vagina bivalvis IACQVIN. univalvis ADANS. LOEFLING. Pericarpium filiquosum, multiloculare, lineare, compressum, alatum, longitudine vaginæ. Semina cylindrica, 2 - 4).

1418. CLITORIA. Cal. 4 - 5 - dentatus. Corolla resupinata; vexillo alas obumbrante. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum, multiloculare, compressum, rectum, longum. Semina iuxta dorsum adnata.

1419. PHASEOLVS. Cal. quinquefidus. Corollæ carina spiraliter torta. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum multiloculare, modice compressum, rectum, longum, rostratum. Semina oblonga, reniformia.

1420. ERYTHRINA. Cal. labiatus LINN. quinquefidus in ERYTH. *laurifolia*. IACQVIN. subinteger ADANS. Vexillum longissimum, lanceolatum. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum, multiloculare, compressum, longum, rostratum. Semina reniformia.

*1421. MACVNA. MARCGRAV. Cal. labiatus. Vagina bivalvis. Pericarpium filiquosum, multiloculare, compressum, hispidum. Semina lenticularia.

DOLICHOS *pruriens*, *altissimus*, *urens*, *lignosus* LINN.



1422. MEDICAGO. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Pericarpium siliquosum, multiloculare, planum, spiraliter involutum.

*1423. BONAVERIA. Scop. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Pericarpium siliquosum, multiloculare, compressum, glabrum. Semen planiusculum.

CORONILLAE species LINN. *Securidaca* TOURNEF.

*1424. MEIBOMIA. HEIST. Cal. quinquefidus. Pericarpium siliquosum, multiloculare, compressum. Semina lentiformia.

*1425. PASSAEA. ADANS. Cal. quinquefidus. Vagina univalvis. Pericarpium siliquosum, multiloculare, compressum, nodosum. Semina plana.

ONONIS *ornithopoides* LINN.

DIVISIO II.

CIRRHIS INSTRUCTAE.
(excepta NEEDHAMIA.)

*1426. NEEDHAMIA. Scop. Cal. quinquefidus. Corollæ vexillum planum, patentissimum; carina lunulata; nectarii glandula nulla. Legumen? villosum, acutum. Semina teretiuscula. Cirrhi nulli. Habitus VICIAE.

VICIA *litorallis*. IACQVIN.

1427. VICIA. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Stigma sub apice barbatum. Legumen uniloculare, cylindricum. Semina rotunda, aut subelliptica.

VICIAE *Fabæ* TOURNEF. Vagina univalvis. Semina magna, subovata.

†1428. ERVUM. Cal. quinquefidus, regularis. Vagina bivalvis. Legumen uniloculare, modice compressum. Semina 2-4).

1429. LATHYRVS. Cal. quinquefidus. Vagina bivalvis. Stylus planus, supra villosus, superne lator. Legumen uniloculare cylindraceum, modice complanatum. Semina rotunda.
1430. PISVM. Cal. quinquefidus. Vagina univalvis. Stylus trigonus, supra carinatus, pubescens. Legumen LATHYRI.
1431. OROBVS. Cal. quinquedentatus, basi obtusus. Stylus linearis. Legumen uniloculare, quandoque nodosum & submultiloculare. Semina rotunda aut subrotunda.

VSVS *æconomicus*. Cibum dant Fructus CYNOMETRAE *caulifloræ*, ROBINIAE, GVILANDINAE, CERATONIAE, ut & semina PHASEOLI, ERVI *Lentis* & *Ciceris*, ac VICIAE *Fabæ*. Ex INDIGOFERA paratur Indigum. ARDVIN. POINTIANA tinctoria est, ut & CAESALPINIAE omnes. HIMENEA. *Courbaril*. largitur Gummi anime pro parandis vernicibus. Ex farina, quæ HYMENEAE fructum replet, panem conficiunt americani.

— *medicus*. Folia CASSIAE. *Sennæ*, ac *fistulae* pulpa, nec non caro TAMARINDI alvum movent. CASSIA *fistula* contra Choleram & Diarrhæam est medicamen præstantissimum. Siliqua tusa coquitur aqua $\frac{1}{4}$ horæ tempore. Miscetur dein Rhabarbari ad nigredinem usti drachma una. Hoc decoctum una dosi accipitur FORSKAEL.





TRIBVS XXVII.

HILLII. (*Anomalæ.*)

Classis hæc eas Plantas complectitur, quæ Flo-
re aut Fructu *Leguminosis* accedunt ut GE-
OFFRAEA corolla papilionacea, nec non staminum
Vagina bivalvi & Decandra; POLYGALA, MONIE-
RIA, FVMARIA, ob Stamina diadelpchia, ac NE-
KERIA, SILIQVARIA, KRVEGERIA, POSSIRA, aliæque
ob fructum, ut aiunt, leguminosum aut filiquo-
sum.

Et sane qui horum Generum characteres, cum
aliis omnibus comparaverit, fatebitur omnino,
ea ad alias Tribus referri nullo modo posse,
ideoque propriam constituere, quæ *Leguminosas*
inter & *Antiscorbuticas* medium locum teneat,
etsi eadem ob inopiam detectorum valde pauca
sint, & numero petalorum ac staminum, vel præ-
sentia aut defectu disci sub germine dissimilia se
prodant.

1432. GEOFFRAEA. Cal. quinquefidus; laci-
niis duabus superioribus subrotundis. Co-
rolla papilionacea. Stamina decem. Vagi-
na bivalvis, staminifera. Stylus subulatus.
Stigma simplex. Drupa magna, mollis, fo-
vens officulum subligneum, uniloculare,
monospermum. IACQVIN.

1433. MONNIERIA. Cal. quinquefidus; laciniis
inæqualibus: superiore lineari, incurva,
longa, florem obtegente. Corolla ringens,
tubulata; labio superiore ovato, integro;
inferiore quadrifido. Nectarium squama
ad basim germinis. Vagina bivalvis; valva
superiore diandra, inferiore triandra. Sty-
lus filiformis. Stigma orbiculatum. Cap-
sulæ

fulæ quinæ, ovatæ, breves, compressæ, uniloculares, bivalves. Semina solitaria, ovata, calyptrata. AVBLET.

Corolla & Staminum fabrica, ac fructus remouent a *Personatis* & POLYCARPIIS.

1434. POLYGALA. Cal. quinquefidus; laciniis inæqualibus. Corolla tubulosa; tubo longo, superne longitudinaliter fisso; limbo bilabiato; labio superiore bifido, inferiore brevissimo, concavo, subtus apendicem bifidam penicilliformem educe. Filamenta octo, basi coalita. Stylus longus. Stigma laterale. Capsula cordata, bilocularis, bivalvis; septo valvis contrario, margine utrinque dehiscens. Semina solitaria, calyptra brevi ad apicem vestita.

Petala quinque libera, affixa vaginæ staminiferæ. ADANS. Filamenta carinæ inclusa LINN.

Heisteria differt a POLYGALA vexillo dipetalo, alis nullis, germine quadriloculari BERG.

- † 1435. FVMARIA. TOVRNEF. Cal. diphyllus. Corolla ringens, irregularis. Vagina bivalvis; valvis triandris. Stylus brevis. Stigma orbiculatum. Pericarpium monospermum.

- * 1436. NECKERIA. SCOP. diversa a POLYGALA capsula elongata, (*siliqua*) bivalvi, aut tri-valvi, polysperma.

FVMARIA LINN. *Capnoides* TOVRNEF.

- * 1437. SILIQVARIA. FORSKAEL. Cal. tetraphyllus, persistens. Petala quatuor, inæqualia, ad latus superius. Stamina sex, æqualia. Stylus unus. Stigma capitatum. Capsula elongata, (*Siliqua*) unilocularis, polysperma, longitudinaliter utrinque dehiscens. Semina globosa, villosa.



Bikukulla MARCHANTII, differt calyce diphyllulo, ac petalis binis auriculatis.

- *1438. KRVEGERIA. SCOP. Cal. quadridentatus; bracteis binis ad basim. Petalum unicum e fundo calycis. Stamina tria e calyce. Germin pedicellatum. Stylus longus. Capsula elongata, (*siliqua*) unilocularis, bivalvis, monosperma. Semen subrotundum.

Vouapa. AVBLET.

A *Dumosis* TRIBVS XVIII. removet corolla monopetala, & fructus filiculosus.

- *1439. POSSIRA. AVBLET. Cal. quadriphyllus, deciduus. Petalum unicum, subrotundum, fimbriatum, unguiculatum, ex receptaculo. Stamina 25-26), sex-vel septem sterilibus. Stylus brevis. Sigma obtusum. Legumen uniloculare, bivalve, oblongum, ventricosum, compressum. Semina 3-4) angulata, valvarum margini affixa.

Stamina libera, eorumque numerus remonent POSSIRAM & KRVEGERIAM ab AMORPHA huicque adfinibus.

1440. EPIMEDIVM. Cal. quadriphyllus, deciduus. Petala quatuor. Nectaria quatuor, cyathiformia. Stamina quatuor. Stylus brevis. Stigma simplex. Capsula elongata (*siliqua*) unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina oblonga.

1441. CLEOME. Cal. quadriphyllus; folio imo maiore. Petala quatuor; binis maioribus. Stamina 4-6-12). Capsula elongata (*siliqua*) cylindracea, unilocularis, bivalvis, pedicellata; stylo terminata, polysperma. Semina subrotunda.

1442. HYPECOVM. Cal. diphyllus. Petala quatuor; exterioribus latioribus, trifidis. Stamina quatuor. Capsula elongata (*siliqua*) multilocularis, articulata, compressa; articulis monospermis. Semina ovalia.

Vsvs. FVMARIAE succus & cinis, dant salia diversa, etiam subnitrosa. POLYGALA *sene-
ga* est antidotum CROALI, commendata etiam in Pleuritide, iuxta experimenta TENENTII.





TRIBVS XXVIII.

GRONOVII. (*Antiscorbuticæ.*)

His fructus pariter elongatus, ut in *Anomalis*, sed Calyx tetraphyllus. Petala quatuor, unguiculata, sæpius æqualia. Stamina plerisque fœna, quorum duo breviora ex inferiore, alia vero ex superiore receptaculi loco oriuntur. Germen disco inpositum, cuius margo prominens tubercula, seu glandulas efficit. Capsula, aut Pericarpium plus minus elongatum, uni- aut biloculare. Sapor sæpius acris & lixiviosus. Semen e margine septi pendulum.

Postquam *Cruciformium* Genera Tournefortiana fructui inædificata deseruerunt Botanici, fere quilibet Scriptor nova condidit, nunquam genuina, quoties character ex Calyce, Corolla, Stylo, aut ex Glandulis fuerit desumptus. Sed & illa, quæ iuxta fructum introduxerunt Recentiores, species passim habent longe alio fructu donatas, ac Generis character exigit. Ergo Genera hæc omnino reformanda, certique limites, inprimis iuxta fructum statuendi, ut quælibet species ad proprium Genus, referri queat.

G E N S I.

FRVCTV ELONGATO. (*Siliquosæ.*)

- * 1443. DONDISIA. Scop. Pericarpium elongatum, compositum, rostratum, articulatum; articulis separabilibus, monospermis.

Raphanistrum. TOURNEF.

Huc pertinet & *Mnemosilla* FORSKAEL.

- † 1444. RAPHANVS. TOURNEF. Pericarpium elongatum teres, rostratum, crassum, multilocu-

tiloculare, intus spongiosum. Semina in duas series disposita. Glandulæ binæ.

- † 1445. BRASSICA. Capsula elongata, a basi sursum dehiscens, septo valvis longiore rostrata. Glandulæ quatuor. Semina rotunda.

Sinapis, Eruca, Rapa. TOVRNEF.

- * 1446. WILCKIA. Scop. Capsula elongata, teres, subulata, terminata stigmate conico, fovens semina elliptica. Glandulæ nullæ.

CHEIRANTHVS maritimus LINN.

- † 1447. HESPERIS. Capsula valde elongata, compressa; septo fungoso, in cuius scaphis nidulantur semina ovalia. Glandulæ binæ circa stamina minora.

- † 1448. TVRRITIS. Capsula elongata, compressa; septo membranaceo. Glandulæ 4), hemisphaericæ. Semina lenticularia.

Arabis LINN. species nonnullæ.

- † 1449. CHEIRANTHVS. Capsula elongata, cylindræa, per maturitatem magis complanata; septo fungoso. Semina compressa, quandoque alata. Stamen quodque minus glandula cinctum, ut in HESPERI.

1450. DENTARIA. Capsula elongata, teres, marginata, elastice ab imo sursum revolvens valvas. Stylus longus. Stigma rotundatum. Semina planiuscula, in foveis septi fungosi nidulantia.

1451. CARDAMINE. Capsula elongata & dissiliens ut in DENTARIA, sed gracilior, brevior stylo terminata, ac septo tenui nec fungoso instructa. Petala angustiora & suberecta. Semina compressa, aut angulata.

ARABIS LINN. species quædam.

1452. HELIOPHYLLA. Capsula elongata, teres, torulosa, mucrone terminata. Nectaria



ria duo recurvata versus basim calycis vesicularem.

1453. SISYMBRIVM. Capsula elongata, teretiuscula, non rostrata diffiliens in valvas rectiusculas. Semina rotunda, aut ovata.

Positivus character Generis vix extricandus.

1454. ERYSIMVM. Capsula elongata, tetragona. Hinc Erys. *officinale* capsula teretiuscula, & sex lineis longitudinaliter striata; nec non Erys. *Alliaria* non huius Generis.

G E N S II.

FRUCTV BREVIORE ET LATIORE.

(*Siliculosæ.*)

1455. LVNARIA. Capsula elliptica, valde compressa, rostrata, fovens semina pauca, plana, reniformia.

RICOTIA. LINN. seu *scopolia* ADANSON.

1456. BOHATSCHIA. CRANTZ. Pericarpium compressum, orbiculatum aut ellipticum, uniloculare, monospermum.

PELTARIA IACQVIN. Maneat BOHATSCHIAE nomen in memoriam præclari Viri Io. Bapt. BOHATSCH. in Vniversitate Pragensi Histor. Naturalis olim Professoris, qui bona sua ferre omnia, imo & vitam, ad Historiæ naturalis aram nuper litavit.

- *1457. FOSSELINIA. Pericarpium uniloculare, orbiculatum, monospermum. Glandulæ nullæ.

CLYPEOLA *Iontblapsi*. LINN.

1458. BISCUTELLA. Pericarpium compressum, biloculare; loculis monospermis, tenui ac brevi septo distinctis. Glandulæ sex ADANS. Locula nunc sola basi, nunc ubique cum septo in Stylum exeunte cohærent. *1459.

- * 1459. FARSETIA. TVRRÆ. Capsula elliptica, acuminata, bilocularis. Semina alata, compressa, emarginata, bina in singulo loculo.
1460. CLYPEOLA. Capsula emarginata, compressa, bilocularis; septo styliifero, valvis parallelo. Semina 1 - 3), nunc medio, nunc supremo septi loco affixa.
1461. THLASPI. Capsula emarginata, bilocularis; septo valvis contrario, styliifero. Semen ovatum, unicum, aut plura in singulo loculo. Ad Genus suum *Nasturtii* refert Ill. HALLERVS.
- IBERIS *amara* huius Generis, etsi petala gerat inæqualia.
- * 1462. NASTVRTIVM. TOVRNEF. Capsula subrotunda aut ovata, non emarginata, bilocularis, septo contrario; loculis unum aut plura semina foventibus. Stylus persistens, brevis. Discus glandulosus.
- Lepidium* TOVRNEF. Capsula acuminata.
1463. SVBVLARIA. Capsula ovata, bilocularis; septo contrario; loculis polyspermis. Glandula una utrinque inter stamina breviora FORSKAEL.
- † 1464. ANASTATICA. Pericarpium ovale, bicornè, subangulatum, biloculare; septo contrario. Glandulæ quatuor. Semina in singulo loculo 2 - 4), sphaerica.
- † 1465. BVNIAS. Pericarpium prismaticum, quadriloculare; loculis monospermis. Stylus cylindricus.
- * 1466. LAELIA. ADANS. Pericarpium ovale, biloculare; loculis monospermis. Stylus nullus.
- Bunias* spec. quædam LINN.
1467. ALYSSVM. Capsula bilocularis; loculo sæpius unico, monospermo; septo valvis parallelo, styliifero.
- 1468.



1468. VELLA. Pericarpium rotundum, septo valvis longiore, ligula convexa, quæ stylus erat, rostratum, biloculare; loculis 2-4-spermis. Semina ovata.

1469. COCHLEARIA. Pericarpium subrotundum, biloculare, scabrum. Stylus deciduus. Glandulæ nullæ. Semina pauca, rotundata.

† 1470. LEPIDIVM. Capsula lanceolata, integerrima, acuminata, bilocularis; loculis mono- & polyspermis; septo valvis parallelo.

DRABA. LINN. & *Nasturtium* HALLER. 507.

1471. ISATIS. Capsula lanceolata, unilocularis, monosperma, decidua. Stylus nullus.

† 1472. CRAMBE. Pericarpium subrotundum, uniloculare, monospermum, quandoque articulatum; articulis binis, monospermis. Glandulæ 2-4).

MYAGRA quædam LINN. *Calepina* ADANSON. *Alyssi* spec. nonnullæ HALL.

1473. ZILLA. FORSKAEL. Drupa fovens nucem globosam, sexcarinatum, bilocularem; loculis monospermis. Semen lenticulare, parvum.

Vsvs æconomicus. ISATIS tinctoria MÜLL. BRASSICAE oleraceæ folia, caules, ac quandoque & radices esculentæ. BRASS. *Rapæ* folia & cortex radicis etiam exsiccatus & Vaccis parce datus, eas optime nutrit, ac copiosum lac largitur BRASS. NAPI femina pressa dant oleum, radices vero sub terra relictæ inserviunt loco fini.

— medicus. In scorbuto ex acrimonia acida, aliisque morbis inde natis, princeps in hisce Plantis auxilium est, præsertim in acrioribus COCHLEARIA, NASTURTIO, SISYMBRIIS &c.

TRIBVS XXIX.

FORSTERII. (*Disciferae.*)

Calyx hisce pariter inferus, nec non Corolla polypetala, & Stamina pauciora, tot, aut duplo plura, ac Petala; at Discus germen sustinens, Petala æqualia. Fructus minime filiquosus.

CARICAM ob Corollam floris feminei pentapetalam, una cum BERGERA SPONDIAS & SCHINO, huc retuli quibus & stamina decem inæqualia, e disco prodeuntia, ut in LYCHNIDE. His addidi alia Genera his similia, Disco pariter germen elevantia, adeoque cum *Nomadeis* TRIBVS XX. nullatenus confundenda; non enim sola ratio partium floris inter sese, multoque minus habitus aut numerus, sed structura totius, ac præsertim Floris & Fructus est fundamentalis ille lapis, cui Natura Plantarum Classes & Genera inædificavit.

GENS I.

Fructu dehiscente.

DIVISIO I.

THECATAE.

- *1474. CADABA. FORSKAEL. Cal. quadriphyllus. Petala quatuor, unguiculata aut nulla. Nectarium tubulosum, apice planum & ligulatum. Stamina quinque, inæqualia, inserta stylo supra basim, tria inferius, duo supra. Stylus nullus. Stigma villosum. Theca cylindrica, pedicellata, unilocularis, bivalvis; valvis demum revolutis. Semina plura, reniformia, pulpa tecta,



Staminum origine, & fructu pedicellato PASSIFLORAE adfinis. *Antiscorbuticis* vero proximam reddunt stamina quædam ex superiore, alia ex inferiore disci regione genita, inæqualia, plura ac Petala & folia calycina, nec non fructus bivalvis.

* 1475. ICICA. AVBLET. Cal. quadridentatus. Petala quatuor, in tubum conniventia. Stamina octo. Stylus brevis. Stigma capitatum, quadrisulcatum. Theca coriacea, 2 - 3 - 4-valvis. Semina 2 - 3 - 4) pulpa rubra, dulci involuta.

* 1476. SMITHIA. Scop. *Dioica. Mas.* Cal. 5 - 6 - fidus; bracteis binis, parvis ad basim. Petala 5 - 6). Filamentum unicum ex receptaculo, gerens antheras 5 - 6), subtus dehiscentes & connatas in capitulum scutiforme, centro concavo, glutine pleno, *Fem.* Cal. & Corolla Maris. Antheræ quinæ, disco insertæ. Stigmata quinque, emarginata. Theca globosa, quinquevalvis, stigmatibus coronata, a basi sursum dehiscens. Semina plurima, pulpa involuta, receptaculo pentagono affixa.

GYAPOYA AVBLET.

DIVISIO II.

CAPSVLARES.

* 1477. ERNSTINGIA. Scop. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Folia duo villosa ad basim singuli petali. Stamina octo. Stylus nullus. Stigma unum. Capsula unilocularis, bivalvis. Semina duo, reniformia.

Matayba. AVBLET.

* 1478. ACRONYCHIA. FÖRSTER. Cal. quadridentatus, minimus. Petala quatuor, apice ungue

ungue inflexo hamata. Nectarium octo sulcatum, basi germinis adnatum. Stamina octo; alternis paulo maioribus. Stylus filiformis. Stigma simplex. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis, inflata, globosa. Semina solitaria.

- * 1479. TOVLICIA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Petala quatuor, apice villosa. Stamina octo. Styli tres. Capsula trilocularis, trialata, sexvalvis. Semina solitaria.
1480. RVTA. Cal. 4 - 5 - fidus. Petala 4 - 5), cava, unguiculata. Stamina 8 - 10). Stylus unus. Capsula 4 - 5 - locularis, 4 - 5 - valvis, polysperma.
1481. THRYALLIS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem. Capsula tricocca.
1482. RESEDA. Cal. 3 - 4 - 6 - fidus. Petala 4 - 6), laciniata. Stamina 8 - 15 - 16 - & plura. Styli 3 - 6). Capsula basi trilocularis. Semina angulis, capsulae affixa.
- Pedunculus elevat petala in RESEDA *hexaphylla* FORSKAEL.
- * 1483. TAPARIRA. AVBLET. Cal. pentaphyllus, deciduus. Petala quina ex calyce. Stamina decem ex receptaculo. Stigmata quinque. Capsula unilocularis, quinquevalvis, quinquefulcata, subrotunda. Semina quinque, ovata, arillata, valvis affixa.
- * 1484. EVRARDIA. ADANS. Cal. triphyllus. Petala tria. Stamina sex. Stylus unus. Stigma unicum. Capsula unilocularis, trivalvis, monosperma.
1485. FAGARA. Cal. quadrifidus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Stylus unicus. Capsula bivalvis, monosperma.



1486. HAMAMELIS. Invol. diphyllum. Calycis folia, Petala, Stamina quatuor. Capsula bilocularis; loculis monospermis. DV
HAMEL.

Capfularem quoque fructum habet CLEYTONIVS. Nucem bicornem LINNAEVS.

1487. CORCHORVS. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stylus unus. Capsula elongata, 2 - 5 - locularis, 2 - 5 - valvis, polysperma.

1488. AYENIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque (*Nectarium* LOEFLING.) connata in stellam, unguibus longis instructa. Antheræ quinæ sub stella. Capsula quinquelocularis. Semina solitaria.

AYENIA *sidaeformis* LOEFLINGII alterius Generis.

1489. CEDRELLA. Cal. 4-5-fidus parvus. Petala 4-5). Stamina quinque. Capsula quinquelocularis, lignosa, basi dehiscens. Semina alata.

1490. AESCVLVVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque, unguiculata. Stamina septem, inæqualia. Capsula 3 - 4 - locularis. Semina globosa.

- * 1491. SODODA. FORSKAEL. Cal. folia quatuor, inæqualia. Petala quatuor, inæqualia. Stamina octo, inclinata. Capsula pedicello elevata.

G E N S II.

Fructu non dehiscente.

D I V I S I O I.

STAMINIBVS NON PLVRIBVS AC PETALA.

1492. GLVTA. Cal. campanulatus, obtusus. Petala quina, inferne ad medium usque adgluti-

glutinata columnæ germinis. Stamina quinque, setacea. Stylus unus, filiformis. Stigma unum. Fructus —

1493. CVPANIA. *Monoica. Mas.* Cal. triphyllus. Petala quinque. Stamina quinque, coalita. *Fem.* Cal. Maris. Petala tria, parva. Stylus trifidus. Capsula? unilocularis, trivalvis. Semina sex, arillata.

*1494. POMETIA. FÖRSTER. *Monoica, Mas.* Cal. sexfidus. Petala sex. Discus torulis sex notatus. *Fem.* Cal. & Corolla Maris. Stylus filiformis. Stigma unum. Bacca monosperma, globosa. Semen ovatum.

*1495. TONTALEA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Petala quinque, disco elevata, eique inserta. Stamina tria. Stylus unus. Stigma unum. Bacca unilocularis, sphaerica, tetrasperma.

1496. VITIS. Cal. 4 - 5 - phyllus. Petala 4 - 5), apice cohærentia. Stamina quinque. Bacca unilocularis, pentasperma.

Vitis cirrhus gerit.

1497. PTELEA. Cal. 4 - 5 - fidus, parvus. Petala 4 - 5). Stamina totidem. Pericarpium alatum; alis tot, quot semina, instructum.

1498. RHVS. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli tres. Bacca monosperma.

RHVS *radicans* dioicum.

1499. PASSIFLORA. Cal. quinquefidus. Petala quinque, ac nulla. Nectarium corona. Stamina quinque. Styli tres. Bacca pedicellata, unilocularis, polysperma.

Caro involvit semina propria membrana inclusa ADANSON. hinc Cysta.



D I V I S I O II.

STAMINIBVS PLVRIBVS, AC PETALA.

1500. AMYRIS. Cal. quadridentatus, aut quadridus. Petala quatuor. Stamina octo. Stylus unus. Stigma tetragonum. Drupa unilocularis, monoppyrena. IACQVIN. Bacca drupacea LINN. Bacca ADANS.

1501. MELICOCCA. Cal. tetraphyllus, persistens. Petala quatuor, reflexa. Stamina octo, brevissima, e disco glanduloso. Stylus brevissimus. Stigma magnum, subpelatum, umbilicatum. Drupa magna, corticosa; officulo coriaceo, subrotundo, uniloculari. IACQVIN.

* 1502. PAVIA. BOERHAV. Cal. quadridus. Petala quinque, inæqualia. Stamina octo. Drupa sicca, quadrilocularis.

Cæterum AESCVLO proxima.

* 1503. BLAKWELLIA. SCOP. Cal. pentaphyllus, caducus. Petala quina. Stamina decem. Stylus unus. Stigma unicum. Bacca etiam decemlocularis. Semina solitaria.

Nalagu. H. MALABAR.

1504. ANACARDIVM. *Polygamum. Hermaph.* Cal. pentaphyllus, coloratus, subvillosus. Petala quina, lanceolata, semireflexa. Stamina 8-10), ad basim connata; uno cæteris crassiore & longiore, antheram gerente magnam, trigonam, fertilem, deciduam. Germen reniforme; lobo altero maiore, superius posito. Stylus e sinu germinis, subulatus. Stigma subrotundum, concavum, depressum, disco elevatum. Receptaculum magnum, fovens semina hirta, plura, subrotunda. *Flores masculi* in diversa Planta, Cal. Corolla. Stamina ut in priore. ROTTBOEL.

1505.

1505. LIMONIA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina decem. Bacca tricocca.

Thryallis huiusce Generis, si fructum baccatum possidet.

1506. QVISQUALIS. Cal. tenuis, cylindraceus, quinquedentatus. Petala quinque. Stamina decem. Drupa pentagona.

1507. SCHINVS. Cal. quinquedentatus. Petala quinque. Stamina decem. Bacca unilocularis, sphaerica.

1508. BERGERA. Cal. quinquefidus, exiguus. Petala quinque, patentia. Stamina decem; alternis brevioribus. Stylus elevatus. Stigma unum. Bacca unilocularis, subrotunda, disperma.

1509. CARICA. *Dioica. Mas.* Cal. obscurus. Corolla monopetala, quinquefida. Stamina decem; alternis brevioribus. *Fem.* Cal. quinquedentatus. Corolla pentapetala. Stylus nullus. Stigmata quina. Bacca unilocularis, polysperma.

1510. KNIPHOFIA. Scop. Cal. quinquefidus. Corolla nulla. Stamina decem, inæqualia, disco imposita. Stylus unus. Stigma pentagonum. Drupa officulo uniloculari, uni- & dispermo.

Adamaram. H. MALAB.

1511. SPONDIAS. Cal. obsolete quinquefidus, deciduus. Petala quinque. Stamina decem; alternis brevioribus. Squamulae decem inter stamina. Styli quinque. Drupa officulo 4-5-loculari.



VSVS *æconomicus* RESEDA *luteola* aluminatum
fericum, filum, aut lana, pulchre luteo
colore tingit. SPONDIAS *Mombin.* dat fruc-
tus edules, AESCVLI vero utilitas iam nota.

— *medicus.* AMYRIS octava LINN. dat *Gum.*
Elemi Officin.



TRIBVS XXX.

LOEFLINGII. (*Charyophyllea*.)

Proximam *Caryophyllearum* cum *Disciferis* adfinitatem pandit Calyx a Corolla distinctus. Corolla polypetala. Staminum idem numerus, eademque structura, ut in SPONDIAS, CARICA, & BERGERA, ac Germen disco elevatum.

At differunt Petalorum unguibus elongatis, ac plus minus erectis; limbis vero patulis, & extrorsum dilatatis; nec non staminibus ex imo loco disci prodeuntibus.

Ignotæ etiam hætenus sunt Plantæ *Caryophyllea* drupiferæ, nuciferæ baccatæ, aut unico floris involucro donatæ. Nec visâ intus stamina plus quam duplo plura ac petala.

Omnibus hisce hucusque cognitis Styli plures, aut Stigmata plura, excepta RORIDULA & LOEFLINGIA, ac capsula unilocularis exceptis iis speciebus LYCHNIDIS, quas LINNAEVS *Cucubulus* ac *silenes* appellavit, nec non *Drypi* ELATINE, LECHEA, ac forte & CORRIGIOLA. Nulla quoque acrimonia, nullumque venenum in his hætenus detectum.

G E N S I.

Seminibus receptaculo proprio insidentibus.

†1512. LYCHNIS. LUDWIG. Calyx monophyllus, quinquedentatus, persistens. Petala quina. Stamina decem; alternis brevioribus. Capsula rigida, 1 - 3 - 5 - locularis, polysperma.

Saponaria. Agrostemma, Silene, Lychnis, ac Cucubulus LINN. excepto baccifero.



† 1513. DIANTHVS. Cal. monophyllus, tubulosus, coriaceus, squamis adpressis auctus, quinquedentatus. Petala quina. Stamina decem. Capsula unilocularis, quadrivalvis, coriacea, polysperma.

Gypsophylla LINN. capsula quinquevalvi.

Vidi in nonnullis speciebus stylos nullos, & stamina incompleta.

1514. FRANKENIA. Cal. subcylindricus, decagonus, quinquedentatus. Petala quinque. Stamina 5 - 10). Stigma trifidum. Capsula unilocularis, ab imo sursum in tres valvas dehiscens MICHEL. polysperma.

Stamina sex LOEFLING.

1515. SAROTHTA. Cal. quinquefidus. Petala quinque. Stamina quina. Styli tres. Capsula unilocularis, trivalvis, colorata, polysperma.

1516. LOEFLINGIA. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, quandoque & quatuor, minima. Stamina tria. Stylus unicus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma, apice subtrigona, ut in ORTEGIA. Semina exigua.

1517. POLYCARPVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, minima, persistencia. Stamina quatuor. Styli tres. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

1518. TELEPHIVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli tres LINN. unus, brevis LVDWIG. nullus GLEDITSCH. Capsula unilocularis, trivalvis, trigona, polysperma.

1519. VELEZIA. Cal. pentagonus, filiformis, quinquedentatus. Petala quina. Stamina 5 - 6). Styli duo. Capsula unilocularis, cylindrica, polysperma. Semina simplici serie disposita.

1520. HOLOSTEVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque. Stamina tria. Capsula unilocularis, subcylindrica, dehiscens denticulis fenis, revolutis.
1521. CERASTIVM. Cal. pentaphyllus. Petala quinque, bifida. Stamina decem. Capsula unilocularis, cylindrica, multivalvis.
- † 1522. ALSINE. HALL. Calycis folia tot, quot petala. Stamina petalis non pauciora. Styli non plures, ac petala. Capsula subrotunda aut oblonga, unilocularis, 3 - 4 - 6-valvis, polysperma.
- STELLARIA, ARENARIA, SPERGULA, MOERHIA, SAGINA LINN.
- * 1523. CVCVBALVS. TOVRNEF. Calyx campaniformis. Petala quinque. Styli tres. Pericarpium sphaericum, coloratum, uniloculare, polyspermum.
1524. DROSERA. Cal. quinquefidus. Petala, stamina, styli quinque. Capsula unilocularis, polysperma.
1525. BVFONIA. Cal. folia, Petala, Stamina quatuor. Styli duo. Capsula unilocularis, trivalvis disperma.
1526. ELATINE. Calycis folia & Petala 3 - 4). Stamina 3 - 8). Styli 3 - 4). Capsula 3 - 4 - locularis, 3 - 4 - valvis, polysperma.
1527. LECHEA. Cal. triphyllus. Petala tria. Stamina totidem. Styli 2 - 3). Capsula trilocularis, trivalvis, trisperma LINN. unilocularis, trivalvis ADANS.
1528. CHERLERIA. Cal. pentaphyllus. Squamæ quinæ, petaloideæ, emarginatæ. Stamina decem, quorum quinque e squamulis prædictis, alia alterno cum iisdem situ ex receptaculo prodeunt. Styli 2 - 3). Capsula



fula unilocularis, trivalvis, trisperma. Semina pedicellata.

Vidi in Planta culta squamulas decem, & tunc stamina omnia ex receptaculo.

G E N S II.

Seminibus nullo proprio receptaculo inpositis.

- * 1529. CASEARIA. IACVIN. Cal. pentaphyllus. Squamulae quinæ, petaloideæ. Stamina 8 - 10), alterno situ cum squamulis. Stylus unus. Stigma capitatum. Theca unilocularis, trivalvis, polysperma. Semina valvis affixa, pulpa molli obteeta.
1530. DRYPIS. Cal. monophyllus. Petala quina. Stamina quinque. Styli tres. Capsula? tenuissima, calyce demum indurato, & connivente ita teeta, ut cum eo decidat, antequam dehiscat. Semen unicum, filo proprio imo involucris loco adligatum.
1531. CORRIGIOLA. Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli 1 - 3). Semen nudum? triquetrum, calyce inclusum.
1532. ASTRONIVM. *Dioicum. Mas.* Cal. pentaphyllus, coloratus, patens. Petala quinque, patentissima. Glandulae quinæ in disco. Stamina quinque. *Fem.* Cal. & Corolla prioris. Styli tres, reflexi. Semen unicum, ovale, calyce teetum, quod demum dimittit expansis foliis.

Ob præsentiam corollæ huc retuli ACNIDAE alioquin adfine.

VSVS. LYCHNIDIS *saponariæ* decoctum adhibetur loco saponis pro linteis extergendis. ALSINES vulgaris inflammatis oculis utiliter applicatur.

TRI-

TRIBVS XXXI.

PLVKNETII. (*Defloratæ.*)

Hisce Calyx persistens. Stamina ex receptaculo prodeuntia, eaque sæpius non plura, ac foliola, vel segmenta calycina, ut in prioribus. Habitus quoque MOLLUGINIS, QVERIAE, ILLECEBRI, PHARNACEI &c. *Caryophylleis* alfinaceis adeo similis est, ut ideo etiam, una cum adfinibus, ab iis longiore intervallo secedere nequeant.

Proprius & essentialis character, quo TRIBVS hæc a priore distinguitur, est defectus corollæ. Præterea harum plurimæ semen unicum, idque imo involucris loco affixum proferunt, qua nota etsi cum DRYPI conveniant, attamen ob involucrium floris unicum, separari ab illa debuerunt.

G E N S I.

Fructu debiscente.

- 1533. XYLOPHYLLA. Cal. quinquefidus, coloratus. Stamina quinque, brevissima. Styli tres. Stigmata lacera. Capsula trilocularis.
- 1534. PHARNACEVM. Cal. pentaphyllus, coloratus. Stamina quinque. Styli tres. Capsula trilocularis, polysperma. Semina exigua.
- 1535. ILLECEBRVM. Cal. pentaphyllus, coloratus, cartilagineus. Stamina quinque. Stylus unus. Capsula unilocularis, quinquevalvis, monosperma.
- *1536. SVAEDA. FORSKAEL. Cal. carnosus, quinquefidus. Stamina quinque. Stylus trifidus.

Cap-



Capsula quinquevalvis, calyce vestita, polysperma.

Planta succulenta.

* 1537. AROVNA. AVBLET. Cal. quinquefidus. Stamina duo. Stylus unus. Theca disperma. Semina intra pulpan.

1538. ROTALA. Cal. tridentatus. Stamina tria. Stigmata tria. Capsula trilocularis, trivalvis, polysperma.

1539. QVERIA. Cal. pentaphyllus. Stamina tria. Styli tres. Capsula unilocularis, disperma.

MINVARTIA LINN.

1540. MOLLVGO. Cal. pentaphyllus. Stamina tria. Styli tres. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

1541. ORTEGIA. Cal. pentaphyllus. Stamina tria. Stylus unus. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

1542. HVDSONIA. Cal. triphyllus. Stamina 15). Stylus unicus. Capsula unilocularis, trivalvis, cylindrica, trisperma.

* 1543. TONINA. AVBLET. *Monoica*. *Mas.* bractea involutus. Cal. trilobus. Stamina sex. Rudimentum germinis hexagonum. *Fem.* bracteis tribus inclusa. Calyx nullus? Stylus oblongus. Stigmata tria. Capsula unilocularis, trivalvis, monosperma. Semen ovatum, striatum.

* 1544. BALANOPHORA. FÖRSTER. *Monoica*. *Mas.* Cal. quadriphyllus, corollaceus. Stamen unicum. Germen monospermum, subrotundum. Stylus unus, parvus. Stigma unum. Fructus —

1545. PENNANTIA. FÖRSTER. *Polygama*. *Hermaph.* Cal. pentaphyllus, corollaceus. Stamina quinque. Stylus nullus. Stigma pelatum.

tatum, subtrilobum. Germen biloculare; loculis monospermis. *Mas.* Cal. & Corolla prioris. Filamenta quinque.

*1546. MABEA. AVBLET. *Monoica.* *Mas.* Cal. quinquedentatus. Filamenta 9-12). *Fem.* Cal. Maris. Stigmata tria, filiformia, spiraliter intorta. Capsula trilocularis, sexvalvis; valvis elasticis, trigona, subrotunda. Semen subrotundum.

*1547. ROCAMA. FORSKAEL. Cal. quinquefidus; laciniis quatuor, corniculatis. Stamina quinque. Styli duo. Capsula bilocularis; loculis dispermis.

*1548. AMANOA. AVBLET. Cal. quinquefidus minimus. Stamina quinque. Germen trigonum. Stigma trigonum, fimbriatum. Fructus —

1549. GALENIA. Cal. quadrifidus, exiguus. Stamina octo. Styli duo. Capsula bilocularis; loculis monospermis.

1550. DODONAEA. Cal. quadriphyllus. Stamina octo. Stylus unus. Stigma subtrifidum. Capsula trilocularis, inflata, tribus alis instructa. Semina duo in singulo loculo. IACQVIN.

*1551. MOELLERIA. Scop. Cal. quinquefidus. Stamina octo; tribus brevioribus, quinque longioribus. Intra singula filamenta pappus plumosus. Stylus unus. Stigma quinqueradiatum. Theca unilocularis, 3-4-valvis. Semina 3-5), membrana pulposa, rubra involuta, placentæ affixa.

Iroucana. AVBLET.

*1552. ANIBA. AVBLET. Cal. sexfidus. Stamina octo. Stylus brevis. Stigma simplex. Fructus —

G E N S II.

Fructu minime debiscente.

1553. **HERNIARIA.** Calyx 4-5-phyllus. Stamina 8-10); alternis sterilibus. Stylus vix ullus. Stigmata duo. Pericarpium tenue, monospermum. Semen subrotundum.
1554. **SCLERANTHVS.** Cal. quinquefidus. Stamina decem. Styli duo. Pericarpium monospermum.
1555. **PETIVERIA.** Cal. quadriphyllus. Stamina sex. Styli quatuor. Pericarpium monospermum. Semen apice aculeis reflexis armatum.
- * 1556. **CALLIGONVM.** Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. Stylus obscurus. Pericarpium tenue, monospermum, hispidum. Semen lenticulare.
1557. **CAMPHOROSMA.** Cal. quadrifidus; segmentis alternis maioribus, reflexis. Stamina quatuor. Stylus bifidus. Pericarpium monospermum. Semen ovale, nitidum.
1558. **VLMVS.** Cal. campaniformis, 4-5-fidus. Stamina 4-5). Styli duo. Germen bicornne. Pericarpium, compressum, foliaceum, ovale. Disco elevatum, monospermum. Semen ? margaritifforme. Bacca exsucca. LINN.
1559. **PARIETARIA.** *Polygama.* LINN. *Monoica.* HALL. Cal. quadrifidus. Stamina quatuor; filamentis elasticis, transversim rugosis. Rudimentum germinis. *Fem.* Calycis segmenta conglutinata. Stylus unus. Stigma plumosum. Pericarpium tenue, monospermum.

Sunt & flores feminei cum staminibus imperfectis HALL.

1560.



1560. VRTICA. *Dioica. & Hermaph. Mas.* Cal. quadrifidus. Stamina quatuor, elastica. *Fem.* Cal. bifolius LINN. quadriphyllus; foliis binis exiguis ADANS. Stylus unus. Stigmata plumosa. Pericarpium tenue, monospermum.

Nectarium centrale cyathiforme addit LINN.

1561. AXYRIS. *Monoica. Mas.* Cal. 3-5-fidus. Stamina 3-5). *Fem.* Stylus bifidus. Pericarpium monospermum.

GENS III.

Semine intra calycem siccum.

1562. SPINACIA. *Dioica. Mas.* Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. *Fem.* Cal. triphyllus. Styli quatuor. Semen subrotundum. ADANS. Cal. masculus quinquefidus, femineus quadrifidus LINN.

1563. CANNABIS. *Dioica. Mas.* Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. *Fem.* Cal. mono-phyllus. Styli duo. Stigmata acuminata. Semen subrotundum, calyce tectum.

HVMVLVS LINN. floribus femineis amentaceis.

1564. ATRIPLEX. Florum fabricam quisque aliam habet. Mares & Feminas, nec non Androgynos & Feminas HALL. Hermaphroditos, Mares & Feminas. LVDWIG. Hermaphroditos & Feminas, LINN. In universum tamen Flori perfecto Cal. profunde quinquefidus. HALL. pentaphyllus. LINN. Stamina quinque. Stylus bifidus. Semen orbiculare, calyce sicco tectum. *Fem.* Cal. bifolius. Styli duo. Semen subovatum. Inter currunt etiam flores quadrifidi, tetrاندري HALL.



1565. CHENOPODIVM. Cal. pentaphyllus. Stamina quinque, raro sex. Stylus unus. Semen lenticulare, calyce sicco involutum. In CHENOPODIO *Henrico* flores etiam polygami.
1566. BETA. Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. Styli duo. Semen reniforme, intra substantiam baseos calycis.
1567. SALICORNIA. Cal. integer. Stamina 1 - 2). Stigmata duo. LVDWIG. Semen lenticulare, calyce tectum.
1568. CORISPERMVM. Cal. diphyllus. Stamina 1 - 3). Styli duo. Semen lenticulare, calyce tectum.

G E N S IV.

Semine intra calycem baccatum.

1569. BLITVM. Cal. triphyllus. Stamen unum. Styli duo. Semen lenticulare, calyce demum colorato & baccato tectum. Flores Monoici LVDWIG. Calyx trifidus HAL-
LER. 3 - 5 - phyllus ADANS.
1570. BASELLA. Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. Styli tres. Stigmata lateralialia. Semen rotundum, calyce baccato tectum.
1571. AENIDA. *Dioica. Mas.* Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. *Fem.* Cal. bifolius. Styli quinque. Semen ovale, intra calycem succulentum.
1572. MORVS. *Monoica & Dioica. Mas.* Cal. tetraphyllus. HALL. quadrifidus. DV HAM-
MEL. quem etiam in MORO *Zantoxillo* notat IACOVINIUS. Stamina quatuor. Germina abortans. HALL. *Fem.* Cal. idem. Styli duo, aut nulli. Calyx abiens in baccam monosper-

spermatam, ovatam, quæ cum sociis in unam confluit.

G E N S V.

Seminibus involucri carnosio involutis, aut insidentibus.

1573. FICVS. *Monoica & Dioica*. Involucrum commune carnosum, pyriforme, umbilicatum; umbilico squamoso, includens *Masculos* flores exiguos; Cal. trifido. Stamini-
bus 3 - 5). Germine abortante; nec non *femineos*, Cal. 4 - 5 - fido; Styli 1 - 2); Semine calyce tecto.

In Ficu *sycomoro* vidit FORSKÆLIVS 1). *Mares* sessiles, paleis distinctos, diandros fere omnes. 2) *Feminas* pedicellatas germine laciniis calycis cincto. Stylo brevi.

- * 1574. PEREBEA. AVBLET. *Feminae* Involucrum carnosum, monophyllum, multiflorum, margine dentatum, subtus squamosum. Cal. tubulosus, quadrifidus, versus summitatem ventricosus. Stylus crassus, hirsutus. Stigma bilobum. Semen angulatum, intra calycem succulentum. *Mas* —

An huius, vel prioris Gentis, statuere non licet.

- * 1575. ELATOSTEMA. FÖRSTER. *Monoica*. *Mas*. Cal. quinquefidus. Stamina quinque. *Fem*. Cal. minimus. Stylus brevis. Stigmata tria, bifida. Capsula minima, oblonga, bivalvis, monosperma. Semen ovatum. Involucrum commune abiens in baccam globosam, capsulas sustinens.

An non valvæ fructus sunt foliola, aut segmenta duo calycina, ut ideo loco capsulæ, sit semen calyce inclusum?



1576. DORSTENIA. Cal. tetraphyllus. Stamina quatuor. Involucrum carnosum; floribus masculis marginalibus; femineis versus centrum; unico stylo, ac semine FICI.

G E N S VI.

Fructu drupaceo, aut baccato.

1577. VIROLA. AVBLET. *Dioica. Mas.* Cal. tridentatus. Stamina sex, brevissima. Antherae minimae. *Fem.* Cal. & Corolla prioris. Stylus brevis. Stigma simplex. Drupa unilocularis, acuta, tomentosa, fovens officulum tectum fibris reticulatis, in quo nucleus subrotundus.
1578. CELTIS. *Polygama. Hermaph.* Cal. 5-7-fidus. Stamina 5-7). Styli duo. Drupa rotunda, monosperma, pauca pulpa obtecta. *Mas.* Cal. 6-fidus. Stamina 6).
1579. PISTACIA. *Dioica. Mas.* Cal. quinquefidus. Stamina quinque. *Fem.* Cal. trifidus. Styli tres, LINN. unus; stigmatibus tribus ADANS. Drupa? monosperma.
1580. TROPHIS. *Dioica. Mas.* Cal. tetraphyllus. Stamina quatuor. *Fem.* Stylus bifidus. Nux? monosperma, rotunda.
1581. SALVADORA. Cal. quadrifidus. Stamina quatuor. Stylus unus. Bacca monosperma, globosa. Semen sphaericum, arillatum.
1582. BOSEA. Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. Stylus nullus. GLEDITSCH. duo ADANS. Bacca monosperma, globosa.
1583. RIVINA. Cal. quadriphyllus, coloratus. Stamina 4 - 12). Stylus unus. Bacca monosperma, globosa, calyci insidens. Semen, oblongum, compressum.

1584. PHYTOLACCA. Cal. pentaphyllus. Stamina 8 - 20). Styli 7 - 10). Bacca 7 - 10 - locularis ; loculis monospermis. Semina lentiformia.

Vsvs. Edules quædam & oleraceæ, PHYTOLACCAE bacca dat colorem chermesinum, eoque utuntur Oenopoli. BASELLAE fructu tingunt rubro colore Senegalensis. ADANS.





TRIBVS XXXII.

BROWNII. (*Seminudæ.*)

Defectu Corollæ *Defloratis* proximæ, at diversæ Stamina nunc basi coalitis, nunc e calyce prodeuntibus, ut in *Calycanthemis*, a quibus remouent stamina pauca.

His Germin insidens calyci. Semen in omnibus unicum, quod modo nudum, modo vero involucro sicco, aut succulento obtectum. Stamina non plus quam duplo plura, ac foliola vel segmenta calycina.

Involucrum floris modo pluribus, modo unico folio compositum, persistens aut caducum, inelegans aut corollaceum, ut in BRABEIO, DAPHNE, DIRCA, ac similibus,

G E N S I.

Staminibus ex involucro florali prodeuntibus.

1585. COCCOLOBA. Cal. quinquefidus, coloratus. Stamina octo. Styli tres, brevissimi. Cal. incrassatus & succulentus factus semini ad basin demum adnascitur, referens Drupam, quæ id ipsum nunc partim, nunc integre obtegit. Officulum ovatum uniaut semitriloculare. Nucleus basi lobatus. IACQVIN.

* 1586. CEODES. FÖRSTER. *Monoica. Mas.* Cal. tubulosus, quinquefidus; laciniis revolutis, Stamina decem, subulata; alternis minoribus. Stylus filiformis. Stigma dilatatum. *Fem.* aut *Hermaph.*

1587. DIRCA. Cal. tubulosus; limbo obsoleto, quadrifido. Stamina octo. Calyce longiora. Bacca monosperma.
1588. DAPHNE. Cal. tubulosus, quadrifidus. Stamina duorum ordinum; uno breviora, Bacca monosperma.
1589. GNIDIA. Cal. tubulosus, quadridentatus; squamulis quatuor eidem inpositis intra lacinias. Stamina octo; duorum ordinum. Fructus subbaccatus LINN. Capsula unilocularis ADANS. Semen nudum, ovatum GLEDITSCH. Pericarpium in GNIDIA. *viridi* BERGIVS.
- 1590 LACHNAEA. Cal. tubulosus, quadrifidus, irregularis. Stamina octo. Fructus subbaccatus LINN. Capsula ADANS. Semen nudum GLEDITSCH.
1591. STELLERA. Cal. quadrifidus, coloratus. Stamina octo. Pericarpium monospermum. Semen nudum, rostratum LINN. HALLER.
1592. PASSERINA. Cal. infundibuliformis, quadrifidus, coloratus. Stamina octo. Stylus infra apicem germinis, at in PASSERINA *hirsuta* nullus OSBEK. Pericarpium LINN. Capsula bilocularis. OSBEK.
- *1593. NECTANDRA. BERGII. Cal. infundibuliformis. Stamina octo, e squamis nectaris. Semen ovatum, nitidum, mucronatum; mucrone inflexo, tubo calycino globoso tectum.
- *1594. GYMNOCARPOS. FORSKAEL. Cal. quinquefidus, basi pentagonus. Stamina quinque. Filamenta alia quinque sterilia, cum prioribus alternantia. Stylus unus. Stigma simplex. Semen unicum, ovato-acutum, infra calycem induratum.



1595. **TRIPLARIS**. *Dioica. Mas.* Cal. sexfidus. Stamina duodecim. *Fem.* Cal. sexfidus; laciniis tribus longissimis. Semen trigonum intra tubum calycinum. **AVBLET.**

Styli tres **LOEFLING**, Nux intra calycem **LINN.** & **IACQVIN.** qui & stamina tria ponunt.

1596. **RVMEX**. Cal. quinquefidus. Stamina 6-8). Styli tres. Stigmata aspergilliformia. Pericarpium monospermum, tectum laciniis calycinis tribus maioribus. Semen trigonum, imo Pericarpium loco adligatum.

RVMEX *Spinosus, monoicus. Mari* Calyx sexfidus. Stamina duodecim. *Fem.* Styli tres. **MURRAH.** Eandem sexus diversitatem notat in **RVMICE glabro** **FORSKÆL.** **RVMEX alpinus** etiam polygamus.

1597. **RHEVM**. Cal. hexaphyllus; foliis alternis maioribus. Stamina 8-9). Stigmata tria. Pericarpium trigonum, fovens semen oblongum, Pericarpium fundo affixum.

1598. **POLYGONVM**. Cal. 5-6-fidus. Stamina octo. Styli tres. Semen trigonum.

1599. **ATRAPHAX**. Cal. quadrifidus **ADANSON.** diphyllus **LINN.** qui segmenta bina calycina sinuata pro petalis habet. Stamina sex. Styli duo. Semen compressum. Stipulae nullae.

Hinc **ATRAPHAX undulata** **POLYGONI** species **BERG.**

*1600. **PERSICANA**. **TOURNEF.** Cal. quinquefidus. Stamina 5-8). Styli duo. Semen lenticulare.

1601. **SALSOLA**. Cal. quinquefidus, succulentus. Stamina quinque. Styli 2-3), aut unus bifidus & trifidus. Pericarpium calycinum, monospermum. Semen cochleatum.

1602.

1602. THESIVM. Cal. 3-5 - fidus. Stamina 3-5). Semen tubo calycino tectum.
- *1603. BOHEMERIA. IACQVIN. *Monoica. Mas.* Cal. tubulosus, semitrifidus. Stamina tria. *Fem.* Paleæ germinibus interpositæ. Stylus unus. Stigma simplex. Fructus —
1604. KOENIGIA. Cal. trifidus. Stamina tria. Stylus nullus. Stigmata 2-3), villosa. Semen? unicum, ovatum, longitudine calycis. LINN.
- *1605. BANKSIA. FÖRSTER. Cal. quadrifidus, tubulosus. Stamina duo. Pericarpium monospermum. Semen oblongum, involu-
cratum.
1606. STRVTHIOLA. Cal. quadrifidus, tubulosus. Glandulæ octo, penicillo proprio cinctæ, fauci circumpositæ. Stamina quatuor. Stylus filiformis. Stigma simplex. Pericarpium monospermum.
- *1607. LEINKERIA. Scop. Cal. quadriphyllus. Stamina quatuor. Stylus longus. Stigma simplex. Pericarpium monospermum.
Roupala. AVBLET.

G E N S II.

*Staminibus ex receptaculo prodeuntibus,
basi coalitis.*

- *1608. PTERANTHVS. FORSKAEL. Cal. quadriphyllus; foliis binis sursum dilatatis in alam verticalem; binis aliis oppositis, minoribus, corniculo terminatis. Stamina quatuor, basi coalita. Stylus unus. Stigmata duo. Semen nudum, calyce cinctum.

Flores fertiles & steriles in eodem receptaculo.



1609. *KRAMERIA*. Cal. hexaphyllus. Stamina quatuor. Stylus unus. Pericarpium echinatum, monospermum. Semen lenticulare ADANS.

Folia calycina pro petalis, & Nectarium duplex habet LINNAEVS.

1610. *CRVCITA*. Cal. heptaphyllus; foliis intimis tribus margine laceris. Stamina quatuor. Stylus brevissimus, mox bifidus. Pericarpium monospermum, deciduum LOEFLING.

1611. *POLYCNEVM*. Cal. pentaphyllus, foliolis inæqualibus HALL. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata duo. Pericarpium tenue, monospermum. Semen lentiforme.

Cal. triphyllus. Petala quina, calyciformia LINN. Cal. folia septem habet ADANS.

- *1612. *ALTERNANTHERA*. FORSKAEL. Cal. octophyllus, persistens. Stamina sex; alternis sterilibus. Capsula? emarginata, compressa.

1613. *GOMPHRENA*. Cal. octophyllus; foliolis inæqualibus; quinque corollam mentientibus. Stamina quinque. Stylus unus. Pericarpium monospermum. Semen orbiculare, compressum.

Nectarium cylindricum, decemstriatum addit LINN. quinquesidum, ore staminiferum GLEDITSCH.

1614. *IRESINE*, *Dioica*, *Mas.* Cal. septemfolius. Stamina quinque; denticulis totidem. *Fem.* Cal. prioris. Styli duo. Pericarpium monospermum. Semen lenticulare ADANS.

Mas. Cal. diphyllus. Petala quinque. Nectaria quinque. *Fem.* Cal. & Corolla prioris. Stigmata duo, sessilia, Capsula fovens, semina

mina tomentosa LINN. GLEDITSCH. hinc ex hoc caractere alterius Tribus.

Nullos flores femineos in IRESINE *iavanica* notat BVRMANNVS.

1615. ACHYRANTHES. Cal. pentaphyllus. Stamina quinque. Stigmata duo. Pericarpium monospermum. Semen lenticulare.

Cal. duplex; exterior triphyllus, interior pentaphyllus. Nectarium quinquevalve GLEDITSCH. Stigma unicum ADANS.

† 1616. AMARANTHVS. Cal. 3 - 5 - phyllus. Stamina 3 - 5). Styli tres. Capsula monosperma, horizontaliter dehiscens.

CELOSIA. LINN.

Flores etiam imperfecti in eadem Planta, hinc polygama LINN.

VSVS. RVMICES *acetosi* antiphlogistici. POLYGONI *Fagopyri* flores nectare divites, hinc alvearea melle ditantes, semen vero nutriendum. RHEI *palmati* radix optimum, tutissimumque laxans, torta vero subadstringens. SALSOLAE cinis dat alcali fixum, quo, una cum filice puro, praestantissima vitra parantur.



TRIBVS XXXIII.

HAMELII. (*Amentaceæ.*)

Essentialem huiusce Tribus characterem constituunt Flores sexu distincti, apetali, feminei aut masculi, vel omnes aggregati in Amentum, quod efficiunt squamæ floribus interpositæ & axi communi affixæ. Squamæ hæ calycis vices gerunt, ad quemlibet florem solitariae aut plures, haud raro staminiferae. Germen unicum. Semina non nuda, sed involucri unico, duplici, aut triplici perpetuo inclusa.

Feminei flores nunc squamis distincti, ut Mares, nunc vero proprio eoque monophyllo, aut polyphyllo involucri donati, proferunt fructum sæpius monospermum.

Adfinitatem cum prioribus ostendit Corollæ defectus, ac inprimis MORI, FICI, CANNABIS, VRTICAE &c. cum *Amentaceis* evidens similitudo.

G E N S I.

Fructu succulento.

1617. BATIS. *Dioica*. Amentum constans squamis unifloris, quadrifariam imbricatis. *Mas.* Spatha monophylla, squama paulo brevior. Stamina quatuor. *Fem.* Germen amento accretum. Stylus nullus. Stigma bilobum, villosum, magnum. Bacca unilocularis, tetrasperma, cum sociis confluens in unum corpus oblongum, obtusum. IACQVIN.
1618. MYRICA. *Dioica*. Amentum constans squamis unifloris, lunulatis, imbricatis. *Mas.* Stamina quatuor, raro sex, brevia. *Fem.* Styli duo. Bacca monosperma.

Huic

Huic stipulae nullae, ac stamina coalita; at inflorescentia, sexus & floris fabrica, ut in *Amentaceis*.

1619. BRABEIVM. *Polygamum*. *Mas.* Amentum constans squamis trifloris. Cal. proprius infundibuliformis, quadrifidus. Stamina quatuor. Antherae laterales. Germen nullum. Stylus filiformis. Stigmata duo. *Hermaph.* Drupa fovens officulum ovale.
1620. CECROPIA. *Dioica*. *Mas.* Spatha caduca. Amenta imbricata squamis subtetragonis. Stamina 1 - 2). *Fem.* Bacca monosperma, compressa, tetragona.
- * 1621. ASCARINA. FÖRSTER. *Monoica*. *Mas.* Amentum filiforme; squamulis brevissimis. Stamen unicum, brevissimum. Anthera unica, magna, quadrifulca. *Fem.* Amentum Maris. Stylus nullus. Stigma subtrilobum. Fructus monospermus, an Drupa?
1622. GNETVM. *Monoicum*. *Mas.* Amentum squamis unifloris. Stamen unicum, binas antheras gerens. *Fem.* Amentum idem. Stigma trifidum. Drupa monosperma.

G E N S II.

Fructu sicco.

1623. PLATANVS. *Monoica*. *Mas.* Amentum globosum, subsquamosum. Stamen unicum, antheris circumdatum. *Fem.* Amentum idem. Cal. proprius polyphyllus. Stigma recurvum. Semina subrotunda, stylo mucronata, basi papposa. LINN. Pericarpium monospermum, oblongum ADANS. Semen nuci affixum DV HAMEL.



*1624. PERPENSVM. BVRMANN. *Prodr. Flor.*
CAP. *Monoicum*. Mas. Amentum squamis
unifloris, linearibus. Antherae duae, sessi-
les. Fem. Germen bifidum. Styli duo. Pe-
ricarpium monospermum.

1625. EXCOECARIA. *Dioica*. Mas. Amentum,
Stamina tria. Fem. Amentum. Styli tres.
Capsula tricocca, ut in TRIBV XXI.

Vterque sexus Calyce & Corolla caret.

1626. IVGLANS. *Monoica*. Mas. Amenti squa-
ma uniflora. Cal. proprius 6 - 7 - phyllus.
Stamina 12 - 24). Fem. Involucruti tetra-
phyllum, biflorum. Cal. proprius quadri-
fidus, superus. Styli duo. Drupa subqua-
drilocularis, rugosa fovens ossiculum ru-
gosum, in qua nucleus quadrilobus ru-
gosus.

Mas. Cal. squama. Corolla sexfida. Stamina
12). Fem. 2 - 3) simul. Styli duo. DV HAMEL.

1627. LIQVIDAMBAR. *Monoicum*. Mas. Amen-
tum involucre tetraphyllo. Stamina ad 20).
Fem. Amentum globosum. Cal. proprius
tetraphyllus LINN. octophyllus GLEDITSCH.
Styli duo. Capsula bivalvis. Semen lon-
gum, alatum.

1628. POPVLVS. *Dioica*. Mas. Amenti squama
uniflora, lacera. Stamina 20); octo DV
HAMEL. Fem. squama sericea, plumosa.
Stigma quadrifidum. Capsula bilocularis,
cornuta, polysperma, bivalvis. Semina la-
na obducta.

Mas. Cal. infundibuliformis, bilabiatus, quasi
truncatus HALL. Hectariuin LINN.

1629. SALIX. *Dioica*. Mas. Amenti squama uni-
flora. Involucrum coriaceum, deciduum.
Stamina 1 - 12). Glandula nectararia ad ba-
sim.

sim. *Fem.* Amentum & involucrum idem. Stylus bifidus. Capsula bivalvis, cornuta. Semina pappo obvoluta.

Salicis staminibus 8 - 10). meminit & WILCKE *Fl. Gryph.* 520.

1630. FAGVS. *Monoica. Mas.* Amentum : Cal. 4 - 5 - 6 - fidus. Stamina 5 - 8 - 12 - 18). *Fem.* Cal. quadridentatus. Styli tres. Capsula muricata, 2 - 4 - locularis, quadrivalvis. Semina 2 - 4), magna.

Fagus. Mas. Cal. quinquefidus. Stamina decem. *Fem.* Cal. quadrifidus. Styli tres. Capsula echinata.

Castanea. Mas. Cal. quinquefidus. Stamina duodecim. *Fem.* Cal. quadrifidus. Styli tres. Capsula echinata DV HAMEL.

In FAGO *sylvatica* vidit Stamina 4. 6. 8. 9. 11. 12. WILICH.

1631. QVERCVS. *Monoica. Mas.* Amentum ex fasciculis Staminum 8 - 10). *Fem.* Cal. hemisphaericus, polyphyllus. Styli duo. Pericarpium, cylindraceum, involucri exteriori coriaceo, calyce in cotylam rigidam mutato exceptum.

1632. CORYLVS. *Monoica. Mas.* Amenti squama trifida. Stamina 8 - 10). *Fem.* Cal. diphyllus, lacerus. Styli duo. Pericarpium involucri exteriori ligneo, villoso, calyce aucto, lacero & persistente exceptum.

1633. BETVLA. *Monoica. Mas.* Amentis squamæ inaequales. Stamina 4 - 12). *Fem.* Squama biflora, semitriloba. Styli duo. Pericarpia bina, alata. Semen nudum LINN. Capsula bilocularis; semine uno abortante ADANS.

Betula. Mas. Amenti squama triloba : lobo medio acuminato. Cal. proprius quadrifidus.



duo. Stamina 4 - 5). *Fem.* Styli duo. Semen dipterum oblongum.

Alnus. Mas. Amenti squama. Cal. proprius quadrifidus. Stamina quatuor, *Fem.* Semen compressum. DV HAMEL.

1634. *CARPINVS. Monoica. Mas.* Amenti squama plana, ciliata. Stamina ad 14). *Fem.* Styli duo, persistentes. Pericarpium ovatum, striatum, coronatum calyce 3 - 4 - dentato, latens sub replicato lobo squamæ lanceolatæ, persistentis.

Stamina 8 - 14), notat in *CARPINO Betulo* WILlich.

- *1635. *OSTRYA. MICHEL. Monoica. Mas.* squama. Filamenta ramosa. *Fem.* Amentum lupulaceum; squamis saccatis, sinu suo foventibus Pericarpium biloculare.

Carpinus. LINN.

Vsvs æconomicus. Fructus MYRICAE *ceriferæ* dat in aqua ebulliente ceram viridem, fragrantem, qua candellæ conficiuntur. CLEYTON IVGLANDIS nucleus oleosus, edulis. MÜNCHAVSEN. BATIS cineribus utuntur Carthagenenses ad conficiendum vitrum IACQVIN. QVERCVS lignum durabile etiam sub aquis & cuniculis Fodinarum. CORYLO & BETVLA parantur cingula dolorum, horumque folia Capris salubria.

— *medicus.* Semen quercinum ad scrophulas utile. ALNI folia lac repellunt SALICIS cortex iunior laudatur ad febres periodicas. Unguentum cum gemmis POPVLI factum, cœcarum hæmorrhoidum dolores lenit.

TRIBVS XXXIV.

MILLERII. (*Coniferæ.*)

Amentaceis proximas esse *Coniferas*, nemo est qui dubitat; his enim pariter flores aggregati, apetalii, staminei, sexu distincti, squamis communi itidem axi affixis invicem seiuncti, ac arborea fere omnium statura.

Propriam tamen Classẽ ex his efficiunt Coni squamæ vigidæ. Stamina unita. Folia angusta. Ingenium plerisque resinofum. Difficilior propagatio per ramos. Viror perpetuus. Summa frigoris tolerantia.

Huc spectat & EPHEDRA etfi baccifera, eique facie proximum Equisetum; ut sic a *Coniferis* ad *Muscos* rectior via pateat, quam prius ingressus est oculatissimus ADANSONIVS.

1636. PINVS. *Monoica. Mas.* Amentum compositum. Calyx polyphyllus. Stamina multa. Filamenta diandra HALL. *Fem.* Coni squama biflora. Stylus unus. Pericarpium monospermum, cortice exteriori membranaceo, alato in PINV *Abiete, Picea, Sylvestri* &c. lignoso, non alato in *Pinea & Cembra.*

1637. THVIA. *Monoica. Mas.* Coni squama. Stamina quatuor LINN. Foliola. 4-8. Stamina sex ADANS. *Fem.* coni squama biflora. Stylus unus, at Duplex DV HAMEL. Pericarpium alatum.

1638. CVPRESSVS. *Monoica. Mas.* Coni squama. Antherae quatuor, sessiles LINN. Calyx THVIAE. Stamina 10-20. ADANS. *Fem.* Coni squama uniflora. Pericarpium angu-



latum LINN. Officula 2 - 20), ovalia, aptera ADANS.

1639. IVNIPERVS. *Dioica. Mas.* Coni squamæ. Stamina tria. LINN. Calyx 4 - 8 phyllus. Stamina 10 - 12); antheris etiam sexlocularibus. ADANS. *Fem.* Cal. trifidus. Petala tria. Bacca trisperma. LINN.

Coni squama. Squamæ 3 - 4), carnosæ factæ, abeunt in baccam, in qua officulum ovale, apterum. ADANS.

Cedrus. Mas. Squama, cui insident stamina. *Fem.* Cal. trifidus. Carolla tripetala. Styli tres, basi uniti. Bacca officulis tribus.

Iuniperus. Mas. Stamina tria *Fem.* Cal. trifidus. Styli tres. Bacca trisperma.

Sabina. Mas. Stamina tria *Fem.* Cal. trifidus. Petala tria. Styli tres. Bacca trisperma. DV HAMEL.

1640. TAXVS. *Dioica. Mas.* Cal. triphyllus. Gemmæ. Stamina multa. Antheræ peltatæ, octofidæ LINN. Calyx ex squamis 12 - 14). Stamina 12 - 18) Antheræ 6 - 8-loculares. ADANS. *Fem.* Cal. triphyllus. Gemmæ. Stylus nullus. Semen unicum, exceptum calyce baccato, integerrimo. LINN. Discus baccatus, convexus, fovens Pericarpium ovale, apterum. ADANS.

Mas. Squamæ Amenti quatuor. Stamina multa. basi unita. *Fem.* Stylus nullus. Stigma obtusum. Semen superne nudum, inferne tectum calyce baccato. DV HAMEL.

1641. EPHEDRA. *Dioica. Mas.* Cal. bifolius. Antheræ quatuor inferiores, aliæ tres superiores. LINN. *Fem.* Germina bina. Calyx baccatus, fovens Pericarpia bina. ADANS.

ADANS. Semina duo ; Calyce succulento
 tecta GLEDITSCH.

1642. EQVISETVM. *Dioicum. Mas.* Cal. 6-12
 fidus. Antheræ 50-200), 7-10-locula-
 res ADANS. *Fem.* Pelta pone cincta capsu-
 lis feminalibus ad 6), cylindraceis, unilo-
 cularibus, univalvibus, elasticis. Semina
 subrotunda, minutissima, villis ramosis
 connexa. GLEDITSCH.

Genuina floris fructusque fabrica in hoc Ge-
 nere, etiamnum obscura.

EQVISETVM GIGANTEVM & LYCOPODIVM *fru-*
tescens coniungunt *Coniferas* cum *Muscoi-*
dæis.

VSUS *æconomicus.* PINVS, cum aliis Arbori-
 bus, carbonem largitur fagino & querci-
 no multo leviolem, Animalibus latibula
 præbet, teneriores Plantas umbra fovet,
 perpetuo virore squalidos montes lætifi-
 cat, asseres, trabes, ac focale lignum lar-
 gitur, resinam fundit ad varia utilem ;
 Hinc eius custodia & propagatio Civibus
 utilissima & necessaria.

— *medicus* PINI, imprimis *Laricis* resina bal-
 samica, diuretica, consolidans. IVNIPERI
communis fructus aromaticus, *Sabinæ* ve-
 ro & THVIAE folia acria, emenagoga.
 NUX CVPRESSI adstringens.





TRIBVS XXXV.

DILLENII. (*Muscoideæ.*)

Naturalis hæc Tribus complectitur Plantas floribus inconspicuis, sexu distinctis, masculis & femineis in eadem, aut distincta Planta. *Mas.* Anthera unilocularis, sæpius pedunculata & bivalvis, quæ horizontaliter dehiscens, effundit pollinem receptaculo proprio spongioso sæpius in positum. *Femina* nunc Capsula, nunc Strobilus, nunc Gemmula in folio sessilis, aut in sinu squamulæ propriæ in summo caule locata.

Gens hæc foliis instructa simplicibus, sessilibus, subpellucidis, congestis, haud quaquam deciduis, frigidioribus locis addicta, lætatur humido, squallet in sicco, obiter radicata, humi para, cespitosa.

Muscis legitimis, anthera transversim dehiscens, sæpius calyptrata; *spuris* vero capsula sphaerica, ampullacea, subulata, cylindrica, sessilis, pedunculata, nuda, calyculata, solitaria, multiplex vane dehiscens. Præterea prioribus foliola pulchre virentia, in furculis simplicibus aut ramosis; his vero foliorum loco laminæ foliaceæ, inferna pagina radicata, excepta IUNGERMANNIA, quæ furculos etiam erectos, & foliosos educit.

G E N S I.

Capsulis nulla calyptra tectis.

1643. LYCOPODIVM. Capsulæ in supremis foliorum alis sessiles, bivalves, non ciliatæ.

1644.

1644. SPHAGNUM. Capsula obtuso operculo testâ, quo delapso, os patet amplum, non ciliatum.

Eadem fabrica est *Phasci* LINN. observante
Ill. de HALLER.

1645. PORELLA. Capsula multilocularis, ovalis, foraminulata, sessilis, operculo destituta.

G E N S II.

Capsulis calyptra tectis.

1646. BVXBAVMIA. Capsula magna, ovalis, operculo testâ, quo delapso, patet os ciliatum; ciliis introflexis. In huius cavo est sacculus de filo pendens, quod ex summo operculi loco prodit. Sacculus hic ovalis est ac hirsutus, & a pariete Capsulae aliquo intervallo remotus.

† 1647. HYPNUM. Capsula operculata, ore ciliata, insidens setae saepius laterali, e bulbo plus minus folioso prodeunti.

Hypnorum habitus laxior, ac furculi plerumque longiores, magisque ramosi ac in
BRYIS.

1) *Complanata*; furculis compressis.

2) *Falcata*; foliis aduncis.

3) *Teretiuscula*; furculis teretibus.

a) capsulis deflexis.

b) — erectis.

† 1648. BRYVM. Diversum ab HYPNO seta basi minime bulbosa, saepius terminali.

Bryorum furculi simpliciores, minusque cespitosi.

Mnium, Fontinalis, Splachnum LINN.



1) *Aloefolia* ; furculis simplicibus.

2) *Surculosa* ; — ramosis.

a) capsulis deflexis.

b) — erectis.

† 1649. POLYTRICHVM. Calyptra pilosa.

Polytricha pleraque erecta, rigidiora, rarius
ramosa.

G E N S III.

*Floribus masculis, aut horum pedunculis,
basi vaginatis.*

1650. IVNGERMANNIA. Vagina folio aut
frondi innata, e qua pedunculus globulo
terminatus, villis pulverulentis repletus,
in valvas quatuor cruciformiter demum
dehiscens. Sunt & globuli farinosi, sessi-
les, aut pedunculati.

1) *Muscoides* ; furculis foliosis.

2) *Marfileæ* ; foliis a caule distinctis
destitutæ.

1651. MARCHANTIA. Vagina frondi inposi-
ta, proferens pedunculum pileo termina-
tum, sub quo capsulæ multivalves, villo
pollinifero plenæ, cui motum animale
tribuunt nonnulli. Alio loco sunt recep-
tacula particularum seminalium sessilia, so-
litaria

1652. TARGIONIA. Vagina bivalvis, globum
includens, frondem terminans.

1653. ANTHOCEROS. Vagina cylindrica, edu-
cens capsulas subulatas, bivalves, bilocu-
lares, in quibus globuli ex acinis subro-
tundis compositi. Alibi in eadem fronde

ca-

calyces stellati, foventes femina terna aut quaterna.

1654. BLASIA. Vagina cylindracea, superne dilatata, ultimis foliosæ frondis segmentis inposita, efferens pedunculum cavum, capitulo terminatum. Alibi globuli parvi, juxta margines collocati, in quibus particulæ sphaericæ, minimæ.

VSVS. LYCOPODIVM *Selago* catharticum est; POLYTRICHVM vero habetur pro sudorifero.





TRIBVS XXXVI.

BATTARAE. (*Fungoideæ.*)

In limine Regni Vegetabilis exposuit Natura nudos, erraticos, abiectosque Fungos, Moluscis Animalibus adeo similes, ut cuius Regni sint, nondum certo constet.

Fungorum, flores & fructus pariter in conspicui, nullaque capsula inclusi, sunt gemulæ modo nudæ, modo Fungo ipso, modo vero Liquamini inclusæ sunt. Hinc LICHEN a muscorum Familia separandus; hinc MYCORIS capitulum non est anthera, aut capsula seminalis, sed Fungulis seta elevatus.

Flores masculos & femineos etiam in Fungis vidit & delineavit indefessus MICHELIVS, de quibus tamen etiamnum dubitant aliqui, etsi ille *Fungos* & LICHENES. Ex seminali eorum polline crescere viderit. Præterea habitus hisce proprius, nec omnibus idem, nempe caviaceus, gelatinosus, carnosus, ligneus, filamentosus, membranaceus, absque conspicua radice & absque foliis a caule distinctis.

GENS I.

Fructificationibus expositis.

† 1655. LICHEN. Vegetabile foliaceum, filamentosum, squamosum, sæpius parasiticum, gerens *Flores masculos* in receptaculo fungoso, scutellam, aut sphaerulam referente, nec non *femineos*, seu pollinem siccum, temere inspersum.

1656,

- * 1656. VALSA. ADANS. Fungus rigidus, difformis, fuliginosus, coriaceus aut ligneus, sessilis aut petiolatus, gerens receptacula sphaerica aut cylindrica, carbonario polline plena.

CLAVARIAE quaedam LINN.

- † 1657. ELVELA. GLEDITSCH. Fungus subco-reaceus, foliaceus, gelatinosus, referens cyathum, discum, auriculam, buccinum, superficie fructificans.

HELVELLAE & PEZIZAE 2 - 9) LINN.

- * 1658. AGARICVM. HALL. Fungus planiusculus, inferne nullis tubulis, nullis poris, nullisque aculeis, venis, aut lamellis instructus sessilis aut petiolatus, perennis aut fugax.

1659. CLAVARIA. Fungus teretiussculus, simplex & ramosus; fructificationibus superficialibus, nudis.

1660. MERVLIVS. HALL. Fungus AGARICO similis, superficie infera fructificante venosa aut rugosa,

AGARICVS *Chantar*. LINN.

1661. POLYPORVS. HALL. Fungus horizontalis, subtus porosus.

BOLETVS. LINN.

1662. HYDNVM. Fungus horizontalis, subtus echinatus, petiolatus aut sessilis.

1663. AMANITA. Fungus horizontalis, subtus lamellosus.

Agaricus LINN.

- 1) *Tuberosæ*; petiolo ad basim crassiflore, lamellis non diffluentibus,

Z 5

2) *Atra-*



- 2) *Atramentariae* ; lamellis diffluentibus.
- 3) *Tereticaules* ; ex colore lamellarum subdividendæ.
- 4) *Lactefcentes* ; lacte acri, aut dulci.
- 5) *Mammosæ* ; pilei vertice tumido.
- 6) *Crispatæ* ; pileo plicato.
- 7) *Dimidiatæ* ; sessiles, aut petiolo occultato, laterali, annuæ & perennes.

Nullibi magis polymorpha Natura, ac in hisce.

*1664. BOLETVS. MICHEL. Fungus perpendicularis, reticulato - rugosus.

PHALLVS. *Esculentus* LINN.

G E N S II.

Fructificationibus inclusis.

†1665. PHALLVS. MICHEL. Fungus perpendicularis, apice pervius. Semina liquamini fœtido, de pileo decidenti immersa.

PHALLVS *inpudicus* LINN.

1666. CLATHRVVS. MICHEL. Fungus perpendicularis, cancellatus. Semina liquamini viscido depluenti immersa.

†1667. PEZIZA. GLEDITSCH. Fungus cyathiformis, coriaceus, sinu suo fovens corpora lentiformia, pedicellata, viscido humore plena, quæ sunt iuniores Plantulæ vivipara generatione ex Planta Matre productæ HALL.

PEZIZA *lentifera* LINN.

1668. LYCOPERDON. Fungus subdialis, aut subterraneus, rotundatus, corticosus, fovens substantiam cellulofam, quæ demum fatiscit in pollinem, per apertum apicem sæpius emittendum.

Lycoperdastrum, *Geaster*, *Carpobolus* MICHEL. constant Theca 6-8-valvi, fovente capsulam sphaericam, mono- aut polyspermam, vertice irregulariter dehiscen-tem.

- † 1669. MVCOR. MICHEL. Capitulum tenui cortice tectum, quo disrpto adparret substantia fibrosa, cellulosa, sicca, minutissimum pollinem spargens.

- * 1670. BOTRYTIS MICHEL. Petioli tenuissimi, ramosi, capitula racemosa aut spicata sustinentes.

MVCOR. LINN.

1671. MVCILAGO. HALLER. Grana mollia, nullo fere cortice tecta, in liquorem diffluentia.

MVCOR. LINN.

1672. TREMELLA. Substantia gelatinosa, pel- lucida.

Tremellæ intra pauca minuta incrementi sui agmen attingunt, ut Animalia infusoria.

Vsvs. Omnibus Fungis cruda natura est, qui fere intra paucos dies primum adpareant, & perficiantur : est etiam in iis ad putredinem propensio, ut plerique celeriter in nigrum & pestilens tabum diffuant, & etiam foetore suo nauseam & cardialgiam


ex-



excitent HALL. LICHENIS *Islandici* decoc-
tum lacte mixtum in Phytisi utile exper-
tus sum, eiusque usum in Terris austria-
cis primus introduxi.



REGNUM
ANIMALE.



PRAEFATIO

AD

R E G N V M

A N I M A L E.

ANIMAL est Corpus naturale organicum, extensibile & irritabile, crescens intromsumpto, hinc vivens, vegetans, sentiens, seque movens; motu arbitrio.

Præsidet Machinæ principium vitale, æthereum, subdita organa plus minus iradians, Individuo cuique suum, in omnibus corruptibile, solo Homine excepto.

Custos est Sensus unus, aut multiplex, qui natura, aut usu edoctus, indicat noxia & utilia, seu gratum & ingratum, unde amor, aut odium, indeque alia pathemata, eo plura & fortiora, quo nerveum Systema sensibilius, aut imaginatio vividior; hinc in Homine, deplorabili fato, plurima & ad interitum usque fortissima.

Famuli, Fames sollicita, ut amissum restituat; fitis impatiens, ut salia diluat; Venus anxiosa, ut speciem multiplicet; Dolor querulus, ut stimulum arceat; Somnus dulcis, ut vires restauret.

Animal, ut Vegetabile, constat *Cortice* & *Medulla*;

Cortex exterior cutaneus, investiens,
interior carneus, tendineus, cartilagineus, osseus;

intimus membranaceus, efficiens vasa
& receptacula.

Medulla triplex pariter, seu movens, sentiens, multiplicans.

prima dat Machinæ vitam;

secunda



secunda sensus constituit;

tertia generationis opus absolvit.

Hinc etiam in Animalibus sola medulla multiplicans, redintegrans, ut in Plantis; sive demum dicas eam a Patre derivatam & debito loco exceptam ac modificatam excreescere in Machinam Parentibus similem; sive demum contendas esse in Matre minimum novæ sobolis primordium electro masculo excitandum, ut organa sua sensim evolvat, limitet, augeat. Sane argumenta sunt, quæ in Animali Regno utrumque multiplicandi modum, nulla vero, quæ Epigenesim, aut Generationem æquivocam probant.

Animalia ovipara in universum fertiliora viviparis, nec non carnivora herbivoris. Fœcunditas quoque maior in illis, quæ iniuriis magis exposita sunt, aut difficilius sibi comparant alimenta.

Animalis vita perfecta nulla absque humorum per vasa motu, quem promovet aër propriis organis exceptus, aut evolutus; sustentat alimentum idoneum, assumptum, digestum, solutum, sanguini mixtum; inperturbatum servat debitus rerum non naturalium dictarum usus.

At quidquid conservandis, propagandisque Individuis adeo intenta Natura sit, vindicare tamen ab interitu illa non potest, quæ aliorum arbitrio emancipata, aut quibus vitalem machinæ irritabilitatem rigidum senium abstulit. Hinc ubique rapinæ, ubique cadavera, unumque Animal alterius sepulchrum est.

Individua hæc inter sese differunt

1) *Integumento mucoso, nudo.* INFVSORIA, HELMINTICA.

mucoso & testaceo. HELMINTICA
CRVSTACEA;

corneo,



corneo, aut osseo. LVCIFVGA,
GYMNOPTERA, LEPIDOPTERA,
PROBOSCIDEA, COLEOPTERA.
molli, nudo aut squamoso. PISCES.
membranaceo, scutato, rugoso,
squamoso aut lævi. AMPHIBIA.
plumoso. AVES.
pilofo. MAMMALIA.

2) *Corpore*

mutilo. INFVSORIA *Gen. I.* INTES-
TINA *Gen. II. Distrib. 3.* AM-
PHIBIA *Gen. I.*

brachiato cirrhis, aut tentaculis.
INFVSORIA. *Gen. II.* HELMIN-
TICA *Gen. I. & II. Distrib. I.*
2. 4. TESTACEA. AMPHIB.
Draco.

pedato. LVCIFVGA. AMPHIB. *Cbal-*
cides. MAMMALIA.

pedato & alato. *Gymnoptera*, LE-
PIDOPTERA, PROBOSCIDEA,
COLEOPTERA, AVES, MAM-
MALIA quædam.

pinnato. PISCES, AMPHIBIA *Gen.*
II. CETACEA.

3) *Maxillis.*

nullis. INFVSORIA, HELMINTICA &
TESTACEA pleraque.

incumbentibus. PISCES, AMPHIBIA,
AVES, MAMMALIA.

transversis. LVCIFVGA, GYMNOPTERA,
LEPIDOPTERA, PROBOSCIDEA COLEOPTERA.

4) *Corde*

uniloculari, inaurito. INFVSORIA, HEL-
MINTICA, TESTACEA, LVCIF-
VGA, GYMNOPTERA, LEPI-
DOPTERA, PROBOSCIDEA, CO-
LEOPTERA.



uniaurito. PISCES, AMPHIBIA.
biloculari, biaurito. AVES, MAMMALIA.

5) *Pulmonibus*, obscuris. INFVSORIA, HELMINTICA, TESTACEA, LVCIFVGA, GYMNOPTERA, LEPIDOPTERA, PROBOSCIDEA, COLEOPTERA.

6) *Ossibus*, nullis. INFVSORIA, HELMINTICA, TESTACEA, GYMNOPTERA, LEPIDOPTERA, PROBOSCIDEA, COLEOPTERA.

mollibus. HELMINTICA, SEPIA, AMPHIBIA.

rigidis. PISCES, AVES, MAMMALIA.

7) *Proprietatibus*, sic ovipara, vivipara, reptilia, gradientia, volitantia, natantia, lactantia, incubantia, deferentia, fodientia, muta, vocalia &c.

8) *Armis*, quæ varia, nempe *Sepiæ* atramentum, *Insectorum* chelæ & auclei, *Piscium* radii spinosi, ac electrum *Gymnoti*, *Serpentum* dentes, *Bufo*rum e poris cutaneis cyciendum virus, *Raiæ Torpedinis* vis stupefaciens, *Avium* rostra, ungues, alæ; *Mammalium* dentes, cornua, auclei, artus, ungues, muscarium.

Hinc Animalia in hos Ordines distribûta.

I. Sanguine frigido.	{	1) Mollusca.
		2) Insecta.
		3) Pisces.
		4) Amphibia.

II.

II. Sanguine calido. { 5) Aves.
 { 6) Mammalia.

Zoologi huius ævi præstantiores, LINNAEVS
eiusque illustratores HOVTTINVS & MÜL-
LERIVS, AVBENTON, GRONOVIVS, KLEINIVS,
PALLASIVS, BRVNNICHIVS.

Animalium Tribus mihi sequentes sunt.





TABVLA SYNOPTICA REGNI ANIMALIS.

Tribus

- I. MÜLLERII Animalia frigida, minima,
similaria, texturæ teneræ simplicis . INFVSORIA.
- II. ELLISII Animalia frigida, apoda, ple-
raque nuda, tentaculata & mutica, tex-
turæ firmioris magisque compositæ HELMINTICA.
- III. GVALTIERII Animalia frigida, apoda,
tentaculata, testam inhabitantia, com-
posita TESTACEA.
- IV. SWAMMERDAMII Animalia frigida,
polypoda, pleraque crustacea, in utro-
que sexu aptera LVCIFVGA.
- V. GEOFFROY Animalia frigida, polypo-
da; alis nudis volitantia . . GYMNOPTERA.
- VI. ROESELII Animalia frigida, polypoda;
alis quatuor, squamosis . . LEPIDOPTERA.
- VII. REAMVRII Animalia frigida, polypo-
da; alis sæpius quaternis volitantia; ore
rostrato; rostro deflexo . . PROBOSCIDEA.
- VIII. FRISCHII Animalia frigida, polypo-
da; alis quatuor, structuræ diversæ COLEOPTERA.
- IX. ARTEDII Animalia frigida, branchiis
lateralibus respirantia, pinnis natato-
riis instructa PISCES.
- X. SEBAE Animalia frigida; pulmonibus
arbitrariis; hinc in sicco & humido
viventia, apoda & pedata . . . AMPHIBIA.
- XI. EDWARDI Animalia calida, pedata,
diptera, plumis vestita; ore maxillis
elongatis, corneis, rostrato . . . AVES.
- XII. KLEINII Animalia calida, mamminis
lactantia MAMMALIA.

HOMO.

TRIBVS

TRIBVS I.

MÜLLERII. (*Infusoria.*)

Multas in Classes natura Animalia distinxit. Prima est bestiarum simplicissimarum, in quibus etiam bona microscopia vix quidquam ostendunt HALL.

Infusoria Animalculæ minutissima, frigida, vaga, nuda, fere omnia aquatilia, redintegrantia, ovipara & vivipara, imo & sola partitione, vegetabilium adinstar, propagabilia, organis a corpore distinctis instructa aut destituta, sæpius pellucida, nullam hactenus cognitam metamorphosim subeuntia.

MONAS *gelatinosa* & FASCIOLA *tremellaris* MÜLLERII, MVCORI *Lycogalæ* ac TREMELLIS similia, iungunt Regnum vegetabile cum animali, etsi CORALLINAE LICHENIBVS filamentosis, FVCISQUE similiores videantur, ac Animalia infusoria.

Ex his aliqua reviviscere in Aqua, ut *Lichenes* & *Musci*, docent imprimis observationes FONTANAE, & LEDERMÜLLERII.

Sequor hic doctissimum Virum *Othonem Fridericum* MÜLLERIVM, qui mira industria in hac Tribu ea præstitit, quæ nemo alius. Nova tamen & a Müllerianis diversa Genera ANGVINAE, & ROTARIAE, nec non FVRIAM Ill. LINN. adiungere visum est, de cuius tamen existentia dubitant etiamnum multi.

Egerunt de his præ cæteris LEEUWENHOEK, HOOK, IOBLOT, HILL, WRISBERG, BAKER, LEDERMÜLLER, SPALANZANI, FONTANA, ac inprimis præcitatus Cl. MÜLLERIVS.



G E N S I.

*Simplicia.**Organis externis destituta.*

- GEN. * I. MONAS. MÜLLER. Corpus punctiforme.
2. VOLVOX. Corpus globosum, vertiginosogyratile, proles prolium includens.
- *3. ENCHELEIS. HILL. Corpus cylindraceum.
- *4. VIBRIO. MÜLLER. Corpus teres, elongatum. CHAOS *redivivus* LINN.
- *5. ANGVINA. Scop. Corpus filiforme.
Habitat in Galla inter glumas & folliculos cerealium, directionem medullæ ita sæpe mutans, ut plura germina prodeant.
Mas. brevior, pene porrecto.
Fem. longior, vivipara & ovipara.
Neutrum mediocre, pene & vulva destitutum, FONTANA.
Tritici grana abbreviata & rotundata LINN. in *not.* ad CHAOS.
- *6. CYCLIDIVM. HILL. Corpus complanatum, orbiculare aut ovatum.
- *7. PARAMAECIVM. HILL. Corpus membranaceum, complanatum, oblongum.
- *8. KOLPODA. MÜLLER. Corpus complanatum, irregulare, sinuatum aut reniforme. MOSCATI in Infuso CYNOSVRI *echinati*.
- *9. GONIVM. MÜLLER. Corpus complanatum, angulatum.
- *10. BVRARIA. MÜLLER. Corpus membranaceum, cavum, conspicuum in BVRARIA *truncatula*.

- * 11. CERCARIA. MÜLLER. Corpus caudatum.
At quærenda naturalis & constans figura, ut
Genera genuina sint.

G E N S II.

Composita.

Organis a corpore distinctis instructa.

- * 12. TRICHODA. MÜLLER. Corpus altera parte crinitum.

13. FURIA. Corpus utrinque ciliatum; aculeis reflexis, corpori adpressis.

Furiam existere indubius affirmat LINNAEVS, svadent subitanea, & terribilia symptomata observata in Animalibus, quorum corpora penetravit, ac confirmat antidotus mali inde incipientis in caseo recenti extus adposito Ad. MURRAII.

- * 14. NAIS. MÜLLER. Corpus lineare, depressum, sedis pedatum.

NEREIS *lacustris* LINN. setarum fasciculis lateralibus proxima APHRODITAE, ad diversa defectu segmentorum & capitis fabrica.

- * 15. ROTARIA. SCOP. Corpus antice bifidum; segmentis margine rotæ adinstar cirrhat.

Rotifer LEEUWENHOEK. cuius cor quiescit quiescentibus cirrhis, vitamque in aqua recuperat etiam post biennium. FONTANA.

Ad VORTICELLAS refert Cl. MÜLLERVS in *Litt.*

- † 16. HYDRA. Corpus contractile; cirrhis setaceis MÜLLER.

Testæ defectu differt a BRACHIONO.



HYDRA *hydatula* LINN. quam, post binos fœtus, utero exclusam nuper vidi, proprium Genus constituere videtur, Helminticis mutilis adnumerandum.

VSVS. Cui bono hæc Animalia? An inde insalubres aquæ stagnantes? An non morbi inde multi, nauseosis, salinis, imo & Metallis sanabiles? An inde Lues Pecorum cornutorum? quam multa nos latent, quæ sera dies extrahet?



TRIBVS II.

ELLISII. (*Helmintica*.)

Animalia frigida, manifesta, composita, vaga aut fixa, nuda aut corticata, mutila aut tentaculata, gelatinosa, membranacea, cartilaginea, carnosâ, opaca, aut pellucida, terebrantia, natantia, repentia, Animalibus quædam infensa, imo & horum viscera inhabitantia, pauca, terrestria quædam, nonnulla intestina, pleraque aquatilia, marinaque.

Litho- & Zoophytorum Mollusca *Hydris* similia, *SEPIA* Argonautæ, *BRACHIONVS* Testaceis. *LIMAX* Helici, *LAPLISIA* Amphibiis, ob cor, pulmones, ventriculum, intestina, hepar, uterus, teste BOHATSCHIO; unde insuperabiles difficultates in eruendis adfinitatibus, ex solo numero tentaculorum nunquam extricandis. Interea vero separare non potui *VORTICELLAM*, *BRACHIORVM*, *TUBVLARIAM* ab *HYDRA*, nec ab hisce *Hydras* corticatas *Coralliorum*, & similium. Sed nec *MEDVSAM* ab *ASTERIA*, quem cætera *Fimbriata* sequuntur, dein *Intestina*.

Illustrarunt hoc ævo *Vorticellas* MÜLLERIVS, ROESELIVS, SCHEFFERVUS, LEDERMÜLLERIVS, BAKERVS, TREMBLEYVS; *Corallia* MARSIGLIUS, ELLISIVS, PALLAS; *Brachiata* BOHATSCHIVS, LINNÆVS, nonnulla SWAMMERDAMIUS, BERGMANNVS, LINKIVS, aliique.

GENS I.

Corticata.

Inhabitant involucrium inorganicum, molle, membranaceum, subfibrosum, coriaceum, cartila-



tilagineum, lapideum, tubulosum, cellulosum, porosum, stellatum, articulatum, simplex, ramosum, radicum, adnatum, solitarium, multiplex, ut tamen Animal alicubi prodire, cibum capere, novamque progeniem proferre queat.

Stirps articulata augetur nova cella, quam gemma terminalis, sæpius cum interitu matris subiacentis ædificat, hinc si bini, contiguique apices, in eodem plano simul fructificant, conata utriusque gemmæ medulla, fit unica proles, at crassior, subduplici ore, ac cirrhis pluribus, ampliorem domum ædificans; vel ex unica alienum situm nacta gemmula, alieno quoque loco exstructa cella conficitur.

17. VORTICELLA. Molluscum vagum, aut fixum, simplex & compositum, corpusculi limbo contractili, undulante, ciliato, carybdim efformante, latens intra proprium habitaculum, pro corpore Polypi hætenus adsumptum LEDERMÜLL.

* 18. BRACHIONVS. PALLAS. Molluscum contractile, vagum; testa tectum; ciliis rotatoriis, senis, pluribus, ut in HYDRA.

Monoculo adfinis ZVCCONI DIARIO d'ITALIA, I. p. 382. f. 3.

† 19. TVBVLARIA. Molluscum contractile, fixum; cirrhis pennatis, latens intra tubum simplicem aut compositum.

SABELLA. LINN.

TVBVLARIAE elegantiores referunt florem, cui petala extima linearia, pistulum in medio, ore perforatum, tentaculis cirrhiformibus adpersum. PALLAS.

TVBVLARIA *musica* calycis margine cirrhoso; cirrhis cylindræis, apice perforatis BO-

VII, coniungit Genus hoc cum *Tubiporis*.

20. PENNATVLA. Molluscum contractile, cylindraceum, apice radiatum filis tenuissimis, æque dissitis; involucro inferne nudo, tereti, superne uno, aut utroque latere pennæ adinstar pinnato; pinnis sæpius inæqualibus, coriaceis, margine dentato-floridis.

21. SERTVLARIA. Molluscum ciliatum; ciliis pluribus, ramosum, efflorescens e quolibet articulo involucri phytomorphi, radicati, fibrosi.

In SERTVL. *operculata* vidit stirpis unicum latus floridum; articulo singulo fovente cellulam sphæricam, in qua Polypus ovalis; cirrhis numerosis, violaceis, GRISELINI.

* 22. CELLVLARIA. PALLAS. Molluscum cilio unico simplici, & ramoso, inhabitans cellam sæpius sepultam intra articulum involucri phytomorphi, exiguo osculo perviam, haud raro spinosam. ELLIS.

23. CORALLINA. Molluscum ciliatum, ramosum; involucro phytomorpha, radicato, articulado, fuciformi, filamentoso, calcario.

Syringogonypetes. GRISELINII, stirpe membranacea, articulis ultimis multifloris.

24. FLVSTRA. Molluscum ciliatum; ciliis ad 36), intra cellam, quarum plurimæ totam stirpem undique obtegunt.

25. SPONGIA. Molluscum ramosum; involucro subfibroso aut stupeo, cavernoso aut poroso, bibulo,



26. **ALCYONIVM**, Molluscum ciliatum, ramosum, involucro cartilagineo, aut cartilagineo-crustaceo, ex papillis immeris, radiatim dispositis, duplici ostio perviis; centro stellæ mobili, cui radii adfixi.

Ostium unum os est, aliud unus.

ALCYONIVM exos undique papillosum; papillis octoradiatis: radiis concentricis. Molluscum cylindraceum, tubulosum, membranaceum, diaphanum; cirrhis octo, aculeatis,

27. **GORGONIA**. Molluscum e poris corticalibus efflorescens, cirrhis ad 14) annulo adfixis; involucro corneo, ramoso, corticato; cortice calcario.

Dempto cortice perit substantia cornea, non diversa a medullari, nisi mollitie, ramique medulla ditiores minus vegetant, secus ac in *Plantis*.

28. **ISIS**. Molluscum e poris corticalibus efflorescens; cirrhis 8); involucro radiato, lapideo, sæpius articulado.

29. **MILLEPORA**. Molluscum ciliatum; involucro ramoso, lapideo, non corticato; superficie tota foraminulis pertusa.

30. **CELLEPORA**. Molluscum ciliatum; involucro celluloso, lapideo, non corticato.

31. **MADREPORA**. Molluscum *Medusæ*? involucro lapideo, simplici aut ramoso, substantia interna ex lamellis concentricis, stellam referentibus **TOURNEF. I. R. H. Tab. 340.**

32. **ECHINVS**. Molluscum globosum aut ovatum; ore centrali, quinquevalvi; involucro spinoso: spinis mobilibus.

33. ASTERIAS. Molluscum stellatum, lunatum, radiatum; ore centrali, quinquevalvi, involucro subconiaceo, scabro aut aculeato.

GENS II.

Nuda.

Nulla involucro obteeta.

DISTRIBVTIO I.

BRACHIATA.

Corpore ramoso.

34. MEDVSA. Molluscum orbiculatum, gelatinosum, leve; ore subtus centrali.
 MEDVSA *palliata*. BOHATSCH. Brachiis binis, filiformibus.
 — *Froncosa*. PALLAS. Fimbriis denis, ramosis, cotyliferis.
 — *Galera*. LOEFLING. proprium Genus SEPIAE proximum forte melius constitueret.
35. TRITON. Molluscum oblongum; ore antico; brachiis duodecim; posticis chelatis; lingua involuta. Statio in rupibus marinis.
36. SEPIA. Molluscum pone saccatum: sacco biaurito, atramentifero, ore terminali, rotundo, brachiis denis: binis longioribus, clavatis cotyliferis.
Hinc Argonuata denudatus.
37. TETHYS Molluscum oblongum; ore tubuloso infra apicem, foraminibus binis, lateralibus approximatis, genitalia fove-



tibus ; brachiis binis, frontalibus, auriformibus. BOHATSCH.

38. LAPLYSIA. Molluscum subovatum ; brachiis cephalicis, quaternis ; foramine capitis laterali, genitalia fovente.
39. CLIO. Molluscum oblongum, capite apendicibus binis aut quaternis alato, bilobo ; brachiis tribus conicis, æqualibus, ori adstantibus, cirrhisque binis intra os, ita in CLIONE boreali PALLAS.
40. LERNEA. Molluscum oblongum, teretiusculum ; brachiis binis & ternis sese adfigens ; ovariis binis, totidem caudas referentibus.

D I S T R I B U T I O II.

C I R R H A T A.

Ore singularibus organis, s. papillis exertis aut exerendis instructo.

41. APHRODITA. Mollusculum in APROD. *aculeata* ellipticum, superne hirsutum, subtus articulatam ; articulis acuminatis, emittentibus utrinque fasciculum pilorum ; capite aculeato, terminali ; ore cirrhis binis, exiguis. SWAMMERDAM. *Tab. X. f. 8.*
42. ACTINIA. Molluscum oblongum, basi sese adfigens ; ore terminali, dentato ; rostrato, cylindrico, cirrhofo.
43. HOLOTHYRIA. Molluscum cylindraceum, oblongum, ovatum, tectum cute membranacea ; oris apertura ad unam corporis extremitatem, ani ad aliam ; cirrhis ad os sæpius radiantibus.

HOLOTH. *Zonalis* ore laterali, mutico.

— *Lævis dichotoma* &c. VANDELLI. *Ascidie*
species. — *Hy-*

- *Hydræ*. BOHATSCH., capite cirrhis 20), abdomine papilloso.
44. MYXINE. Molluscum teres, subtus pinna carinatum; ore terminali, cirrhofo; marillis binis, faucibus dentatis.
45. TEREbella. Molluscum filiforme, marinas rupes inhabitans; ore antico, tubam exerente; cirrhis quaternis, ramosis: ramis tubulosis. FENICIVS.
46. LVMBRICVS. Molluscum teres, annulatum, mutabile; papillis lateralibus exerendis.
 LVMB. *tubifer*, latens intra tubulum perpendicularem, aliena substantia exstructum, ideoque ab iis removendum, quæ involucrum propriis succis ædificant.
 Huius Generis est & Vermis a me descriptus in ANNO II. HIST. NAT. p. 8.
47. NEREIS. Molluscum oblongum, articulatum; articulis in NEREI *noctiluca*, utrinque proferentibus tubulum, e quo fasciculus setarum extensilium; capite rostrato; oculis binis; cirrhis totidem.
 Tentacula utrinque quatuor in alia specie vidit LOEFLINGIVS.
- * 48. HERVCA. SCOP. Molluscum articulatum, teniæforme; ore papillis radiato.
 TENIA *Heruca* PALLAS.

D I S T R I B U T I O III.

M Y T I L A.

Brachiis, cirrhis & tentaculis destituta.

49. TENIA. Molluscum articullatum; articulis renascentibus, extremitate una attenuatum, alia terminatum capitulo rotundo
 aut



aut angulato, in quo tot oscula, quot plana ROSENSTEIN.

Capitulum extractum retrahit, custodit Ad. MURRAY.

50. ASCARIS. Molluscum teres, extremitate una attenuatum, transversim rugosum.

51. GORDIVS. Molluscum teres, filiforme, æquale, leve.

52. HIRUDO. Molluscum, os caudamque dilatando progrediens MÜLLER.

Limaces fluviatiles devastat. IDEM.

53. FASCIOLA. Molluscum planiusculum, gelatinosum; poro ventrali duplici MÜLLER. uno terminali, alimentario, alio inferiore ac genitali, pene spirali, vulva ovali. SCHAEFFER.

* 54. GLOBARIA. Scop. Molluscum gelatinosum, sphaericum, latera alterne extendens & retrahens; poro unico, laterali.

Gregaria, nivea, parvula, bis a me visa in stercore PHASIANI *Galli* fem.

55. ASCIDIA. Molluscum plus minus oblongum; aperturis binis: una humiliore.

Tethyo. BOHATSCH.

56. SIPHUNCULVS. Molluscum teres, rectum, sensim latescens, dein convergens, demum desinens in collum cylindricum, cui adnexus canalis retractilis, membranaceus, papillofus.

D I S T R I B U T I O IV.

T E N T A C U L A T A.

Organis peculiaribus, retractilibus, cephalicis instructa.

57. DORIS. Molluscum oblongum aut ovale, subtus planum; oris apertura antica sub-

tus.

tus, postica anali. Tentaculum cephalicum utrinque, teres, retractile, multioculatum, unde *Argo* dicta BOHATSCHIO.

58. LIMAX. Molluscum oblongum; tentaculis cephalicis, quatuor, retractilibus, puncto ophtalmoide terminatis; foramine laterali.

Hinc *Helix* denudata.

VSVS. *SEPIA esculenta*, ut & LIMAX nonnullis. Mutila pleraque Mammalibus infensa, nullo certo specifico expellenda. HIRUDO venas incidit, sanguinem fugit, suctum emittit ex altera abscindenda extremitate, donec inspersa Muria decidat. LIMAX vegetabilibus infensus, pellitur Calce & Natro.





TRIBVS III.

G V A L T I E R I I. (*Testaceæ.*)

Mollusca mucoso - carnosâ, aquatilia & terrestria, sæpius tentaculata; tentaculis nunc fistulosis & retractilibus, nunc farctis & contractilibus, nullisque nervis instructa.

Proles bivalvium plures, pauciores aliarum, vivæ, aut ex ovulo gelatinoso, una cum habitaculo prodeuntes.

Quædam redintegrant, omnia testam inhabitant, ei firmiter adligata; excepto ARGONAUTA. Eius color, magnitudo, superficies, variat sexu & ætate, quod probe notandum, ne spurie species pro genuinis habeantur.

Testæ calcariæ ex viscido, propriis locis expresso & sensim indurato hospitantis Mollusci humore genitæ, periostio interne obductæ, per iuxta positionem ampliandæ & restaurandæ, caute examinandæ, ne descriptio imperfecta seducat.

Calamitates nobilis Scientiæ sunt Testæ prætiosæ, incompletæ, detritæ, politæ, vernicibus oblitæ, fucatis coloribus adumbratæ.

Generum characteres naturales nec sola Testa, nec solus Vermis, sed utraque nota simul sumpta suppeditat. Solus situs & numerus tentaculorum inhiscet, non maiorem pro stabiliendo naturali caractere valorem habet, ac situs & numerus staminum in ordine naturali Vegetabilium; & ne totus orbis excurrendus sit illi, qui structuram Mollusci in quolibet Individuo propriis oculis examinare voluerit, solæque testæ in Musæis occurrant, sic LINNAEVM, sequi visum est, ita tamen, ut ea sola Individua ad unum Genus

referantur, quibus datus caracter convenit, adeoque tot Genera statuuntur, quot diversæ aperturæ in Cochleis, diversæque in Conchis fabrica cardinis. Hinc ratio patet, cur Generum nonnullorum characteres reformaverim, novæque introduxerim NATICAE, BVLIMI, ADANSONII, CASSIDIS, KLEINII, nec non MYTELAE, VOLSELLAE, KODAKIAE, CHIONIS, PTERII, SPHAERIAE, ac DOSINIAE.

Transitus Naturæ manifestus ab *Helminthis* ad *Testacea*, per intermedia Genera DORIS & LIMACIS, ob tentacula hisce pariter retractilia.

Testa triplex, VNIVALVIS, BIVALVIS, MVLTIVALVIS.

VNIVALVIS iuxta *figuram* orbiculata, oblonga, turrita, cylindrica, conica, elliptica, angulata, linearis, cordata, lunata, linguæformis, lentiformis, spiralis, fusiformis, parallelipeda &c.

superficiem, lævis, rugosa, striata, pectinata, reticulata, sulcata, plicata, cancellata, squamosa, tuberculosa, scalaris, aculeata, virgulata, crinita, imbricata, fasciata, picta &c.

substantiam, fragilis, pellucida, opaca, membranacea,

structuram, frondosa, inperforata, umbilicata, lobata, emarginata, rostrata, tubulosa &c.

proprietas, vellificans, plaudens, saliens &c.



Huius partes præcipuæ sunt *Spira*, *Columella*, *Apertura*.

Spira nulla, obscura, manifesta, quadruplex.

1) Circa punctum in *Cochlea discoidea*.
HELIX. Cornu. Ammon &c.

2) — cylindrum in *Cochlea turbinata*. SERPULA.

3) — conum in *Cochlea turrita*.
NERITA, TROCHVS. faraon.

4) — axim ovalem in *Cochlea ovali*.
COCHLEAE multæ.

Constat *Anfractibus*, *Sutura*, *Mucrone*.

Anfractus, Revolutio spiræ, ad aperturam maior, sensim decre-
scens in ultimam minimam.

Secundi a læva in dextram,
Contrarii rariores.

Contigui, distincti, aggregati, ob-
soleti, ampulacei, nodosi, su-
turati, aculeati, plicati &c.

Sutura Anfractus distinguens.

Mucro, Apex spiræ, prominens, clau-
sus, umbilicatus, rostratus &c.

Columella, Basis circa quam volvuntur
Anfractus.

Apertura pro exitu Animalis :

ex situ sinistra ; spiris sinistrorsum
versis HELIX C. Ammon :

dextra ; contraria spirarum di-
rectione.

parallela. BVLLA, CYPREA &c.

obliqua. MVREX, NERITA, BVC-
CINVM &c.

= figura, rotunda. SERPULA, TVR-
BO &c.

femirotonda. NERITA.

ovalis. HALIOTIS, NATICA, BVL-
LIMVS, BVCCINVM, MVREX.

lunata. HELIX.

angulata. TROCHVS.

elongata. VOLVTA, CONVS, BVL-
LA, CYPRAEA, STROMBVS.

— *structura*. rostrata, mutica, in-
tegra, effusa, marginata,
dentata, edentata, aculeata,
frondosa, striata, foliacea,
sinuata &c.

— *Operculo*, patula, operculata.

BIVALVIS, *aequivalvis*; valvis æqualibus.

Pleræque.

inaequivalvis — inæqualibus stru-
ctura aut magnitudine.

SPONDYLVS. OSTREAE *quædam*.

Clausæ ubique. *Plurimæ*

hians alicubi. CHAMA Cor. ARCA Noe
cardine dentato aut edentato, cuius
partes

Vmbones, protuberantiæ posticæ
valvarum, inflexæ, recur-
væ, incurvæ, remotæ, ap-
proximatæ.

Sinus. valvas coniungens, in-
pressione & colore varius,
clausus, hians, retusus, den-
tatus, crenatus, cordatus,
ovatus. &c.

Rima, cicatrix prope Vmbones,
e regione sinus.

Aures, prominentiæ umbonibus
adpositæ, æquales, inæqua-
les, manifestæ, obsoletæ,



binæ in *Testa biaurita*, unica *uniauxritis*.

Dentes, primores, laterales, inserti, vacui, conici, lamellofi, æquales, inæquales.

Lævigata, absque fulcis & lineis.

antiquata, longitudinaliter sulcata, sed transversis oppositionibus quasi intercepta. *CARDIVM edule*.

pectinata, striata & sulcata; fulcis & striis ad angulum acutum divergentibus.

undata. *CHAMA Gigas*.

lineata ab Umbonibus ad marginem transversim parallelo arcui margini.

plicata. *CHAMA Hippopus*.

radiata, plicis longitudinalibus. *OSTREAE Pectines*.

Squamata ex lamellis imbricatis. *OSTREA edulis*, *PINNA rudis* &c.

fixa, ope calcis aut Byssi. *SPONDYLVS*, *OSTREA*, *MYTILVS* &c.

libera, non adfixa. *Plurimæ*.

MVLTIVALVIS. *LEPAS*, *CHITON*, *TEREDO*.

Molluscum inhabitans sæpius tentaculatum;

Tentaculis binis, quaternis, nullis, radicalibus, ad basim capitis, terminalibus in apice eiusdem, cœcis, absque puncto ophthalmoides,

ocellatis; ocello laterali externo aut interno,

radicali,
 subradicali,
 medio,
 terminali,

Testaceorum Anatomici LISTERVS, MERYVS,
 HARDERS, HEYDIVS, SWAMMER-
 DAMIVS, ADANSONIVS, GEOFFRAEVS, MÜLLERIVS.

Adumbratores præcipui GVALTIERIVS,
 BONANNVS, LISTERVS, KLEINIVS,
 RVMPFIVS, ARGENVILLE, LIN-
 NÆVS, GINANNIVS, REGENFV-
 SIVS, MARTINIVS, KNORIVS.

G E N S I.

V N I V A L V I A. (*Cochleæ.*)

† 59. HELIX. *Testa* univalvis; apertura intus
 lunata, integra.

Molluscum tentaculis quaternis; binis mino-
 ribus; aut binis; puncto ophtalmoide
 ad basim.

Excludendæ itaque hinc *Helices* Authorum
 apertura rotunda, elliptica, angulata, om-
 nique alia minime lunata.

† 60. HALIOTIS. *Testa* univalvis, auriformis;
 apertura ovali, amplissima; spira laterali,
 oculata.

Molluscum tentaculis quatuor, puncto oph-
 talmoide terminatis.

HELIX *Haliotoides*, ac forte & *perspicua* LINN.
 nec non HELIX *lampas* Cl. MÜLLERII.

61. PATELLA. *Testa* univalvis, fornicata, sub-
 conica; vertice inpervio aut perforato.



Molluscum tentaculis quatuor ; binis maioribus , puncto ophtalmoide terminatis ; ore verticali.

62. NERITA. *Testa* univalvis ; apertura femiorbiculari.

Molluscum tentaculis binis ; puncto ophtalmoide radicali, externo.

- * 63. NATICA. ADANSON. *Testa* univalvis ; umbilicata ; apertura subelliptica.

Molluscum tentaculis binis , basi ocellatis , absque columna adiacente , quam habent NERITAE.

HELIX *lusitanica*, NERITA *mammillaris*, VITELLUS *Albumen* &c. huius Generis.

- * 64. BVLIMVS. ADANS. *Testa* univalvis , non umbilicata ; apertura ovali.

Molluscum tentaculis binis , basi appendiculatis ; puncto ophtalmoide distincto aut radicali SWAMMERDAM. *Tab. IX. Fig. 4.*

HELIX *putris*, *fragilis*, *stagnalis*, *tentaculata*. LINN. nec non aliae non paucae terrestres Cl. MÜLLERII.

Pedipes. ADANSON. diversus *Testæ* apertura dentata.

65. TROCHVS. *Testa* univalvis ; apertura plus, minus angulata.

Molluscum helicinum in multis , at tentaculis binis ; in *Vertigine* & *Planorbibus* nonnullis MÜLLERII.

66. SERPVLA. *Testa* univalvis , tubulosa , flexuosa , adnata ; apertura orbiculari ; spira nulla.

Molluscum tentaculis binis , ligulatis , superne filamentum educantibus , basi ocellatis ; ore proboscide denticulata.

67. DENTALIVM. *Testa* univalvis , tubulosa , libera , utrinque pervia ; spira nulla.

Mol-

Molluscum molle, facile diffuens.

68. TVRBO. *Testa* univalvis spiralis; apertura orbiculari, aut subrotunda, integra.

Molluscum tentaculis binis, latere externo basi ocellatis in *Cerithio Ligar & Mesal.* ADANSON. SWAMMERDAM. *Tab. IX. Fig. 19.* quatuor in *HELICIBVS* 226, 229, 241, 242, 285, 307. MÜLLER.

- † 69. BVCCINVM. *Testa* univalvis; apertura elliptica, effusa in canaliculum brevem aut fere nullum, emarginatum.

Molluscum tentaculis binis, subulatis, puncto ophthalmoide medio aut inferiore notatis.

- 1) *Columella* perforata. BVCC. *Galea, spiratum, Perdix, glabrum &c.* LINN.

- 2) — — inperforata. BVCC. *Harpa, patulum, Smaragdulus, neritoideum, reticulatum, levigatum, crenulatum, maculatum, duplicatum, MVRICES* ecaudati, *BVLLA virginea.* LINN.

- † 70. MVREX. *Testa* univalvis; apertura elliptica, effusa in canalem notabilem, rectum aut modice curvum.

Molluscum BVCCINI, sed ore terminali.

Purpuræ rostratæ & Terebræ ADANSON.

- * 71. CASSIS. KLEIN. *Testa* univalvis; apertura exeunte in canalem reflexum; labio exteriore marginato.

Molluscum —

- 1) *Apertura* elliptica. BVCC. *flammeum, Dolium Aureola, Testiculus, nitidulum, Arcularia &c.* LINN.

- 2) — — angustiore. BVCC. *rufum, cornutum &c.* LINN.



†72. VOLUTA. *Testa* univalvis ; apertura oblonga , basi attenuata , effusa in canalem ; columella plicata.

Molluscum capite bicorni ; tentaculis binis , attenuatis.

1) *canaliculatæ*. VOL. *Turbinellus* , sola columella plicata diversus a MVRICE.

2) *emarginatæ*. VOL. *mercatoria* , *Vespertilio* , *Porphirio* , *Musica* , *Olla* , *Oliva* , *Mitra* , *sanguisuga* , *plicaria* &c. LINN.

3) *submarginatæ*. VOL. *pellucida* , *mendicaria* , *Faba* , *cornicula* , *rustica* &c. LINN.

STROMBUS *Lucifer*. LINN. ob columellam basi plicatam , huius Generis *Cochlea*.

†73. CONVUS. *Testa* univalvis ; apertura angusta , effusa ; columella lævi.

Molluscum capite bicorni ; tentaculis binis ; puncto ophtalmoide sub apice notatis.

1) *Apertura* æquali. CONVUS *marmoreus* , *litteratus* , *Generalis* , *Capitaneus* &c. LINN.

2) — — *superne dilatata*. CONVUS *Amiralis* , *aurisiacus* , *Magus* , &c. LINN.

STROMBUS *Oniscus* LINN. labio exteriori dentato.

†74. BVLLA. *Testa* univalvis , apertura longitudinali coarctata ; columella lævi , obliqua.

Molluscum BVLLAE *Ampullæ* destitutum tentaculis oculis & pallio ADANS.

BVLLA *Ovum* , *Volva* , *birostris* , *spelta* , *verrucosa* , *gibbosa* , *Cypræa* , mutantur demum in CYPRAEAS. Ad. MVRRAII.

BVLLA *virginea* est species BVCCINI; *acbatina*,
HELICIS, *Physis*, *Ficus*, *Rapa*, MYRICIVS
adnumerandæ.

- †75. CYPRAEA. *Testa* univalvis, oblonga, aper-
tura longitudinali, effusa, ecaudata, angu-
sta; columella plicata.

Molluscum capite cylindrico; tentaculis binis,
basi ocellatis; ore sub apice.

- 1) *evidentes*; apertura perpetuo dentata,
- 2) *obscuræ*; apertura in perfecto statu
dentata.

BVLLAE LINN. 361 - 374.

- †76. STROMBUS. *Testa* univalvis; apertura an-
gusta; labio exteriore patulo, alicubi lo-
bato.

Molluscum tentaculis binis, puncto opthal-
moide infra medium notatis ADANS. ad ca-
ract. PURPUREAE *Kolan*.

- †77. ARGONAUTA. *Testa* univalvis, cerea, fra-
gilis, sublibera, carinata; carina plicata;
plicis inæqualibus, ac dentium serie du-
plici; apertura longitudinali, dentata, basi
ampliata.

Molluscum sepia, siphone proprio.

Variat 1) Plicis minime nodosis, omnibus
dente terminatis.

- 2) Plicis nodosis, alternis dente ter-
minatis.

- †78. NAUTILUS. *Testa* univalvis, multilocularis;
loculis siphone communicantibus.

- 1) *Pomphilius*; *Testa* spirali, rotundata,
lævi. GVALTIER. *Tab.* XVII. XVIII.



- 2) *Ammonia*; *Testa spirali*, rotundata;
transversim striata. LEDERMÜLLER,
Tab. VIII. a. b. c. d.

Molluscum capite oblongo, emarginato;
tentaculis binis, attenuatis, radicalibus,
puncto ophtalmoide interno ad basim notatis
SWAMMERDAM. *Tab. X. F. 3.*

- 3) *Orthocera*; *Testa elongata*, articulata,
exspirata. LEDERMÜLLER. *l. c. fig. e. f.*

GENS II.

BIVALVIA. (*Conchæ.*)

DISTRIBVTIO I.

CARDINE EDENTATO.

79. ANOMIA. *Testa* bivalvis, inæquivalvis;
Valva una planiuscula,
alia fornicata.

Cardo cicatrix tenuis, prominens.

Radii duo ossei, pro basi Animalis.

Molluscum ligulatum; brachiis binis, ciliatis.

80. OSTREA. *Testa* bivalvis, inaurita & auriculata.

Cardo lacuna ovalis, absque rima & sinu.

Molluscum; Pallio bilobo: lobis fimbriatis;
ore labiis quatuor; trachea cum ano communicante;
ita in Ostreis fixis ADANSON.

81. MYTILVS. *Testa* bivalvis, æquivalvis.

Cardo sulcus longitudinalis, interior.

Molluscum; pallio membranaceo, ambitu tuberculoso;
tracheis binis: inferiore elliptica, musculis binis conchæ alligatum ADANS.

82. PINNA. *Testa* bivalvis, oblonga, sericum emittens.

Cardo, coalitæ valvæ.

Molluscum —

* 83. MVTELA. SCOP. *Testa* bivalvis, oblonga.

Cardo prominentiis exiguis scaber.

CHAMA. *Mutel.* ADANSON.

D I S T R I B U T I O II.

CARDINE DENDATO.

* 84. VOLSELLA. SCOP. *Testa* bivalvis.

Cardo sulcus longitudinalis, obsoletus, quem terminant denticuli exigui, vix manifesti.

MYTILVS *Modiolus* LINN. dente unico.

Gula Soricis LISTER. dentibus 1 - 2).

MYTILVS. *L. Aber.* ADANS. dentibus pluribus.

* 85. PTERIA. SCOP. *Testa* bivalvis, aurita.

Cardo valvæ unius unidentatus,
alterius fovea dentem excipiens.

MYTILVS *Hirundo.* LINN.

86. SOLEN. *Testa* bivalvis.

Cardo utriusque valvæ unidentatus.

* 87. MYA. *Testa* bivalvis.

Cardo valvæ unius unidentatus,
alterius bidentatus; dentibus
approximatis.

MYTILVS *Crista*, *Galli*, *DONAX Trunculus*,
Irus, PINNA *rudis*. TELLINA *lævigata*. LINN.

* 88. SPHAERIVM. SCOP. *Testa* bivalvis, subrotunda.

Cardo valvæ unius bidentatus; dentibus lateralibus.

alterius fovea utrinque dentes excipiens.



TELLINA *cornea*, ac forte & aliæ suborbiculatæ LINN.

- * 89. CODAKIA. Scop. *Testa* bivalvis, subumbonata.

Cardo valvæ unius tridentatus,
alterius bidentatus.

CHAMA *Codak*. ADANSON.

- * 90. CHION. Scop. *Testa* bivalvis, umbonata.
Cardo valvæ unius quadridentatus; dentibus
primoribus binis, divergentibus; lateri-
bus insertis.

alterius bidentatus; dente uno
maiore, trigono.

DONAX *denticulata* LINN.

91. MACTRA. *Testa* bivalvis, umbonata.
Cardo valvæ unius quadridentatus; dentibus
primoribus binis.
alterius foveæ binæ, subrotundæ, loco primorum denti-
um; nec non dentes latera-
les duo inserti.

92. DONAX. *Testa* bivalvis, umbonata.
Cardo valvæ unius, ut in MACTRA,
alterius tridentatus; dente pri-
more unico.

93. CARDIVM. *Testa* bivalvis, umbonata, cum
rima & sinu.

Cardo valvæ utriusque quadridentatus; den-
tibus insertis, primoribus binis approxi-
matis; lateralibus remotis.

94. CHAMA. *Testa* bivalvis, umbonata, cum ri-
ma & sinu.

Cardo valvæ unius unidentatus.
alterius fovea dentem superio-
rem excipiens.

Adest etiam 1) Dens lateralis, oblongus in una, ac plicæ duæ intermedia valle eundem excipientes in alia valva.

2) Dentes quatuor approximati, inserti in una, in alia autem valva dens unicus.

Nonne hæc adsummi possent pro distinctis Generibus?

95. VENVS. *Testa* bivalvis, umbonata, cum rimâ & sinu.

Cardo valvæ unius tridentatus, alterius etiam tridentatus; dentibus insertis, approximatis.

VENVS *Meretrix* & aliæ cardine valvæ unius quadridentato, alterius sexdentato.

96. SPONDYLVS. *Testa* bivalvis, inæquivalvis, umbonata, aurita.

Cardo valvæ unius quadridentatus; dentibus primoribus binis, minoribus, omnibus insertis.

alterius bidentatus; fovea intermedia ligamentum excipiente,

*97. DOSINIA. Scop. *Testa* bivalvis, umbonata. Cardo valvæ utriusque quadridentatus.

Cricompholos KLEIN. CHAMA *Dosin.* ADANS.

98. ARCA. *Testa* bivalvis, umbonata.

Cardo valvæ utriusque dentibus pluribus insertis, lamellas referentibus,



G E N S III.

Multivalvia.

99. PHOLAS. *Testa* bivalvis, cum minoribus accessoriis, difformibus ad cardinem.

Cardo cartilagine connexus.

Molluscum Ascidia.

100. LEPAS. *Testa* multivalvis, inæquivalvis.

Molluscum Triton. OSBEK.

101. CHITON. *Testa* multivalvis, dorso incumbens.

Molluscum Doris.

102. TEREDO. *Testa* multivalvis.

Molluscum Terebella.

Vsvs. Ex Testis derelictis, dispersis, peregrina calce demum penetratis, nata Petrefacta plurima; ex attritis vero aggestæ rupes calcariæ, hinc multo longioris, ac vulgo creditur, ab origine Telluris præteriti temporis testes verissimi.



TRIBVS IV.

SWAMMERDAMII. (*Lucifuga.*)

Molluscis proxima Insecta corde uniloculari, respiratione obscura, renascentia chelarum CANCRI, antennis tentacula referentibus, at alio muneri additis.

Animalibus hifce corpus pedatum, pedes articulati, cor tubulosum, stigmata lateralia respirantia, metamorphosis, multiplex, structura oris, genitalium, ac partium internarum prorsus singularis.

Si vero attendas, quam distet CANCER a PAPILIONE, MVSCA a LVCANO; ICHNEVMON a CICADA, videbis, licere omnino tam diversa ac numerosa Individua in plures Tribus dividere, servata tamen naturali adfinitatibus innixa serie.

Hæc itaque Tribus ea Insecta complectitur, quarum alia aquatilia, ut *Infusoria*, alia vero intra Animalium latebras nidulantia, ut *Intestina*. His alæ nullæ, pedes gressorii, habitatio in squalidis, minus illustratis, obscurisque locis.

Insecta hæc, si solam oris fabricam respicere volueris, immisceri debebunt alatis, sicque aliæ erunt Classēs, at non magis naturales, ac Linnaeanæ, ab alis desumptæ. Classēs & Genera naturalia non sola instrumenta cibaria, non solæ alæ, nec solæ antennæ constituunt, sed structura totius, ac cuiusque vel minimi discriminis diligentissima observatio. Præterea notæ Classium & Generum faciles esse debent, ne assiduus microscopiorum usus deterreat plurimos a contemplatione Naturæ, sicque numerus Curiosorum in dies minor evadat.



Caracterem naturalem cuiusque Insecti pandit perfecta observatio & descriptio CAPITIS, THORACIS, ABDOMINIS, ARTVVM, METAMORPHOSEOS, ac PROPRIETATVM.

CAPVT Trunco contiguum, distinctum,
deflexum, porrectum,
retractile, non retractile.

Thoracis clypeo tectum, nudum.

Huius partes præcipuæ sunt

Antennæ breves, æquales, longæ,
clavatæ, moniliformes, perfor-
liatæ,

setaceæ, filiformes, prismaticæ,
ensiformes,

extrorsum crassiores.

regulares, irregulares, s. in alio
sexu alterius structuræ.

simplices, compositæ.

sub oculis, aut supra insertæ.

Palpi nulli, aut præsentés, 2-6).

æquales, inæquales,

filiformes, moniliformes, cla-
vati, chelati; truncati, secu-
riformes, cuneiformes,
rhomboidales, pilosi, glabri.

Maxillæ nullæ, præsentés,
dentatæ, edentatæ,
vario loco insertæ,
porrectæ, occultæ.

Proboscis cornea, mollis
terminalis, inferior,
porrecta, retractilis,
brevis, elongata,
geniculata, integra
fovens setam nullam,

unam, duas, plures.

Lin-

Lingua brevis, longa,
cornea, membranacea,
acuta, truncata.

Oculi bini, plures,
sessiles, petiolati.

Stemmata s. puncta verticalia prominula, terna.

THORAX inerimis, spinosus,
convexus, planiusculus, marginatus, subrotundus, angulatus, carinatus, cristatus, scaber, levis.

ABDOMEN inerme, aculeatum, appendiculatum,
flexile, mobile,
subrotundum, ovatum, oblongum, cylindraceum.

ARTVS s. *Pedes*, 4-6), plures
æquales, inæquales,
natatorii, cursorii, saltatorii,
gressorii.

Cauda nulla, præsens,
simplex, multiplex,
setosa, articulata,
apoda, pedata.

METAMORPHOSIS ex ovo Pupa completa,
incompleta.

PROPRIETATES, venenata, innocua, esculenta.

terrestria aquatilia,
sterculata, muta, phosphorea,
genita ex ovo exposito aut sepulto,
solitaria, gregaria,
infecta animalibus, aut vegetabilibus,



diversa inter sese copula, genitalium structura, Puppæ custodia, victu, longævitate, usu medico aut œconomico.

Entomologi nunc præcipui REAUMVRIVS, LINNAEVS, GEOFFRAEVS, FABRITIUS, GRONOVIUS, FRISCHIVS, BRUNNICHIVS, MERIANA, ROESELIVS, SCHAEFFERVS, LISTERVS, CLERKIUS, SEPIIVS, DRVRYVS, SVLTZIVS, SCHIFFERMÜLLERIVS.

G E N S I.

Crustacea Brunnich.

103. **SCOLOPENDRA.** Corpus articulatum, longum, magis complanatum. Antennæ setaceæ.
104. **IVLVS.** Corpus articulatum, longum, cylindraceum. Antennæ clavato - moniliformes.
105. **ONISCVS.** Corpus articulatum, oblongum. Antennæ setaceæ. Pedes utrinque ad 14). Cauda apoda.
- † 106. **MONOCVLVS.** Palpi postici sæpius auriformes FABRIC. Antennæ plerisque ramosæ. Corpus superne loricatum. Pedes dissimiles.
107. **APOS.** Scop. Antennæ simplices. Cauda articulata. Lorica nulla.
MONOCVLVS *Apus* LINN.
 SCHAEFFER von dem fischförmigen Riesensuß;
 LEDERMÜLLER *Microscop. Tab.* 73. 75. 2.
108. **LEPISMA.** Corpus squamosum. Antennæ setaceæ. Cauda setosa iners.
109. **PODVRA.** Diversa a **LEPISMA** cauda salatrice & palpis subelavatis.

- * 110. *SQVILLA*. GRONOV. Caput incurvum, compressum. Antennæ quaternæ. Pedes utrinque septem; paribus anticis cheliferis. Cauda articulata.

CANCER LINN.

- * 111. *ASTACVS*. GRONOV. Corpus subcylindricum. Antennæ 2 - 6). Oculi petiolati, frontales. Cauda foliacea. Pedes utrinque 9 - 10); anticis nonnullis chelatis.

CANCER LINN.

- † 112. *CANCER*. GRONOV. Thorax maximus, caput & truncum involvens. Antennæ binæ, frontales. Oculi petiolati, ad thoracis marginem anteriorem. Pedes utrinque 4 - 5); pari primo chelato.

- * 113. *EMERITA*. GRONOV. Corpus ellipticum aut oblongum. Antennæ binæ. Oculi pedunculati. Cauda non articulata. Pedes utrinque quini, inæquales; anticis chelatis. SWAMMERDAM. *Tab. XI. fig. 1. 2.*

CANCER LINN.

- * 114. *XIPHOSVRA*. GRONOV. Corpus scuto formicato, transversali, articulatione mobili, elastico tectum. Oculi duo sessiles. Caudam constituit cornu, s. articulus cuspidatus, ensiformis, triqueter. Pedes utrinque sex; paribus quinis chelatis; uno natatorio, longiore.

CANCER LINN.

115. *SCORPIO* Palpi antioi chelati. Cauda articulata, terminata mucrone arcuato. Laminae pectinatae inter pectus & abdomen.
116. *PHALANGIVM*, Palpi incurvi. Maxilla superior chelifera FABRIC.
117. *ARANEA*. Palpi incurvi, Maris clavati.



Oculi 6-8). Penis in abdomine FRISCH.

Penes in palpis, vulvæ ad axillas LINN.

*118. TROMBIDIVM. FABRIC. Palpi incurvi, acutissimi, os tegentes.

*Acar*i Spec. LINN.

G E N S II.

Pedicularia.

119. ACARVS. Os rostro brevissimo; vagina bivalvi, cylindrica. Palpi duo. FABRIC.

120. PEDICVLVS. Os rostro brevi, exerendo. Antennæ articulis sæpius 5). Pedes unguiculati.

121. PVLEX. Os aculeo bivalvi; valvis articulatis. Antennæ articulis quatuor. Pedes saltatorii; binis capiti adnexis.

VSVS. Inter Insecta solus CANCER edulis, solus calcificus; calce officinali, antiacida.

LVCIFUGA *pedicularia* infensa Animalibus, eademque plurium calamitatum causa,



TRIBVS V.

GEOFFROI. (*Gymnoptera.*)

Animalia hæc alata sunt; alis maxima parte nudis, binis, quaternis, membranaceis, nervosis.

Diptera gerunt antennis capite vix longiores, os rostratum, halteres binos. His Larva repans, Pupa immobilis.

Tetraptera gaudent antennis brevibus & longis, ore maxilloso, stematibus verticalibus, abdomine aculeato aut appendiculato.

Tetrapteris aculeatis Larva & Pupa immobilis,
caudatis Larva & Pupa pedata,
mobilis.

G E N S I.

HALTERATA. (*Diptera.*)

122. CVLEX. Rostrum porrectum, constans vagina pilosa, univalvi, ac setis quinque. Halteres spirales. Larva aquatica.

123. TABANVS. Rostrum quinquesetum; vagina univalvi. Papi duo clavato-acuminati FABRIC.

* 124. SYRPHVS. FABRIC. Rostrum quadrisetum, absque vagina. Palpi duo ad basin setarum exteriorum. Antennæ setariæ.

Musca sp. LINN.

† 125. ASILVS. Rostrum quadrisetum; vagina bivalvi, porrecta, rigida.

† 126. CONOPS. Rostrum quadrisetum; vagina univalvi, retractili, apice labiata.

* 127. RHINGIA. SCOP. Rostrum trisetum; seta media bifida; vagina univalvi. Setas quatuor ponit Cl. FABRICIVS.



- *128. ERAX. SCOP. Rostrum trifetum; vagina univalvi. Antennæ filiformes.

Asili sp. LINN.

Bibia FABRIC. eadem rostri fabrica, antennis pariter filatis, qui *Muscæ* sp. LINN.

- *129. RAGIO. FABRIC. Rostrum trifetum, absque vagina. Palpi duo pilosi. Antennæ cylindricæ, setariæ,

Muscæ sp. LINN.

- *130. ANTHRAX. SCOP. Rostrum bifetum; vagina univalvi, retractili, medio palpigera.

Muscæ sp. LINN.

- †131. BOMBYLIVS. Rostrum bifetum, porrectum; vagina bivalvi; valvis palpigeris.

- †132. HIPPOBOSCA. Rostrum unifetum, porrectum; vagina bivalvi.

- *133. SICVS. SCOP. Rostrum unifetum; vagina porrecta, rigida, longa, e medio refracta, basi palpigera.

Asili sp. LINN.

Myopa FABRIC.

- †134. EMPIS. Rostrum unifetum, vagina porrecta, retractili, basi membranacea, superne rigida, attenuata.

- *135. STYREX. SCOP. Rostrum unifetum; vagina retractili, apice dilatata, basi palpigera.

- *136. HIRTEA. SCOP. Rostrum unifetum: seta canaliculata; vagina retractili, apice labiata, basi palpigera.

- *137. STRATIOMIIS. FABRIC. Rostrum unifetum, sine vagina. Palpi duo breves, subcapitati. Antennæ filatæ.

Muscæ sp. LINN.

- †138. MVSCA. Vagina retractilis, apice labiata, basi palpigera: palpis clavatis, nullam setam includens,

139. TIPVLA. Os proboscideum, absque rostro, antice dilatatum, basi palpigerum: palpis 4-articulatis; articulo medio minore. Antennarum articulus primus cæteris crassior.
140. OESTRVS. Rostrum retractum intra labia connata, poro pertusa FABRIC.
Larva intra corpora Mammalium.

G E N S II.

A C V L E A T A. (*Hymenoptera*.)

- * 141. NOMADA. Scop. Lingua elongata, constans haustello & valvis binis, apice palpigeris.
Apis sp. LINN.
Andrena FABRIC.
- † 142. APIS. Lingua elongata, constans haustello, valvis binis, apice triarticulatis & laminis binis, palpigeris.
Larva intra cellam ceream. Animal gregarium.
- * 143. EVCERA. Scop. Lingua elongata, constans haustello, setis duabus, valvis totidem, nec non laminis binis, basi coarctatis, ibique palpum setaceum e latere eductibus.
Larva intra cellam argillosam.
Apis sp. LINN.
- † 144. SPHEX. Lingua suboculata, subulata, trifida. Antennæ articulis ad 50). Aculeus reconditus.
Larva intra Insecta mortua.
Sphex. FABRIC. Labio emarginato, utrinque seta porrecta.



Scolia. EIVSD. Labio integro, medio palpi-
gero, antennis subpetiolatis.

Animal agile, inquietum, antennis explorans.

145. ICHNEVMON. Diversus a priore aculeo
exerto, bivalvi. Larva intra Gallam, seric-
um, Pupeas Lepidopterorum, lignum &c.

Sirex LINN. *Thynnus integer*, *Leucopsis*, *Ti-
phia* FABRIC.

146. CHRYSIS. Abdomen apice dentatum. Acu-
leus subprominens.

Thynnus 1-2). FABRIC.

147. VESPA. Corpus glabrum. Oculi semilu-
nares.

Larva intra cellam papyraceam, aut argillofam.

148. TERMES. Labium quadrifidum. Antennæ
moniliformes.

Mas alatus.

Femina & *Neutra*, apteræ. FABRIC.

149. FORMICA. Squamula intra thoracem &
abdomen.

Mas & *Femina*, alatæ

Neutra aptera.

Larva intra sacculum membranaceum.

Mira Formicarum migratio visa Cl. GLE-
DITSCHIO.

150. MVTILA. Corpus pubescens. Alæ pleris-
que nullæ. Palpi inæquales; articulis ob-
conicis FABRIC.

151. CYNIPS. Antennæ & alæ deflexæ. Palpi
æquales, subcapitati FABRIC. Larva &
Pupa intra Gallam.

152. TENTREDO. Aculeus subprominens, in-
tra laminas binas. Larva exposita, phytho-
phaga, reptilis.

In hoc Genere antennæ multifformes, seu cla-
vatæ, pectinatæ, filiformes, setaceæ.

GENS

G E N S III.

CAV DATA. (*Neuroptera.*)

153. PANORPA. Os proboscideum. Stemmata verticalia. Cauda maris chelata.

Larva terrestris?

154. LIBELLULA. Antennae breves. Alae sedentis expansae. Caudae appendices quatuor foliaceae, aut setaceae.

Metamorphosis, habitus, copula, victus, proprietates, coniungunt *Libellulam*, *Aeschnam*, *Agrionem* FABRICII in unum Genus naturale.

Larva aquatica, gressoria.

155. MYRMELEON. Antennae clavatae. Palpi sex. Larva terrestris. Volatus gravis.

Ascalaphus FABRIC.

156. RAPIDIA. Thorax elongatus. Antennae brevissimae. Cauda Fem. uniseti.

Mantis Perla PALLAS, RAPIDIAE styriacae similis.

157. EPHEMERA. Alae erectae; posticae exiguae. Cauda 1 - 2 - seti.

Larva aquatica. Vita brevis.

158. HEMEROBIVS. Alae deflexae, planae.

Larva aquatica, maxilloso. Pupa rotunda. Volatus lentus.

159. PHRYGANEIA. Alae deflexae; posticae plicatae.

Larva & Pupa intra tubulum, sabulo, aut quisquiliis obtectum, quem trahit extra aquam adfigit, metamorphosin subitura.



Vsvs. Inter hæc Insecta nullum *Ape* utilius, si noverit Dominus idoneo ac tempestivo alimento Reipublicæ egestati succurrere, morbis mederi, ab iniuriis defendere, hostes arcere, ac laboriosæ gentis propagationem & commoda promovere. Stupenda quoque Formicarum industria, prolis dilectio, concordia inter fratres, migratio populi superflui, acervi structura, provida solertia, sacchari cupiditas, invidiæ, phylautiæ, otii, libidinis nescia sedulitas.

Vade piger ad Formicam !



TRIBVS VI.

ROESELII. (*Lepidoptera.*)

Alæ quatuor, membranaceæ, utrinque obtectæ squamulis coloratis, lineatis, pedicellatis. Palpi plerisque bini, una cum lingua spirales.

Insecta inermia, pulcherrima, exponunt, adglutinant ovum unum, aut plura, unde *Larva* pedata, nuda, pilosa, spinosa; mutanda in *Pupam* apodam, nudam, folliculatam, expositam, sepultam, ex qua *Animal* mutum, diurnum, nocturnum, suo loco & tempore prodiens.

Genera Lepidopterorum in Musæo Naturæ non tria tantum, sed attenta Larvæ, Pupæ & Insecti fabrica, plura se produnt. Hisce illustrandis inserviunt imprimis utilissimæ, a Viris *Clariss.* SCHIFFERMÜLLERIO & DENISIO in Austria institutæ nuper observationes, qui, dum plurima, novaque Lepidoptera ex larvis nata viderunt, Naturæ arcana non pauca, ante hac cimeliis involuta tenebris, mira industria revelarunt. Horum itaque vestigiis insistens Animalcula hæc, attenta eorum structura ac metamorphosi, in plura Genera divido, eaque legibus Naturæ magis conformia, quæ *metamorphosi demonstranda, vitam scientiæ largiuntur.* LINN.


G E N S I.

Sphinges.

Antennæ prismaticæ, subtrigonæ, sæpius medio crassiores.

* 160, SPECTRVM. Scop. Alæ angulatæ, fasciatæ, subcaudatæ.

Lar-



Larva glabra.

SPECTRVM alis angulatis. *Larva acrocephala*, rugosa. Pupa nuda, sepulta. SPH. *Tiliae* &c.

— alis fasciatis. *Larva amblocephala*. Pupa prioris. SPH. *Ligustri* &c.

— alis semifasciatis. *Larva maculata*. Pupa exposita, oblecta foliis colligatis. SPH. *Euphorbiae*.

— alis subcaudatis. *Larva capite retractili*. Pupa prioris SPH. *Celerio* &c.

* 161. MACROGLOSSVM. Scop. Corpus compressum, lateribus & apice barbatum. *Larva* elongata, absque maculis ocellaribus. Pupa exposita, tecta foliis colligatis. SPH. *Stellatarum* &c.

* 162. TROCHILIVM. Scop. Alæ pellucidæ. Abdomen appice sæpius barbatum. *Larva* pilis albis, exiguis pubescens. Pupa folliculata.

* 163. ANTHROCERA. Scop. Antennæ nigrae, subclavatae. Alæ longæ, maculatæ. Volatus diurnus.

Larva Phalæniformis, segnis, pilosa; capite parvo.

Pupa exposita intra folliculum lucidum, SPH. *Filipendulae* &c.

GENS II.

Phalænæ.

Antennæ versus apicem attenuatæ. Volatus sæpius nocturnus.

* 164. BOMBIX. SCHIFFERMÜLL. Antennæ, saltem Maris, pectinatæ. Dorsum lanatum. Pedes antici hirsutissimi. *Larva* plerumque pilosa; pedibus 16-14). Pupa folliculata. *) *Larva*

*) *Larva Pedibus 16).*

1) *BOMBIX lunigera.* Macula lunaris in alis anticis.

Larva viridis, sphingiformis.

Pupa sepulta.

2) — *Pavonia.* Alæ planæ, ocellatæ Ph. Tau.

Larva verrucis 6), pilosis in annulo quolibet. *Pupa* exposita.

3) — *subnuda.* Alæ masculæ pellucidæ, femineæ inertes.

Larva tuberculis 6), pilosis in annulo quolibet.

Pupa pilosa, leviter folliculata.

4) — *albida.* Alæ albæ, reversæ.

Larva tuberculis 8), pilosis in annulo quolibet, una cum vesiculis binis retractilibus ad ultimum annulum in plerisque. *Pupa* folliculo exposito, pellucido. Ph. Sallidis &c.

5) — *nobilis.* Alæ posticæ eleganti colore tinctæ. *Larva* tuberculis 10), pilosissimis in annulo singulo. *Pupa* molliter folliculata. Ph. Caia &c.

6) — *Luteopes.* Alæ reversæ, sæpius nigro-punctatæ. Crura pedum anticorum flava & hirsuta.

Larva agilis; tuberculis obscurioribus, 10) in annulo quolibet. *Pupa* subsepulta, leviter folliculata. Ph. lubricipeda &c.



- 7) — *tendipes*. Pedes antici sedentis elongati. Larva pilis fasciculatis. Pupa exposita, folliculata.

PH. *pudibunda* &c.

- 8) — *signata*. Macula ad marginem inferiorem. Striga fusca a capite ad medium dorsum usque. Larva pilis fasciculatis ad annulum quartum & ultimum. Pupa exposita, folliculata. PH. *Curtula*.

- 9) — *dentata*. Alæ dentatæ, inferiores margine sub anticis prostante. Larva gerens verrucam ad annulum ultimum. Pupa exposita, folliculata.

PH. *quercifolia* &c.

PHALAENAE *Pini* LINN. Larvæ binæ, intra unicum, quem pararunt, folliculum, mutatæ sunt in unicam Pupam, unde Animal dimidia corporis parte masculum; antenna plumosa, alisque binis maioribus; alia vero femineum; antenna setacea, alisque binis minoribus. Quod vero mirabilius, pars mascula emisso pene fœcundavit ovula femineæ, quæ deposita perfectas larvas protulerunt. R. D. PILLER Prof. *Tirnaviensis*.

- 10) — *centropuncta*. Alæ rotundatæ, deflectæ, puncto albo medio, aut stria una, binisve transversis notatæ.

Larva pilis brevibus, intricatis pubescens.

Pu=

Pupa exposita, folliculata, PH.
potatoria &c.

- 11) — *tomentosa*. Alæ suberectæ. Feminae ut plurimum ad apicem abdominis lunam gerunt, quæ deposita protegunt ova.
Larva molliter pilosa, sæpius gregaria.

Pupa exposita, folliculata. PH.
lanestris &c.

- 12) — *Capiton*. Caput magnum, planiusculum.

Larva nigro-maculata, raris pilis adspersa.

Pupa exposita, aut sepulta intra folliculum terreum.

PH. *bucephala*.

- 13) — *albocincta*. Annuli albis pilis distincti. *Larva* maxilloso. *Pupa* in cavitatibus arborum folliculo ex scobe lignea conglutinata PHAL. *Cossus* &c.

- 14) — *bispida*. Pili rigidiores, aut squamulæ piliformes circa oculos, corpus & alas.


Larva nuda, lineis quinque longitudinalibus.

Pupa intra cryptam, sub terra.

- 15) — *erosa*. Alæ inæqualiter sinuatae.
Larva nuda, corpore striato. *Pupa* terrestris, aut latens intra folia.

PH. *Libatrix*.

- 16) — *dorsodentata*. Dorsum sæpius cristatum. Alæ depressæ, margine inferiore anticarum



denticulato ; interiore vero denticulo , aut pilorum fasciculo , instructo , qui in Insecto sedente ultra dorsum elevatur.

Larva nuda. Pupa intra folia conglutinata , aut folliculum Ph. Zizcae.

**) *Larva pedibus* 14).

17) — *flexuoso - striata.* Pedes antici hirsutissimi. Alæ ad basim nigro - punctatæ.

Larva corporis apice bicorni
Ph. *Fagi.*

18) — *geometriformis.* Alæ margine inferiore sæpius falcatæ.

Larva apice corporis acuminato. Pupa sepulta intra unicum , aut bina folia. GEOMETRA falcataria &c.

**) *Larva subapoda.*

19) — *tortriciformes.* Dorsum lanatum. Alæ deflexæ , tortricinæ.

Larva convexa , glutine , ut Limax , viam signans , quam ingressa est. Vesiculæ duæ longitudinales , gluten foventes , loco pedum. Pupa intra folliculum ovalem rigidum.

*165. NOCTVA. SCHIFFERMÜLL. Antennæ festacæ. Alæ anticæ macula annulari & reniformi. Pedes subtiliter calcarati.

* *Lar-*

* *Larva pedibus* 14).

1) *NOCTUA semipectinata*. Antennæ dimidia parte pectinatae.

Larva apice corporis bicorni; cornubus tentacula helicina referentibus. *Pupa* sepulta, nuda.

** *Larva pedibus* 16).

2) — *nubila*. Alæ griseæ, subreversæ; macula annulari.

Larva pilosa. *Pupa* exposita, folliculata PH. *Kumicis* &c.

3) — *tineiformis*. Corpus tenue; alæ anticæ angustæ, in sedente corpori adpositæ. Oculi nigri, prominuli.

Larva pilosa; capite parvo. *Pupa* ad Terram laxè folliculata. *TINEA pulchella* &c.

4) — *pyralidiformis*. Alæ deflexæ, tenues, pyralinæ.

Larva pilosa antice ac postice attenuata. *Pupa* exposita intra folliculum, ex cortice contracto mira arte compositum.

5) — *Variegata*. Alæ viridulæ, aut argenteo-griseæ, lineis nigris, aut striis & maculis albis variegatæ.

Larva paucis, iisque longiusculis pilis pubescens. *Pupa* ad Terram PH. *aprilina* &c.

6) — *maculata*. Alæ anticæ lineis undulatis irregularibus, una cum macula lucidiore una aut



pluribus; posticæ striga aut puncto ad angulum internum. Dorsum variegatum.

Larva nuda, corticis colore, postica parte corporis acuminibus binis in plerisque.

Larva sepulta in ovali cavitate PH. *Oxyacanthæ* &c.

- 7) — *familiaris*. Alæ nitidæ; lineis undulatis, transversis.

Larva linea dorsali, undulata utrinque, pilisque, pilisque paucis tenuibus. *Pupa* ad terram intra folliculum cui granula terrea immixta PH. *Pyramidea* &c.

- 8) — *griseovaria*. Alæ lineis transversis, undulatis aut denticulatis.

Larva nuda, viridula; linea laterali, pallidiore. *Pupa* sepulta PH. *Cbi* &c.

- 9) — *cucullata*. Collare acuminatum, quo sedentis caput obtegi potest. Alæ anticæ lanceolatae; Lingua longa.

Larva nuda, maculata, sæpius victitans floribus. *Pupa* sepulta. PH. *Verbasci* &c.

- 10) — *lignicolor*. Alæ anticæ angustæ, longæ; crysta dorsali bifida & pilorum fasciculis in plerisque.

Larva lineis longitudinalibus, lucidioribus 3-4), sæpius viridis alboque punctata. *Pupa* sepulta. PH. *exfoleta* &c.

- 11) — *rectolineata*. Antennæ maris subpectinatae. Alæ anticæ maculis binis subocellaribus lineaque transversa versus marginem inferiorem.

Larva nuda; sæpius striis guinis, longitudinalibus, lucidioribus, dorsoque albidis punctis notato. *Pupa* sepulta. PH. *lota* &c.

- 12) — *atrosignata*. Crista dorsalis bifida. Alæ anticæ striatæ, fere ut in priore, punctis marginalibus confluentibus, aut maculis in disco nigris.

Larva fascia laterali longitudinali alba. In plerisque etiam striæ aut maculæ binæ nigræ in annulo singulo. *Larva* sepulta PH. *litura*.

- 13) — *rustica*. Crista dorsalis, parva. Alæ sedentis suberectæ, modice incumbentes, *Larva* crassa iners; striis griseis fuscisque; interdum latitans. *Pupa* sepulta PH. *exclamationis* &c.

- 14) — *venosa*. Crista dorsalis parva, bifida. Alæ anticæ linea flexuosa aut dentatæ ad marginem inferiorem.

Larva striis dorsalibus ac lateralibus obscurioribus & lucidioribus, alternantibus. *Pupa* sepulta. PH. *pinastri*.



- 15) — *trigonophoræ*. Alæ anticæ versus marginem internum fascia acuminata, ibique macula trigona,
Larva nuda, annulo singulo striis obliquis punctatis. *Pupa* sepulta. PH. *meticulosa* &c.
- 16) — *heliophila*. Dorsum leve, aut subcristatum. Pleræque interdiu circumvolant nectari-legæ.
Larva nuda, lineata. *Pupa* sepulta. PH. *turca* &c.
- 17) — *badia*. Alæ planæ, anticæ serie una punctorum ad marginem inferiorem.
Larva nuda. *Pupa* sepulta. PH. *Vaccinii* &c.
- 18) — *aureola*. Crista dorsalis acuminata. Alæ posticæ sæpius albæ. *Larva* nuda; capite sæpius albido aut flavescente. *Pupa* sepulta.
- 19) — *undata*. Alæ anticæ lineis transversis, posticæ obscuriores, margine inferiore, lucidiore. *Larva* capite nigro, aut maculis nigris circa os. *Pupa* sepulta, aut terræ incumbens PHAL. *Oo* &c.
- 20) — *pufilla*. Parva, alis anticis fascia transversa. *Larva* nuda, alba, interdiu sub terra latens. *Pupa* sepulta. NOCTVA *spoliatricula* SCHIFFERMÜLL.

- 21) — *æquivoca*. Alæ anticæ latiores, fere ut in Geometris; posticæ albæ & nigræ. Interdiu quoque circumvolat.

Larva punctis, aut maculis circa spiracula lateralialia; capite variegato. *Pupa* sepulta. PH. *Dipsacea* &c.

- 22) — *festiva*. Alæ denticulatæ, planiusculæ; anticæ lineis dentatis, posticæ margine nigro. *Larva* capite cubico; pedibus anticis minoribus. *Pupa* exposita, testâ foliis conglutinatis. PH. *Pacta* &c.

- 23) — *submetallica*. Crista dorsalis elata & ampla. Alæ anticæ splendor quasi metallicus auri & argenti. Interdiu circumvolat.

Larva incessu geometrico, nuda; macula ad annulum quartum, vel & quintum. *Pupa* folliculo albido testâ PH. *Trilopsia* &c.

***) *Larva pedibus* 12).

- 24) — *Metallica*. Crista dorsalis, ut in priore 23). Alæ anticæ maculis aut striis aureis vel argenteis. *Larva* pedibus abdominalibus binis, hinc Geometræ in modum incedens. *Pupa* intra folia. PH. *cbryfitis* &c.

- 25) — *geometriformis*. Alæ latæ, fere geometricæ. Interdiu



circumvolat. *Larva* pedibus abdominalibus quatuor; binis minoribus; hinc incessus fere ut *Geometrae*. *Larva* sepulta, PH. *lusoria* &c.

* 166. GEOMETRA. SCHIFFERMÜLL. Alæ sedentis ita expansæ, ut tota fere alarum posticarum pagina conspici queat. *Larva* pedibus tantum 10), rarius 12), hinc mire incurvato corpore incedens,

*) *Pedibus* 12).

1) GEOMETRA *bistriata*. Alæ anticæ angulus externus modice acuminatus, posticarum margo subsinuatus. *Larva* corpore planiusculo, griseo aut brunneo; Pedibus anticis abdominalibus minoribus. *Pupa* semisepulta. GEOM. *Margaritata* &c.

**) *Pedibus* 10).

2) — *albolineata*. Linea alba una aliave transversim in ala utraque sæpius virente.

Larva sæpius viridis; corpusculis binis acuminatis in annulo capiti contiguo. *Pupa* intra folliculum pellucens. GEOMETRA *vernaria* &c.

3) — *bombyciformis*. Dorsum latum, lanatum. Alæ sæpius rotundatæ, albo-griseæ. *Larva* corticis colore; capite obtuso, superne bifido. *Pupa* se-

sepulta, hybernans. GEOM.
betularia &c.

- 4) — *crenatostriata*. Alæ sæpius griseæ;
striis transversim partim ob-
scurioribus, partim albis;
nec raro macula disci sub-
ocellari.

Larva cryptocephala. *Pupa*
sepulta. GEOM. *repandaria*
&c.

- 5) — *rectofasciata*. Alæ anticæ strigis
binis, rectis, transversis,
versus marginem internum
modice convergentibus, dis-
cum in duas partes subæ-
quales dividitibus.

Larva teretiuscula; corpuscu-
lis acuminatis, binis ad an-
nulum ultimum, aut cau-
dam. *Pupa* exposita. GEOM.
vespertaria &c.

- 6) — *angulata*. Alæ inæqualiter denta-
tæ, aut excissæ, sedentis
modice incumbentes. *Lar-*
va teres, verrucosa, aut
prominentiis acutis exaspe-
rata. *Pupa* exposita, inter
folia colligata. GEOM. *sam-*
bucaria &c.

- 7) — *pulverulenta*. Alæ punctis, aut
striis punctiformibus, pol-
linem referentibus adspersæ.
Larva strigis interrup-
tis, decoloribus. *Pupa* se-
pulta. GEOM. *defoliaria* &c.



- 8) — *alternans*. Alæ prioris, sed punctatis in strias, & e contra deliquescentibus. *Larva* striis lateralibus sature coloratis, obliquis. *Pupa* exposita. GEOM. *pendularia* &c.
- 9) — *umbrosa*. Atrogrisea; striis undatis, obsoletis, una cum serie una punctorum. Alæ posticæ subdenticulatæ. *Larva* teres, rigida; corpusculis seu aculeis binis ad annulum undecimum. *Pupa* sepulta. GEOM. *furcata* SCHIFFERMÜLL.
- 10) — *undata*. Alæ lineis transversis numerosis. *Larva* corpore brevior, sæpius virescente. *Pupa* sepulta. GEOM. *undulata*. &c,
- 11) — *medioscisciata*. Alæ prioris, sed lineis in disco fere in fasciam confluentibus. *Larva* brevis & crassior; rugis transversis. *Pupa* sepulta. GEOM. *cervinata* &c,
- 12) — *angulatoscisciata*. Alæ anticæ fascia disci fuscescente, versus marginem inferiorem angulata. *Larva* striis angulatis, aut semicircularibus. *Pupa* exposita, inter folia colligata. GEOM. *chenopodiata* &c.
- 13) — *subscisciata*. Alæ anticæ albæ; fascia transversa, incompleta, fuscescente. *Larva* macu-

culis dorsalibus & laterali-
bus rubris, aut nigris. *Pu-
pa.* — GEOM. *fluctuata* &c.

- 14) — *unicolor*. Alæ unicolores, subin-
de punctulis marginalibus
in alis anticis. *Larva* capi-
te exiguo, in medio cras-
sior; punctis nonnullis in
quolibet annulo. *Pupa.* —
GEOM. *Chærophyllata* &c.

- 15) — *arcuatostriata*. Sæpius albida; alis
omnibus strigis binis, aut tri-
bus, transversis, & inter ut
plurimum punctum nigrum.
Larva tenuis. *Pupa* sepulta.
GEOM. *Vibicaria*. &c.

*167. PYRALIS. SCHIFFERMÜLL. Alæ sedentis tri-
angulum, ad græcum Δ , referunt. Cor-
pus elongatum. Pedum par ultimum ce-
teris longius.

Larva pedibus 16 - 14), parva, pilis paucis
sæpius pubescens. *Pupa* exposita.

- 1) PYRALIS *longipalpis*. PYR. *probolescida-
lis* &c.

- 2) — — *brevipalpis*. PYR. *verticalis* &c.

*168. TORTRIX. SCHIFFERMÜLL. Alæ deflexæ,
margine exteriori arcuato, inferiore vero
truncato.

Larva pedibus 16), sæpius virescens, parum
pilosa, vividaque. Huic proprium inhabi-
tare folium quod contorquet & filis colli-
gat. *Pupa* intra hoc folium contortum.

- 1) TORTRIX *viridis*. TORTRIX *prasiæna* &c.
Larva nuda, segnis, antice crassior.

- 2) — — *metallica*. TORTRIX *lechæana* &c.



- 3) — *flava*. TORTRIX *avellana* &c.
- 4) — *ferruginea*. TORTRIX *oporana* &c.
- 5) — *cinerea*. TORTRIX *logiana* &c.
- 6) — *obscura*. TORTRIX *brunnichiana* &c.

*169. TINEA. SCHIFFERMÜLL. Alæ sedentis circa corpus in cylindrum convolutæ; posticarum margine interiore sæpius fimbriato.

Larva pedibus 16 - 14), quandoque & 8), parvula, imo & minutissima.

1) TINEA *bombyciformis*.

Larva intra folliculum cylindricum, quem Cochleæ in modum circumfert.

2) — *directipalpis*.

a) alis anticis obtusis. TINEA *colonella* &c.

b) — — rotundatis. — *pratella* &c.

c) — — acuminatis. — *mucronella* &c.

3) — *recurvipalpis*.

a) alis anticis latioribus & rotundatis. TINEA *scopolella* &c.

b) — — angustioribus & rotundatis. — *evonymella* &c.

c) — — acuminatis — *sequella* &c.

4) — *impalpis*.

a) alis anticis rotundatis. TINEA *Swammerdamella* &c.

b) — — acuminatis. — *Sulzella* &c.

*170. ALVCITA. SCHIFFERMÜLL. Alæ saltem posticæ laciniatæ. Pedes longi.

GENS

G E N S III.

Papiliones.

Antennæ fere omnibus apice crassiores, aut clavatæ. Alæ sedentis erectæ. Volatus diurnus.

Larva capite rotundato, pedibus 16).

Pupa sæpius exposita, nuda, angulata.

Papilionum exoticorum metamorphoses paucæ hactenus innotuerunt, & nec omnes europæorum. Donec itaque eæ fuerint detectæ, numerosissimæ Gentis individua hucusque visa, ex alarum structura & coloribus, in Genera artificilia dividere volui, ut facilius agnoscantur.

Metamorphoses ab Entomologis Vindobonensibus hucusque observatæ, sequentes sunt.

- 1) *LARVA tortriciformis*, phalænoides, subnuda, utrinque attenuata; capite rotundato, subbifido. PUPA folliculata. PAPIL. *Malvæ, Tages, Coma* &c.
- 2) — *bombyciformis*, maculata, verrucosa, bilofula, ex apertura occipitali furculam emittens. PUPA obsolete folliculata. PAPIL. *Apollo, Mnemosyne* &c.
- 3) — *variegata*, maculata antice crassior, cryptocephala, tentaculata, ut prior. PUPA nuda, antice acuminata. PAP. *Machaon, Podalyrius, Polyxena* &c.
- 4) — *mediostriata*, utrinque modice attenuata, villosula, longitudinaliter, præsertim ad dorsum, striata. PUPA nuda, antice



antice acuminata. PAPIL.
Cratægi, Brassicæ, Rapæ,
Napi, Sinapis, Daplidice,
Cardamines &c.

5) — *pallidiventris*, villosula, subtus pal-
 lidior, lateribus flavo stria-
 tis. PVPA acuminata. PA-
 PIL. *Rhamni, Phalæno, Hy-*
ale &c.

6) — *subfurcata*, pone magis attenuata
 & bicuspidata; capite antice
 subdepresso. Pleræque vil-
 losulæ, & longitudinaliter
 striatæ. PVPA pendula, bre-
 vis, antice bifida. PAPIL.
Galathea, Aegeria, Megæ-
ra, Deianira, Ligea, Iurti-
na &c.

7) — *cornuta*, forma fere prioris, striga
 transversa flava, sine bicus-
 pidato, capite antice trun-
 cato, bicorni. PVPA pendu-
 la, antice bifida. PAPIL. IRIS
 &c.

8) — *subspinosa*, capite bifido, superne
 binis ordinibus cuspidum ra-
 mosorum. PVPA pendula,
 tuberculo dorsali. PAPIL.
Populi, Sibylla, Camilla &c.

9) — *acutospinosa*, sublanata, brevistria-
 ta; aculeorum longitudina-
 lium ordinibus pluribus, ca-
 pite bifido. PVPA sæpius
 aurata aut argentata, capite
 bicuspidato, occipite sub-
 cornuto. PAPIL. *Atalanta,*
Car.

Cardui, Io, Antiopa, Polychloros, Vrticæ, C. album, Prorsa &c.

- 10) — *collospinoſa*, aculeata ut prior, ſed aculeis collaribus validioribus. PVPA pendula, occipite ſpinulis aureis. PAP. *Paphia, Adippe, Aglaia, Niobe, Eupbroſine, Dia &c.*
- 11) — *pſeudospinoſa*, aculeorum loco prominentiæ conicæ, pilofulæ, ad annulos medios 7 - 9). PVPA pendula, punctis dorsalibus prominulis. PAPIL. *Materna, Cinxia, Lucina &c.*
- 12) — *oblongoſcutata*, oniſciformis, villoſula; capite pallide fuſco. PVPA fuſceſcens, utrinque obtuſa, ſubterreſtris. PAPIL. *Virgaureæ, Hippothæ, Phleas &c.*
- 13) — *gibboſcutata*, oniſciformis, ubique fere æque lata; capite nigro. PVPA terreſtris aut elevata, nuda, albida. PAPIL. *Arion, Argiolus, Argus &c.*
- 14) — *depreſſoſcutata*, oniſciformis, pone magis attenuata, villoſula. PVPA folio adligata, ſubtus plana, ſubhiſpida. PAPIL. *Rubi, Betulæ, Quercus, Pruni.*

* 171. ARGYREVS. Scop. Alæ alicubi argenteis aut aureis faſciis, maculis, punctis, ocellis ornatae.

A. ARGENTATI.

- a) *Disco argenteo.* 208.
- b) *Fasciis aut lineis argent.* 169. 209.
210.
- c) *Maculis argent.* 200. 211. 212. 213.
214. 215. 216. 217. 219. 227.
265.
- d) *Punctis argent.* 99. 100. 102. 103.
111. 207.
- e) *Ocellis argent.* 146. 231. 232.

B. AVRATI.

- a) *Disco aurato.* 19.
- b) *Fasciis aur.* 28.
- c) *Maculis aur.* 228. LINN. *Syst. Nat.*

PAP. *Nauplius* quandoque ad alas post. sub-
tus maculis argenteis, ut & Sexus alter
PAP. *Trite.* punctis argent.

* 172. ARGVS. Scop. Alæ alicubi ocellatæ, non
caudatæ, nec metallo nobili ornatae.

- a) *Simpliciter ocellati.* 41. 50. 60. 101.
123. 125. 126. 127. 129. 137.
141. 145. 150. 153. 238. 255.
- b) *Ocellati & fasciati.* 42. 44. 45. 46.
120. 121. 122. 124. 128. 135. 137.
139. 140. 142. 144. 149. 152. 154.
158. 159. 160. 161. 239. 240. 241.
262.
- c) *Ocellati & maculati*, absque fasciis.
13. 40. 50. 74. 107. 133. 134.
143. 147. 148. 155. 157. 230.
235.
- d) *Ocellati & punctati.* 20. 29. 131. 136.
151. 206. LINN. *Syst. Nat.*

* 173.

*173. PTEROVRVS. Scop. Alæ posticæ processu elongato caudatæ.

- a) *Ocellati*. 3. 7. 21. 22. 34. 37. 223.
224. 226. 229. 233.
b) *Cæci*. 2. 4. 5. 6. 8. 9. 23. 24. 25.
27. 31. 32. 33. 35. 36. 38. 221.
222. 259. 261. 266. 272. LINN.
Syst. Nat.

*173. BATTVS. Scop. Alæ maculatæ, punctatæ, striatæ, absque ocellis, fasciis, & cauda elongata.

- a) *Simpliciter maculati*. 10. 11. 12. 14.
16. 17. 48. 49. 51. 75. 76. 78. 85.
86. 92. 93. 111. 163. 165. 168.
186. 189. 195. 201. 203. 236.
245. 258. 267. 271.
b) *Simpliciter punctati*. 94. 96. 98. 104.
105. 106. 108. 112. 114. 196.
234. 237. 246. 247. 252. 257.
260. 268.
c) *MACVLATI ET PVNCTATI*. 1. 55. 64.
73. 87. 117. 119. 166. 187. 188.
198. 253. 270.
d) *MACVLATI ET STRIATI*. 67. 70. 84.
88. 89. 91. 118. 179. 193. 194.
199. 269.
e) *STRIATI ET PVNCTATI*. 53. 54. 95.
170. 172. 250. 256.
f) *MACVLATI, STRIATI ET PVNCTATI*.
56.

*174. GRAPHIVM. Scop. Alæ fasciatæ, non caudatæ, nec ocellatæ.

- a) *SIMPLICITER FASCIATÆ*. 43. 61. 82.
171. 182. 183. 248. 264.



- b) FASCIATA ET MACVLATA. 15. 38.
59. 66. 68. 81. 83. 162. 173 ?
181. 192. 204 ? 205. 220 ? 225.
243. 249. 251.
- c) FASCIATA ET STRIATA. 57 ? 97.
115. 263.
- d) FASCIATA ET PVNCTATA. 61. 65.
71. 90. 177. 180. 185. 191.
- e) FASCIATA, MACVLATA ET STRIATA.
30. 167. 175. 197.
- f) FASCIATA, LINEATA, ET PVNCTATA.
110. 113. 116. 174. 176. 184.
202.
- g) FASCIATA MACVLATA ET PVNCTATA.
47. 58. 63. 109. 164. 178. 190.
- h) FASCIATA, MACVLATA, LINEATA ET
PVNCTATA. 69.

* 175. ASCIA. Scop. Alæ absque ocellis, maculis, lineis, punctis, & cauda. 72. 77. 79. 80. 218 ?

VSVS. BOMBYCIS *Mori* Larva culta sericum præbet, cuius præparatio, venditio, tinctura, indeque parata plurima, integris provinciis alimenta, opesque largiuntur. Vermis huius utilitatem ignoravit, nec credidisset ætas aurea; at nec illa Naturæ studiosis sat grata & credula, quæ laborum, inventorumque prætia unice ex præsentaneo, emollimento metitur.



TRIBVS VII.

REAMVRII. (*Proboscideæ.*)

His etiam Alæ quatuor, excepto Cocco, at nudæ, nec in omnibus uniformes; modo enim anticæ ad apicem membranaceæ, modo ubique coriaceæ, modo vero membranaceæ totæ ac pellucidæ occurrunt.

Omnibus os rostratum; rostro sæpius deflexo, at minime palpigero. Antennæ tenues. Larva pedata.

Variant Larva aquatica aut terrestri; animali stridulo aut muto; volatu diurno, nocturno, aut nullo; rostro innocuo, aut ledente; Alis quaternis, binis, nullis, Pedibus cursoriis, saltatoriis, natantibus.

G E N S I.

Terrestria.

Excepto CIMICE *lacustri*, & *stagnorum*.

176. FVLGORA. Rostrum inflexum. Vagina quinquearticulata, cornea. Antennæ breves, capitatae. FABRIC.

* 177. MEMBRACIS. FABRIC. Rostrum inflexum. Labium elongatum, apice subulatum. Antennæ subulatae, fronti insertae. *Cicadæ* sp. LINN.

* 178. TETTIGONIA. FABRIC. Rostrum inflexum; vagina biarticulata, gulæ inserta. Antennæ setaceæ.

† 179. CICADA. Rostrum inflexum. Antennæ sub oculis insertae.

Cercopis FABRIC. diversa a CICADA labio emarginato.



180. THRYPS. Rostrum obscurum. Abdomen sursum flexile, ut in *Staphylino*.

181. APHIS. Rostrum inflexum; vagina quinquearticulata. Abdomen tubulis binis nectar plorantibus. Alæ etiam nullæ. Pedes antici prope Caput.

Aphides virgines, harumque filiæ a nullo unquam mare tactæ, proles pariunt, ut Pediculi virgines. REAMVR.

182. CHERMES. Thorax hemisphæricus. Alæ quatuor? Pedes saltatorii.

Larva exsudans rorem mutandum in lanuginem.

183. COCCVS. *Mas.* dipterus. *Femina* aptera, pone proferens fetas plures, dorsales.

† 184. CIMEX. Rostrum inflexum, rectum. Antennæ ante oculos insertæ. Odor plerisque ingratus.

Larva cursitans, cum Imagine non confundenda. Rostrum *C. lectularii* articulatum LEDERMÜLLER.

Acanthia FABRIC. labio nullo. *Cimex* EIVSD. labio annulato, subulato, elongato.

* 185. REDUVIVS. FABRIC. Rostrum arcuatum. Antennæ supra oculos insertæ.

CIMEX *person.* eique similes. LINN.

G E N S II.

Aquatica.

186. NEPA. Rostrum arcuatum. Antennæ pediformes, triarticulatae, sub oculis insertæ. Pedes quatuor. Abdomen caudatum.

* 187. NAVCORIS. GEOFFROI. Rostrum & alæ NEPAE, sed scutellum, senique pedes, quorum

rum primi chelati. Antennæ brevissimæ,
sub oculis pariter insertæ.

Nepæ sp. LINN.

† 188. NOTONECTA. Rostrum arcuatum. Antennæ triarticulatæ, cylindricæ, sub oculis insertæ. FABRIC.

* 189. SIGARA. FABRIC. diversa a NOTONECTA. rostro brevissimo; vagina lateribus spinosa, os obtegente. Antennis brevissimis.

Vsvs. Coccus *Cacti Opunt.* dat larvam tinctoriâ THRYPS florum nuptias promovet. CIMEX fugat *Aphides*.





TRIBVS VIII.

FABRICII. (*Coleoptera.*)

Prioribus similia alis superioribus coriaceis, inferioribus vero, si adsunt, membranaceis, complicatis, ac pedibus senis.

Familiaë huiusce essentiam constituunt Os maxillis, palpisque quatuor, aut sex instructum, nec non alæ superiores uniformes, seu Elytra integra.

Larva aquatica GYRINI, arborea COCCINELLAE, CHRYSOMELAE, sepulta plurium, cursitans GRYLLI, BLATTAE, MANTIS, iners aliorum. Plantas frequentat CVRCVLO, ELATER, CERAMBIX, LEPTVRA, CANTHARIS &c. cadavera SILPHA, finum STAPHYLINVS, & SCARABAEI nonnulli, vestes, edulia, Musæa DERMESTES & BYRRHVS, hortos CARABVS, apricos colles GRYLLVS *camp.*, Culinas & Muscos BLATTO, Flores LEPTVRA, & SCARABAEI quidam. Nocturna aliqua, alia diurna, aquatica pauca, pleraque terrestria.

G E N S I.

Aquatica.

- † 190. DYTISCVS. Palpi sex filiformes. Antennæ setaceæ. Nonnullis rostrum iugulare.
- 191. GYRINVS. Oculi quatuor. Antennæ subclavatæ.
- * 192. HYDROPHILVS. GEOFFROI. diversus a DYSTICO Antennæ clava perfoliata.

Dytiscus LINN.



GENS

G E N S II.

Terrestria.

D I S T R I B V T I O I.

ANTENNIS CLAVATIS.

O R D O I.

Antennæ clava lamellosa.

193. LVCANVS. Antennæ articuli ultimi uno latere cæteris longiores. Penicilli duo sub labio palpigeri. FABRIC.

Larva in ligno putrido.

194. SCARABAEVS. Antennæ lamellis 3 - 7), mobilibus clavatæ.

Larva subterranea.

- * 195. LETHRVS. Scop. Antennæ articulo ultimo hemisphærico, truncato clavatæ, quem constituunt lamellæ tres concentricæ, dilatabiles. Maxillæ porrectæ.

Larva & habitus SCARABEI. Clypeus capitis magnus, modice convexus, antice latior. Thorax abdomine latior, antice excisus. Elytra marginata. Alæ nullæ. Abdomen semiellipticum. Tibiæ anticæ crassiores, a reliquis remotæ, dentatæ. Puteum fodit, inhabitat cum uxore monogamus, a Scarabæorum Genere antennæ clava distinctissimus. Tyrnavia misit R. D. PILLER, ubi plures legit. Copiosum quoque invenit in agris ad Comlos in Banatu D. HELBLING.

O R D O II.

Antennæ clava solida.

196. HISTER. Caput intra thoracem retractile. Maxillæ porrectæ. Elytra abdomine breviora. Tibiæ spinosæ.



197. BYRRHVS. Palpi inæquales, filiformis *Fabric.* Tibiæ muticæ.

Antbrenus FABRIC.

† 198. COCCINELLA. Palpi antici securiformes, postici filiformes FABRIC. Antennæ thorace vix longiores. Caput porrectum.

* 199. BOSTRICHVS. GEOFFROI. Habitus *Dermestis*, at labium cylindricum, apice palpigerum, nec non Antenna clava solida.

NITIDVLA FABRIC. ob antennæ clavam pariter solidam.

O R D O III.

Antennæ clava perfoliata.

† 200. DERMESTES. Palpi filiformes. Tibiæ spinosæ.

Apate, sphaeridium, ac forte & *Tritoma* FABRICIL.

201. SILPHA. Thorax marginatus, planiusculus. Plerisque fulcrum femorale.

Melyris, Nicrophorus, FABRIC.

D I S T R I B V T I O II.

ANTENNIS MONILIFORMIBVS.

202. CVRCVLIO. Antennæ subclavatæ. Proboscis antennifera, plus minus elongata. Animal tardigradum, Plantis infensum.

203. ATTELABVS. Antennæ subclavatæ. Caput postice tenuius, antice subproboscideum.

* 204. NOTOXVS. FABRIC. diversus ab ATTELABO defectu proboscidis, nullisque palpis securiformibus.

CLERVS & SPONDYLIS. FABRIC.

* 205. CEROCOMA. FABRIC. Antennæ irregulares, seu *Mari* clavatæ.

† 206.

†206. CHRYSOMELA. Antennæ extrorsum
crassiores. Palpi sex.

OPATRV FABRIC.

207. CASSIDA. Caput thoracis clypeo margi-
nato obumbratum.

Larva CASSIDAE stridis cauda bifeta FRISCH.

*208. SCAVRVS. FABRIC. Elytra distincta. Pal-
pi filiformes.

SCABRITES FABRIC.

†209. TENEBRIO. Palpi omnes, aut aliqui cla-
vati, vel subclavati.

*Plaps, Helops, CVCVIVS, LYMEXILLON, OXY-
PORVS.* FABRIC.

210. MORDELLA. Antennæ pectinatae, aut ser-
ratae. Lamina femoralis.

†211. MELOE. Palpi filiformes. Elytra dis-
tincta.

MYLABRIS FABRIC.

*212. ERODIVS. FABRIC. Palpi quatuor, fili-
formes. Elytra connata.

*213. ALTICA. GEOFFROI. Habitus CHRYSO-
MELAE, sed pedes saltatorii.

214. STAPHYLINVS. Elytra abbreviata. Ab-
domen sursum & deorsum flexile, vesicu-
las binas prope caudam exerens.

PAEDERIVS FABRIC.

D I S T R I B V T I O III.

ANTENNIS FILIFORMIBVS.

215. NECYDALIS. Elytra abbreviata. Anten-
næ cerambycinæ.

216. PTINVS. Antenna articulis denis; ultimis
longioribus Thorax caput excipiens.

ANOBIVM FABRIC. palpis clavatis.

217. BRVCHVS. Antennæ sensum crassiores.

LARIA. SCOP.



- * 218. CRYPTOCEPHALVS. GEOFFROI. Facies CHRYSOMELAE, at Caput deflexum, & intra thoracem magna parte retractile.

BVPRESTIS. SCOP.

- * 219. APALVS. FABRIC. Palpi filiformes. Maxillæ unidentatæ. Oculi duo, ne confundatur cum GYRINO.

MELOE *bimaculatus* LINN.

PIMELIA, CISTELA, SEPIDIUM FABRIC.

- * 220. LYTTA. FABRIC. Palpi postici clavati.

MELOE *vesicatorius* & *afer* LINN.

221. HISPA. Palpi fusiformes. Antennæ cylindricæ, basi approximatae, inter oculos sitæ. Thorax, elytraque sæpius aculeata.

222. PYROCHROA. GEOFFROI. Palpi subfusiformes. Elytra flexilia.

LAMPYRIS sp. LINN.

- † 223. LAMPYRIS. diversa a *Pyrochroa* palpis anticis subclavatis, posticis securiformibus. FABRIC.

- † 224. CANTHARIS. Palpi omnes securiformes. FABRIC.

- * 225. LAGRIA. FABRIC. Palpi antichi securiformes, postici extrorsum crassiores.

CHRYSOMELAE & COCCINELLAE sp. quædam LINN.

EROTYLVS FABRIC.

226. BVPRESTIS. Palpi articulus ultimus truncatus. Antennæ ferratæ.

- * 227. MALACHIVS. FABRIC. Palpi filiformes; articulo ultimo setaceo.

228. ELATER. Thorax ex imo pectore mucronem emittens, exceptum poro ventrali, quo sese in altum iactat, ut ab hoste fugiat.

- * 229. PRIONVS. SCOP. Thorax antice attenuatus, in longitudinem magis ac latitudinem extensus, inermis.

* 230.

- * 230. CALOPVS. FABRIC. Palpi antichi clavati, postici filiformes.

CERAMBYCIS sp. LINN.

- * 231. ALVRNVS. FABRIC. Palpi sex, brevissimi, acuti.

232. CARABVS. Palpi sex; articulo ultimo obtuso. Maxillæ productæ. Lamina femoralis.

Gens cursitans ut BLATTA, & TENEBRIO *molitor*.

233. GRILLVS. Pedes saltatorii.

ACRYDIVM, ACHETA, LOCUSTA, FABRIC.

G. Gryllotalpa pellitur oleo Cannabis.

D I S T R I B U T I O IV.

ANTENNIS SETACEIS.

234. CICINDELLA. Palpi sex filiformes. Oculi, & maxillæ prominentes.

ELAPHRVS. FABRIC.

- † 235. CERAMBYX. Thoracis latera spinosa, dentata, aut crenata.

Ligniperda PALLAS.

PRIONVS, LAMIA, RHAGIVM, STENOCORI nonnulli FABRIC.

- * 236. STENOCORVS. Scop. Thorax inermis, subrotundus, antice & postice æque crassus.

CALLIDIVM FABRIC. palpis clavatis.

- † 237. LEPTVRA. Thorax inermis, cylindricus. Palpi æquales.

DONACIA, SAPERDA. FABRIC.

- * 238. ZONITIS. FABRIC. Palpi filiformes. Maxilla palpis longior.

239. FORTICVLA. Elytra abbreviata. Cauda forcipata.

240. BLATTA. Thorax orbiculatus, planiusculus. Pedes spinosi, cursorii.

Fem. aptera,



241. MANTIS. Thorax tenuis, longus. Pedes cursorii; anticis chelatis.

D I S T R I B U T I O V.
ANTENNIS ENSIFORMIBVS.

- *242. TRVXALIS. FABRIC. Palpi inæquales. Galea fornicata, truncata.

GRYLLVS nasutus & brevicornis LINN.

VSVS. SCARABAEI antophylli, stercorei, incrementum, & nuptias Plantarum promouent. MELOES & LYTTAE Genera odorata, vesicatoria, magnam copiam eius salini principii foment, unde acidum Phosphori. An non inde ab applicatis maiore copia Candaridibus mollestissima Stranguria?



TRIBVS IX.

ARTED II. (*Pisces.*)

Piscibus pariter cor uniloculare inauritum, humor frigidus per vasa fluens, respiratio lateralis, absentia colli, os in nonnullis cirrosum, ut in Insectis palpigerum.

His vero Tegmen cutaceum. Os labiatum. Maxillæ incumbentes. Lingua, palatum, nares. Oculorum membra nictitans. Ossea compages a fibris iritabilibus distincta. Habitatio omnium sub aquis.

Aperturæ respirantes constant branchiis fimbriatis, quas obtegunt opercula ossea, mobilia, sub quibus membrana (*branchiostega*) officulis radiata.

In plerisque vesica aere plena, unica aut duplex, ut facilius natare & attolli queant. Femina ovariis instructa, hinc ovipari plerique Pisces; ovis numerosis, calidiore aqua excludendis, quibus incubat *COTTVS Gobio*.

Auditus organa a CAMPERO in his nuper detecta, constant tympani & conchæ aliqua specie. Sunt & capsulæ curvæ, in quibus tres sunt canales cartilaginei & semicirculares, qui nervum recipiunt.

Auditum in Piscibus admittit etiam Cl. ERZLEBEN.

Genera Piscium naturalia difficillima, adfinitates obscuræ, ob inopiam detectorum; hinc Artis & arbitrii hic summa potestas, donec plura innouerint.

Diversitatem Piscium constituunt CORPVS, CAPVT, ARTVS.

COR-



CORPVS compressum, teres, oblongum, ellipticum, cuius

Superficies alepidota, squamosa, maculata, lineata, fasciata, colorata, excolor, ocellata, papillosa, scabriuscula, glabra.

Linea lateralis recta, curva, interrupta continua, simplex, bifida, elevata, aspera, aculeata, loricata, stigmatibus notata.

Gula. lævis, ramentacea.

Dorsum. monopterigium, dipterigium, tripterigium, canaliculatum, rotundatum, acutum.

Abdomen. teres, carinatum, acutum.

Anus. superior, medius, inferior.

Caput cathetoplateum seu compressum, plagioplateum seu depressum, subrotundum, declive, planiusculum, obtusum, latum, cordatum.

alepidotum, squamosum, læve, scabrum, spinosum, aculeatum, loricatum, cuius partes sunt

Os nasale, terminale, inferius, cirrosum, muticum, dentatum, edentatum.

Labia simplicia, duplicata, indivisa, partita, cirrosa, tuberculosa, ciliata, glabra.

- Cirri* simplices, compositi,
maxillares, nasales, sub rostro.
- Rostrum* cephalicum, maxillare, nullum,
obtusum, conicum, cylindri-
cum, angulatum,
plicatum, subulatum &c.
- Maxillæ* porrectæ, cirrosæ, muticæ,
labiis testæ, nudæ,
æquales, inæquales,
dentatæ, edentatæ.
- Lingua* inermis, dentata,
obtusa, emarginata,
mobilis, immobilis.
- Dentes.* maxillares, palati, faucium,
mobiles, fixi,
obtusi, acuti, emarginati, co-
nici exerti,
acerosi, setacei, plures, pau-
ciores, unius
aut plurium ordinum.
- Nares* terminales, prope os, ab ore re-
motæ,
cirrosæ, muticæ.
- Oculi* unilaterales, approximati, remo-
tiores,
iride varie colorata.
- Artus s. Pinnæ* loco pedum, aut alarum,
in quibus attendenda
- Structura* radiata ossiculis 1-15-30).
adiposa s. exossea.
- Superficies* inermis, aculeata.
- Situs* dorsalis, pectoralis, ventralis,
 analis,
caudalis, eaque multiplex,
nempe rotundata, bifur-
ca, subbifida, lunata,
acu-



acuminata, appendiculata, fetifera.

Numerus dorsalium 1-2) aut nulla, unde

dorsum monopterigium, dip-
terigium, tripterigium,
apterigium.

Radii numero diversi,
inermes, spinosi omnes, aut
aliqui,
æquales, inæquales.

Systematica divisio Piscium a situ pinnarum ventralium desumpta, æque artificialis est, ac alia quælibet hætenus excogitata; nec limites certos inter Pisces thoracicos & iugulares Natura ubique constituit. Mihi Pisces, iuxta situm Ani, in tres Ordines dividere visum est, aut saltem dividi posse, persuasus sum; cum nota hæc structuram internam indicet, ac Tyronibus ad cognitionem horum generum aperiat viam longe faciliorem.

Animalium horum systematicam divisionem debemus ARTEDIO, GRONOVIO, LINNAEO, observata plurima BRUNNICHIO, PALLASIO, HASELQVISTIO, aliisque.

G E N S I.

Ano inferiore, s.

Caudæ plus minus approximato.

D I V I S I O I.

PINNA DORSALI VNICA.

O R D O I.

Corpore oblongo.

243. CLVPEA. Abdomen inter pinnas pectorales, & ventrales squamis singularibus lo-
ri-

ricatum & ferratum. Membrana branchios tega off. 8). Pinnæ inermes, 7). Dentes maxillares, palatini, faucium, minuti.

244. CYPRINVS. Os edentatum, at fauces dentatæ. Membrana branch. off. 3). Pinnæ inermes 6 - 8).

Conf. LESKE *specimen Ichthyol. seu Monograph.* CYPRINI.

- * 245. ERYTHRINVS. GRONOV. diversus a CYPRINO Maxillis dentatis, & Membrana branch. off. 5).

- * 246. SYNODVS. GRONOV. Os amplum. Membrana branch. off. 15). Dentes validi maxillarum, linguæ, palati, faucium. Pinnæ inermes, 7).

ESOX 4. LINN.

247. MORMYRVS. Apertura branchialis linearis, absque operculo. Membrana branch. off. 1).

An huius anus vere inferior sit, tuto affirmare nequeo; hinc aliæ Genti adnumerent, qui alium eius situm viderint.

248. ELOPS. Membrana branch. off. 30), exterius armata dentibus quinis. GRONOV. duplex LINN.

Et Genus hoc Gentis mihi etiamnum dubiæ.

- * 249. CALLYODON. GRONOV. Dentes in maxilla superiore bini, triquetri; in inferiore unicus, latissimus. Membrana branch. off. 4). Pinnæ inermes; 7).

- * 250. HOLOCENTHRVS. GRONOV. Corpus squamis asperis tectum. Caput undique aculeatum, rostratum. Membrana branch. off. 6). Dentes in maxillis, palato, faucibus. Pinnæ aculeatæ, 7).



- *251. GONORYNCHVS. GRONOV. Caput rostratum. Apertura branchialis angusta. Membrana branch. off. 3). Pinnæ inermes, 7).

O R D O II.

Corpore tereti, aut teretiusculo.

252. FISTVLARIA. Caput proferens rostrum tubulosum, maxillis terminalibus clausum. Cauda in setam balænaceam extensa. Dentes maxillares, minuti, aut nulli. Pinnæ inermes, 7). Membrana branch. off. 4-7).
253. XYPHIAS. Corpus alepidotum. Maxilla superior proferens rostrum rectum, ensiforme, convergens. Os edentatum.
Neque in hoc Genere licuit hætenus an situm examinare.
254. ESOX. Maxilla utraque, aut unica elongata, inferior punctata. Dentes in maxillis & faucibus. Pinnæ inermes, 7). Membrana branch. off. 7. 9).
- *255. ALBVLA. GRONOV. Rostrum cephalicum, prominens ultra maxillas. Membrana branch. off. 13). Pinnæ inermes, 7).
- *256. VMBRA. KRAMER. Maxilla inferior longior. Dentes in maxillis. Caput & Abdomen CYPRI. Membrana Branch. off. 6). Pinnæ inermes, 7).
- †257. COBITIS. Corpus alepidotum. Linea obsoleta. Opercula branchialia semiclausæ. Membrana branch. off. 3). Pinnæ inermes, 7).
- *258. ANABLEPS. GRONOV. Oculi elevati, magni. Membrana branch. off. 6). Pinnæ inermes, 7).

COBITIS LINN.

259. ARGENTINA. Corpus gracile, modice compressum. Vitta longitudinalis argentea. Vesica aerea argento foliato resplendens. Dentes maxillares, minuti. Membrana branch. off. 8) Pinnæ inermes, 7).

In ARGENT. *sphyræna* pinnam dorsalem exosteam, parvam, prope caudam vidit BRÜNNICHIVS.

D I V I S I O II.

PINNIS DORSALIBVS BINIS.

O R D O I.

Pinna una exostea.

- † 260. SALMO. Membrana branch. off. 10-12). Pinnæ inermes, 7). Dentes maxillofi, minuti.
- * 261. ANOSTOMVS. GRONOV. Oculi magni. Membrana branch. off. 4). Pinnæ inermes, 8).

SALMO. LINN.

- * 262. MYSTVS. GRONOV. Diversus ab ANOSTOMO Pinnis 7); nonnullis aculeatis.

SILVRI Species LINN.

O R D O II.

Pinna utraque radiata.

263. MUGIL. Corpus albicans. Os angustum. Linea nulla. Dentes in lingua & palato. Membrana branch. off. 6). Pinnæ 8); nonnullarum radiis rigidis, aculeatis.
- * 264. CALICHTHYS. GRONOV. Corpus squamarum ossæarum paucis seriebus obtectum. Oculi exigui. Pinnæ inermes, 8).

SILVRY, LINN.

G E N S II.

Ano superiore, s.

Capiti plus, minus approximato.

D I V I S I O I.

EDENTATI.

265. LORICARIA. Corpus squamis osseis, scabris, peculiaribus loricatum. Os inferius. Labia membranacea, cirrosa. Membrana branch. off. 3). Pinnæ inermes, 7).

Prominentiæ flexiles, incurvæ, ad basim labiorum & in faucibus LORIC. *Plecostomi* conspicuæ, dentes referunt, sed non sunt.

D I V I S I O II.

DENTATI.

O R D O I.

Dentibus in Lingua, Palato, Maxillis.

266. ECHENEIS. Mandibula inferior longior. Caput scuto ovali. Membrana branch. off. 9). Pinnæ inermes, 7).

O R D O II.

Dentibus in Maxillis & Faucibus.

267. GYMNOTVS. Maxilla utraque, aut unica elongata. Membrana branch. off. 5). LINN. Pinnæ tres, inermes; binis pectoralibus, parvis; tertia anali, lineari, longe excurrente. His LINNAEVS addit Corpus compressum, subtus pinna carinatum.

268. PLEVRONECTES. Corpus valde compressum, uno latere bioculatum, alio alterius coloris. Pinnæ inermes, 5-7).

In hoc Tænia frequentior.

*269. LIPARIS. ARTED. Aperturæ branchiales superne tantum hiantes. Membrana branch. nuda, off. 7). Pinnæ inermes, 5); ventrali spuria, circulari, ut in CYCLOPTERO.

†270. SILVRVS. GRONOV. Membrana branch. off. 14). Pinnæ inermes, 7); postica adiposa, nec tamen SALMO. PALLAS.

*271. ASPREDO. GRONOV. Membrana branch. off. 4). Radius pinnæ pectoralis anterior validissimus, dentato-ferratus.

ORDO III.

Maxillis solis dentatis.

272. GADVS. Squamæ deciduæ, minutæ. Membrana branch. off. 5-7). Pinnæ quædam in acumen attenuatæ.

273. BLENNIVS. Corpus lanceolatum. Dorsum totum pinnatum. Membrana branch. off. 4-6). Pinnæ 7); nonnullis aculeatis; ventralibus biradiatis, muticis.

ENCHELYOPVS. GRONOV.

274. TRACHINVS. Opercula cuspidata. Membrana branch. off. 6). Pinnæ octo; nonnullis aculeatis.

*275. LEPTOCEPHALVS. GRONOV. Corpus lanceolatum. Caput minimum. Rostrum acutum, ultra maxillas non prominens. Pinnæ duæ, lineares; tres aliæ maiores; omnes muticæ.



- * 276. PERCIS. Scop. Caput bicornē. Corpus seriebus octo longitudinalibus verrucarum umbilicarum angulatum. Membranæ branch. sub gula transversa cute connatæ. Pinnæ inermes, 7).

COTTUS japonicus PALLAS.

277. SCOMBER. Corpus subtetragonum. Officula quædam libera, penicilliformia sæpius versus caudam. Membr. branch. off. 7).

- * 278. PTERIDIVM. Scop. Caput ut in CORYPHAENA. Corpus totum subtus pinna anali, supra dorsali, utraque maxima, undique alatum. Membrana branch. off. 7). Anus sub gula.

CORYPHAENA vellifera, PALLAS.

G E N S III.

Ano medio.

D I V I S I O I.

ABDOMINALES.

Pinnis ventralibus inter Pinnas pectorales & analem sitis.

279. EXOCOETVS. Maxillæ elongatæ. Os edentatum. Caput transversim sulcatum. Membrana branch. off. 10). Pinnæ pectorales maximæ, volatui aptæ.
280. AMIA. Caput nudum, scabrum, futuris conspicuum. Cirri nasales duo. Dentes maxillares & palatini, conferti. Membrana branch. off. 12). Genuinus ani situs mihi etiamnum ignotus.

281. POLYNEMVS. Officula filiformia, libera, quandoque corpore longiora ad Pinnae pectorales. Dentes in maxillis, palato, faucibus. Membrana branch. off. 3). Pinnæ octo.
282. ATHERINA. Os magnum. Dentes maxillares. Fascia longitudinalis argentea. Pinnæ octo, inermes.
Etiam in hoc Genere an anus vere medius sit, dubito.
- * 283. CHARAX. GRONOV. Corpus compressum. Dentes magni. Membrana branch. off. 3-4). Pinnæ inermes, 8); una dorsali, adiposa, ut in SALMONE. Anus submedius.
284. TEUTHIS. Caput obtusum. Dentium maxillarium series tres. Pinna per totum dorsum decurrens. Pinnæ 7); nonnullæ aculeatae.
- HEPATVS. GRONOV.
- * 285. CHLARIAS. GRONOV. Diversus a SILVRO Membrana branch. off. 9), & Anisitu.

DIVISIO II.

THORACICI.

Pinnis ventralibus in Pectore sub pectoralibus.

- * 286. CYNEDVS. GRONOV. Frons alepidota. Dentes maxillares, validi. Membrana branch. off. 6). Pinnæ septem; quibusdam aculeatis. Anus submedius.
- SPARVS LINN.
287. SCIAENA. Opercula squamosa; lamina superiore serrulata. Maxillarium dentium series unica. Membrana branch. off. 4-7).



Pinnæ septem; radiis nonnullis aculeatis.

CORACINVS. GRONOV.

*288. PHOLIS. GRONOV. Dorsum infra medium pinnatum. Pinnæ ventrales nullæ, harumque loco ramenta pectoralia. Hisce notis, ut & ani situ differt a BLENNIO.

289. SCORPAENA. Caput magnum, monstruosum. Aculei dorsales ad basim decurrente membrana connexi. Oculi vicini. Membrana branch. off. 7).

290. TRIGLA. Caput scabrum, offeis tegminibus tectum. Digiiti infra pinna pectorales distincti. Dentes maxillares, minuti. Pinnæ 8 - 10), aculeatæ. Membrana branch. off. 7).

291. PERCA. Opercula ferrata, aut aculeo armata. Pinnæ saltem dorsales 1 - 2), aculeatæ. Squamæ in nonnullis retrorsum strictu asperæ Membrana branchiostega offic. 7); at 8) in P. *Ascensionis* OSBEK.

Generi huic SCORPAENAM adiungit GRONOVIVS.

292. ZEVS. Linea arcuata. Labium superius membrana transversa fornicatum. Lingua fululata. Membrana branch. off. 7): infimo transverso. Pinnæ dorsales 1 - 2).

†293. GOBIVS. PALLAS. Pinnæ ventrales in unam adunatæ. Caput declive. Labia carnosæ. Pinnæ pectorales basi carnosæ. Cauda ovalis.

ELEOTRIS. GRONOV.

294. CORYPHAENA. Caput truncato - declive, ut in PTERIDIO, sed Membrana branch. off. 5). Pinnæ ventrales ab anali distinctæ. Corpus minime marginatum.

295. CEPOLA. Corpus ensiforme, nudum. Dentes curvi; duplici serie. Membrana branch. off. 6). Os finum.
296. GASTEROSTEVS. Linea lateralis nulla. Dentes minuti. Corpus teretiusculum. Aculei liberi, ut in MASTOCEMBELO, Pinnæ 7). Anus submedius.
297. MVLLVS. Linea obsoleta. Fauces dentatæ. Membrana branch. off. 3). Dorsum dipterygium. Pinnæ octo, aculeatæ.
298. COTTVS. Caput verrucis scabrum, aut aculeatum, corpore crassius. Membrana branch. off. 6). Pinnæ octo; dorsali subaculeata.
299. CHAETEDON. Corpus compressum, pictum. Os angustum. Dentes maxillares conferti, sæpius flexiles. Oculi magni. Membrana branch. off. 4 - 6). Pinnæ septem: nonnullis aculeatis.
300. LABRVS. Os angustum. Dentes in maxillis & faucibus. Labia carnosæ, magna, plicata. Membrana branch. off. 5 - 6). Radii pinnæ dorsalis postici ramentis filiformibus aucti. Pinnæ septem: nonnullis aculeatis.

Singularis structura maxillæ superioris in
Labro rufo.

301. SPARVS. Corporis color sæpius argenteus. Pinna dorsi plicatilis, prodiens e fossula. Pinnæ ventrales sex, radiatæ, cum squama laterali utrinque adiacente.

Singularis structura oris in SPARO *insidiatore*
PALLAS.

302. VRANOSCOPVS. Caput scabrum. Os finum. Maxilla superior brevior. Mem-



brana branchiostega offic. 5). Opercula membranaceo - ciliata.

303. COLIONYMVS. Labium superius duplicatum. Oculi approximati. Membrana branchiostega offic. 6). Aperturæ nuchæ foraminibus respirans. Pinnæ ventrales remotissimæ.

D I V I S I O III.

A P O D E S.

Pinnis ventralibus veris nullis.

- *304. GASTEROPELECVS. GRONOV. Rostrum ultra maxillas prominens. Venter & Pectus protuberans. Abdomen squamis singularibus loricaum. Membrana branch. offic. 2). Pinnæ 5). GRONOV. 7). PALLAS, inermes.
305. STROMATEVS. Corpus ovatum, lubricum. Dentes in maxillis & palato. Anus medius ?
306. ANARRHICHAS. Corpus gracile, lubricum. Linea nulla. Dentes faucium & maxillarum, rotundati, validi. Pinnæ inermes, 5).
- *307. MASTOCEMBELVS. GRONOV. Corpus gracile, lubricum. Aculei erigibiles, distincti, ante pinnam dorsii & ani. Dentes maxillares. Pinnæ inermes, 5). Anus submedius.
308. TRICHIVRVS. Corpus desinens in apicem filiformem, Abdomen post anum carinatum, hinc inde munitum aculeis liberis, minutis. Dentes maxillares. Anus submedius. Pinnæ septem.
- Gymnogaster. GRONOV.

309. **AMMODYTES.** Corpus gracile. Labium superius duplicatum. Mandibula inferior acuminata. Maxillæ edentatæ. Anus submedius. Pinnæ inermes, 5).
310. **CHANNA.** GRONOV. Os latissimum. Abdomen planum. Os dentibus minimis. Membrana branch. off. 5). Pinnæ inermes, 5).
311. **MVRAENA.** Corpus læve. Aperturæ branchiales parvæ, aut nullæ, ut in Serpentibus, Anus plerisque medius.

Vsvs. Pisces esculenti fere omnes, ac deliciofi imprimis **SALMO**, **SCOMBER**, **PLEVRO-NECTES**, **CYPRINVS**, **CLUPEA**, **MVRAENA**. At non unicus hic Piscium usus in Politia Naturæ. Nonne his agitatæ aquæ salubriores? nonne ea absument, quæ sibi relicta, & multiplicata urgerent aquas extra suos limites? nonne Telluris incrementum etiam ab hisce? sic multi Cives in Republica, ut omnia munia peragantur,





TRIBVS X.

SEBAE. (*Amphibia*.)


Animalia frigida, reintegrantia, ossibus munita, at pulmonibus arbitrariis instructa, haud raro virofa facie, moribus, ætate, sexu, victu, & structura inter sese diversa, seu pedata & apoda, muta & vocalia, inermia & lorica, ovipara & vivipara.

Amphibia legitima pedata & apoda, hinc serpentina; aut reptilia, vocalia quædam, diu hybernantia, meditabunda, suspecta, terrestria aliqua, alia in humido & sicco viventia, ac quædam forte pure aquatilia, pro larvis terrestrium hætenus adsumpta.

— *Spuria* ichthiomorpha, pinnis pedata, condropterigia, aquatilia, pulmonibus arbitrariis ac pene intrante cetaceis mammalibus proxima, at ob luridam cutim toxicum nonnullorum, ventriculum cordis unicum, ac penem duplicem, amphibiiis ab Ill. LINNAEO adnumerata, quem sequor, etsi facies, aorta supra cor faccata, ac membrana branchioftega quorundam, ea Piscibus adfocient.

RANAE copula, TESTVDINIS scheleton, LACERTAE metamorphosis, CROTALI crepitaculum, PASTINACAE aculeus, CENTRISCI *scut.* lorica, PEGASI structura, sunt totidem Naturæ in abiectis hisce miracula.

Horum Historiam reformavit LINNAEVS, illustrarunt GRONOVIVS, SWAMMERDAMIVS, ROESELIVS, nec utilitate carent icones SEBAE & CATESBAEI.



Amphibiorum *Corpus* nudum, politum, læve, squamosum, rugosum, papillosum, lorica-tum, aculeatum, annulatum, scutatum, cylindricum, oblongum, compressum, sphaericum, angulatum, maculatum, lineatum, vittatum, fasciatum, alatum, apterum, pedatum, apodum.

Caput. Distinctum, indistinctum,
angulatum, polymorphum, in quo

Os termininale, inferius, cirrosum, muticum.

Rostrum rectum, inflexum, nullum,
subulatum, conicum, obtusum,
dentatum, inerme,
nullum.

Maxillæ dentatæ, edentatæ.

Dentes similes, dissimiles,
obtusi, acuti, conici, ferrati,
fixi, immobiles,
nulli.

Telum simplex, bifidum,
nullum.

Nares approximatae, remotiores.

Oculi parvi, maiores,
rotundati, ovati,
situ, & structura diversi.

Truncus glaber, nitens,
anceps catethoplateus.

Cauda brevis, longa,
recta, curva,
aculeata, verrucosa, glabra,
cylindrica, angulata, compressa,
terminata crepitaculo s. api-
ce corneo, articulado; ar-
ticulis urceolatis, cavis, so-
noris, in CROTALO.

nulla.



Metamorphosis in oviparis, Ovum membranaceum expositum, unde Animal perfectum, aut senectam exuens; in *viviparis*, Animal nunc perfectum, nunc organa sua sensim evolvens.

G E N S I.

Legitima.

D I V I S I O I.

S E R P E N T I A.

His Corpus teretiuseulum; collo, trunco, caudaque in unum. Oesophagus laxus. Maxillæ non articulatae, hinc dilatabiles. Tegmen coriaceum, sæpius squamis superne reticulatum, subtus scutis annulatum. Penis duplex, apice aculeatus. Ova plura, catenata. Intestinum undique simile, renesque longi & angusti, ut in Piscibus.

312. CAECILIA. Corpus nudum, lateraliter rugosum. Oris labium superius prominens.

313. AMPHYSBENA. Corpus politum, æquale, obtectum squamulis anulos efformantibus.

314. ANGVIS. Squamæ abdominales & caudales. Corpus apodum. Sub aqua non semper innocuus. VOYAGE ATOUR DU MONDE. Tom. I. p. 280.

315. CROTALVS. Caudæ apex corneus, crassus, articulatus, crepitans.

Huic

*Huic tam pernicioso colubro benigna natura
nollam addidit, ut illius sonitu admonitus
quilibet tempestive caveat a vicino hoste.*
Piso p. 41.

316. COLUBER. Corpus superne squamosum,
subtus scutatum.
317. BOA. Scuta abdominalia, & caudalia, at
crepitaculum nullum.
* 318. CHALCIDES. SCOP. Corpus pedatum.
ANGVIS bipes, & quadrupes LINN.

DIVISIO II.

REPTILIA.

Squallida, sæpius caudata; pedibus 2-4),
digitatis.

ORDO I.

Caudata.

319. SIREN. Pedes duo antici, tetradactyli.
Cauda anceps. ERXLEBEN *Naturgeschichte*
Tab. III. f. 30.
320. LACERTA. Corpus non alatum, nec te-
sta loriatum.

Lingua bifida. *Lacerta* GRONOV.

integra. *Cordylus*, IGVAHA, Sa-
lamandra, *Chamaeleon*,
Scincus. GRONOV.

nulla. *Crocodyllus*, GRONOV.

Cauda verticillata. *Lacerta*, *Cordylus*. GRONOV.

non verticillata. IGVAHA, Sa-
lamandra, *Scincus*, *Cro-*
codyllus, GRONOV.

Inimicissimum Genus Cochleis PLIN.



321. DRACO. Alæ duæ, radiis offeis fulcitæ.
Gula cristata. Cauda minime verticillata.
322. TESTUDO. Corpus testa obtectum. Os
mandibulis nudis, edentulis.

O R D O II.

Ecaudata.

323. RANA. Corpus suborbiculare. Oris rictus
amplus. Pedes postici longiores.
Ex ovo Gyrimus, indeque Animal.

G E N S II.

Spuria.

Pisces condropterigii branchiis ad natis, &
Pulmonibus arbitrariis respirantes, vivi-
pari, aut ovipari; ovis catenatis, pene
duplici, ut in *serpentibus*.

324. RAIÀ. Corpus depresso-planum, cauda-
tum. Os subtus. Spiracula pectoralia u-
trinque 4-5).

Dentibus acutis, }
—— obtusis. } LINN.

Dorso apterigio, }
—— monopterigio, } GRONOV.
—— dipterigio. }

325. SQVALLVS. Corpus subrotundum, aut
oblongum. Os subtus, raro in apice ca-
pitis. Maxillæ plurium dentium ordinibus.
Spiracula utrinque 5), ante pinnas pe-
torales.

1) Pinna ani præsentè }
2) — — — — — deficiente } GRONOV.



326. PETROMYZON. Corpus muræniforme. Fistula verticalis aquam hauriens, eliminans per spiracula lateralia utrinque 7). Pinnæ dorsales binæ, alibi nullæ.
327. CYCLOPTERVS. Corpus alepidotum. Caput crassum, obtusum. Os terminale. Maxillæ dentatæ. Membrana branch. ossi: 2-6). Cotyledon pectoris suctorius PALLAS: f. Acetabulum pectorale aut iugulare ex pinnis in unam connatis, huic uni Generi proprium. Spiracula lateralia operculata.
328. BALISTES. Corpus compressum, scabrum, non squamosum, absque linea laterali. Os angustum, dentatum, in angulo capitis antico. Membrana branch. sub integumentis cephalicis latitans. Spiraculum utrinque unum, ante pinnas pectorales. Pinna dorsi osse uno, aut pluribus, validis, ossa æmulantibus. Anus medius.
329. OSTRACION. ARTED. Corpus polymorphum, absque linea laterali. Os terminale, dentatum. Spiraculum branchiale utrinque unum, ante pinnam pectoralem. Membrana branchiostega nulla. Anus prope caudam.

- | | |
|-----------------------|-----------|
| 1) Corpore tetragono, | } GRONOV. |
| 2) ——— trigono, | |
| 3) ——— non angulato } | |

OSTRACION LINN. Corpore osse integro loriceato.

TETRADON	————	————	subtus muricato.
DIODON	————	————	spinis mollibus armato.



330. CHYMERÆ. Corpus oblongum, læve. Caput declive in rostrum membranaceum, pendulum, sub quo os. Maxillæ dentatæ. Spiraculum laterale utrinque unum sub collo, idque quadrifidum in *C. monstrosa*. Dorsum armatum spina, aut aculeis.

Callorhynchus GRONOV.

331. LOPHIUS. Corpus monstrosus, appendicibus carneis brachiatum. Caput magnum, corpore crassius. Os terminale. Membrana branch. off. 9). Spiracula solitaria prope brachia. Pinnæ ventrales pediformes GRONOV. pectorales brachiis infidentes LINN.

332. CENTRISCUS. Corpus tenue, oblongum, aculeo dorsali, valido. Caput efferens rostrum tubulosum, ore terminatum. Membrana branch. nulla. Pinnæ ventrales unitæ.

333. SIGNANTHUS. Corpus articulatam, angulatum, cataphractum, oblongum. Os rostro tubuloso, ore & maxillis terminato. Nuca foramine spirans. Aperturæ branchiarum exiguo hiatu patentes.

334. ACIPENSER. Corpus teretiusculum, oblongum, absque linea laterali. Os rostro tubuloso, retractili, cirroso, edentato. Spiraculum utrinque unum.

335. PEGASUS. Corpus angulatum, scutis articulatam, & cataphractum. Os rostro tenui, sub quo os. Pinnæ ventrales singulæ ex ossiculo solitario, filiformi.

CATAPHRACTUS GRONOV.

Vsvs. Dentes Viperæ maiores, minores, minimi. Priores duplici cavitate, totidemque aperturis, effundunt insipidum suboleosum, propria cystide inclusum, indeque vulneri a contractore musculo infundendum humorem, qui abolita fibrarum irritabilitate, Animalibus multis mortem adfert. Viperam Italicam, Gallicam, Illiricam &c. distincta antidoto curandam, nullam novi, nec credendum in hisce infidæ Circulatorum garrulitati. TESTVDINIS & RANAE escul. caro salubris, ac edules Con- tropterigii non pauci inprimis PETROMYZON *fluvialis*, & *branchialis* nec non ACTIPENSER.





TRIBVS XI.

EDWARDI. (*Aves.*)

Animalia calida, vocalia, maxillis elongatis rostrata, plumis vestita; alis binis, volitantibus; pedibus duobus, articulatis, digitatis: digitis 2 - 4), unguiculatis, liberis aut membrana connexis. His quoque pulmones & ossa a musculis, nervisque distincta, at dentes mobiles nulli, ut nec serotum, uterus, diaphragma, epiglotis, vesicula fellea.

Ova ponunt, his incubant, paucissimis exceptis, donec prodeat Pullus nutriendus oblato, proiecto, intruso aut propria industria lecto cibo. Prolificant in nido rudi, elaborato, terrestri, natante, elevato, suspenso, adfixo, mollioribus interne vestito, miroque artificio sæpe constructo.

Transitus *Amphibiorum* in Aves per PEGASVM, non fit absque saltu. Adfinitatem tamen Aves inter & Pisces ostendit & brevitates intestinorum, utrique Classi communis; ac cerebrum Amphibiorum quorundam, nulli magis, quam Avium simile; nec non genitate femineum Ranæ patens in cloacam extremi intestini, ut in Avibus.

Aves quædam hybernant, aliæ permanent in loco natali, at plures migrant ad loca hinc plus, minus remota, interdiu, vesperi, noctu, a solstitio æstivo usque ad brumam, solitariae, gregariae, volatu muto aut vocali, recto aut undato, redeuntque viduæ aut coniugatae ab æquinoctio verno usque ad solstitium æstivum. *In his locis* (ait Cl. WHITE in litteris e *Gibraltar* ad me datis) *a Littoribus africanis haud longe remotis Avium omnium fere Ordinum migrationes quotannis obser-*

observantur. Accipitrum exercitus re vera mirabilis ad littora nostra iter facit vernali tempore, rursusque cum progenie sua numerosissima ad Africam autumnii mensibus redit.

LANIVS *Excubitor*, collurio CORACIAS *Oriolus*, CVCVLVS *canorus*, IVNX *Torquilla*, VPVPA *Epops*, MEROPS *Apiaster*, PHOENICOPTERVVS *ruber*, HIRVND *rustica*, *urbica*, *Melba*, *Apus*, CAPRIMVLGVVS, *iisdem legibus obtemperant.* ANATVM *ingens cohors*, MERGVVS *serrator*, ALCA *Torda*, *atra*, *Puffinus*, PROCELLARIA *Puffinus*, PELECANVS *Carbo*, COLYMBVS *auritus*, LARVS *ridibundus*, *Hirundo*, *sterna*, *fissipes*, ARDEA *Nocticorax*, *stellaris*, *alba*, *minuta*. SCOLOPAX, TRINGAE, CHARADRII, FVLICAE, HAEMATOPVS *ostralegus*, TETRAO *Coturnix*, HIRVND *rupestris*. Hæ omnes ad nos accedunt Mensibus Octobr. & Novembr. rursusque ineunte vere ad alias regiones abeunt.

Monogamiam exercent multæ, aliæ polygamiam. Vegetabilibus nutriuntur aliquæ, quædam carnivoræ, aliæ insectiveræ. Variant quoque coloribus iuxta Anni tempus, ætatem, sexum, clima, quod probe notandum, ne introducantur characteres generici ac specifici spurii, aut Varietates pro speciebus adsumantur.

Miranda ecstasis æstuantis VROGALLI, vox *Luscinia*, nidificatio PENDVLINI, Horreum CORVI *Cacotratis*, tolerantia frigoris in parvula SYLVIA *Regulo*, & *Traglodite*, rixa TRINGAE *pugnacis*, toga PARIDISAEAE, libido FRINGILLAE *Passeris*, solertia HIRVNDINVM, cursus STRVTIONIS.

Partes præcipuæ, quæ Avis corpus constituunt, sunt *Caput*, *Truncus*, *Artus*.



CAPUT constat *Bulbo, Roſtro & Collo.*

Bulbi partes ſunt

Frons regio roſtro proxima,

Vertex — ſuprema fronti con-
tigua.

Occiput — collum inter & ver-
ticem.

Tempora — oculos inter & aures,

Genæ — oculos inter & gulam,

Oculi bini.

Aures abſque auriculis.

Roſtrum ſ. *Mandibulæ* binæ, incumben-
tes, porrectæ, nudæ, corneæ,
ſerratæ, edentatæ, craſſæ, te-
nues, æquales, inæquales: *ſu-
per.* convexa, adunca, mobili,
immobili,

— *ſuperiore* convexa, adunca, mobi-
li, immobili, ungue aucta, ad
cuius baſim.

Capiſtrum ſ. plumæ in *Myſtaces*
ſæpe elongatæ.

Cera ſ. membrana lævis, alterius
coloris, ad baſim roſtri, in
*FALCONE, PSITTACO, ANA-
TE, CRAXE.*

Nares apertæ, tubuloſæ, teſtæ,
ſemiteſtæ,

— *inferiore* concava, bicurri, mobi-
li, acuta, truncata, in qua

Lingua carnoſa, cartilaginea, acu-
ta, truncata, emarginata,
plana, canaliculata, ciliata,
baſi dentata,

Collum



Collum elevans caput a Trunco, in quo
Gula s. regio prope mandibulam
 inferiorem.

Iugulum gulæ proximum.

Declive posticum, Caput inter &
 Truncum.

TRUNCVS, cuius partes superiores.

Dorsum, s. regio supera.

Pectus — infera aut antica ad
 abdomen usque extensa.

Hypochondria — lateralis, alis tecta.
 inferiores.

Abdomen nullo osse munitum, molle.

Anus sub Vropygio genitalibus com-
 munis.

Crissus terminalis.

ARTVS s. *Alæ*, *Pedes*, *Cauda*.

Alæ binæ, articulatae, plerisque pen-
 natae; pennis triplicibus,
 longioribus. *Remiges primariae*.
 brevioribus. — *secundariae*,
 quæ alterius coloris in me-
 dio alæ, speculum constitu-
 unt in ANATE.

minimis, Plumæ tetrices.

Pedes bini, quorum organa

Femur musculosum, plumis ubi-
 que, aut parte aliqua tectum.

Tibia tendinea, cylindracea, sæ-
 pius nuda, antrorsum ubi-
 que, aut alicubi reticulata,
 aut scutata.

Digiti sæpius unguiculati, inæ-
 quales, subtus plus, minus
 callosi, superne reticulati, aut
 plumosi, sæpius quaterni.



Cauda macroura f. longa,
brachiura f. brevis, con-
stans

Rectricibus æqualibus, inæqua-
libus; unde *Cauda* truncata,
rotundata, furcata, cunei-
formis.

Tectricibus priores ad basim te-
gentibus.

Notas genericas dant *Rostrum*, *Lingua*, *Na-
res*, *Cera*, *Caruncula*, *Pedes* aliæque partes
tam denudatæ, quam tectæ.

Ornithologi ætatis nostræ præcipui BRIS-
SONUS, EDWARDUS, LINNAEUS, BRÜNNICHUS,
nec non WILLUGHBIUS, FRISCHUS, HALLE-
NUS, ALBINUS, CATESBIUS, KRAMERUS.

G E N S I.

Tibiis reticulatis.

Tegmen Tibiarum reticulatum, f. ad genua,
aut ubique, divisum in areas plures, polygonas.

D I V I S I O I.

VRINATORES.

Alæ plerisque inpenes, hinc remigio magis,
quam volatui aptæ. Rostrum compressum, con-
vexum. Pedes tridactyli, posticæ corporis par-
ti adfixi; digitis palmatis. *Cauda* brevis. Vox
vix ulla. Victus ex Piscibus.

*336. CATARACTES. BRISSON. Rostrum sub-
cultratum. Alæ inpenes, pinniformes,
subsquamosæ. Nares lineares. *Cauda* ri-
gida.

PHAETON *demersus* LINN.

- †337. DIOMEDEA. Mandibula superior apice adunca, inferior integra. Alæ inpennes, pinniformes, membranaceæ.

DIOMEDEA *demersa* LINN. *Penguinus* BRUNNICH.

- *338. SPHENISCVS. BRUNNICH. Mandibula inferior truncata. Alæ volatui ineptæ.

339. COLYMBVS. Rostrum rectum, subulatum, acutum. Faux dentata. Tibiæ margo posticus denticulatus. Digiti semipalmati, alati.

DIVISIO II.

PALMIPEDES.

Alæ volatui idoneæ. Pedes paulo extra æquilibrium, unde incessus gravis. Digiti antici, tres, membrana ad unguem usque connexi, natatorii. Victus ex Piscibus larvisque Insectorum aquatilibus.

- *340. VRIA. BRISSON. Pedum situs fere ut in COLYMBO, at Tibiæ pone edentatæ, & digiti omnino palmati.

COLYMBVS LINN.

341. ALCA. Rostrum edentatum, compressum; mandibula superiore apice adunca, inferiore truncata; utraque, aut alterutra margine gibba. Nares oblongæ, prope marginem mandibulæ inferioris. Alæ pennatæ, PALLAS.

342. RHYNCOPS. Rostrum edentatum, nullibi sulcatum, maxilla inferiore longiore, truncata. Digiti tres, antici.

- *343. AVOCETTA. GESNER. Rostrum edentatum, tenue, longum, sursum flexum; apice flexili. Digiti tres, antici.

- *344. ANHINGA. MARCGRAV. Rostrum edentatum, rectum. Saccus ad gulam nullus. Digiti antici quatuor.



- *345. **ONOCROTALVS.** GESN. Rostrum edentatum; mandibulæ inferioris cute in faccum producta, superiore apice adunca, digiti antici quatuor.
- †346. **PELECANVS.** Rostrum apice aduncum. Saccus ad gulam nullus. Cauda rotundata, aut forcipata. Digiti antici quatuor.
- *347. **SVLA.** BRISSON. diversa ab **ONOCROTALO** defectu sacci gularis, a **PELECANO** rostro ferrato, & cauda cuneiformi.
- *348. **PLOTTVS.** KLEIN. Rostrum dentatum, rectum. Digiti antici quatuor.
349. **PHAETON.** Rostrum ferratum, apice aduncum. Nares in medio rostri. Caudæ rectrices duæ corpore longiores. Digiti antici quatuor.
350. **MERGVVS.** Rostrum ferratum, attenuatum, apice aduncum, squama ossea auctum in **MERGIS** nonnullis. Digiti antici tres.
351. **ANAS.** Rostrum dentatum, ad cuius apicem quasi adglutinata adest squama ossea, levis, elliptica. Digiti antici tres.
352. **PHOENICOPTERVVS.** Rostrum denticulatum, curvum, crassum. Lingua crassa. Pedes longissimi.
353. **PLATALEA.** Rostri apex dilatatus, orbiculatus, planus. Digiti tres, semipalmati.
354. **PROCELLARIA.** Rostrum edentatum, apice aduncum. Nares tubulosæ, prominentes.
- †355. **LARVS.** Rostrum edentatum, rectum; maxilla inferiore gibba. **STERNA LINN.**

DIVISIO III.

LONGIPEDES.

Pedes longi, cursorii, ad genua inplumes, ut in **PHOENICOPTERO**, **PROCELLARIA**, **LARA**, excepta

cepta SCOLOPACE *rusticola*. Victus ex Animalibus
aquaticis, Insectis, Vegetabilibus.

ORDO I.

Digitis omnibus, aut binis tantum, basi con-
nexis.

- * 356. TRACHELIA. Scop. Rostrum conicum,
apice incurvum. Digitus posticus rectus.
Cauda forcipata, ut in LARIS nonnullis.
Pratincola KRAMER. *Hirundo* LINN.
- 357. CHARADIAS. Rostrum capite vix longius,
rectum, prope apicem crassius, quam ad
basim.
- 358. HAEMATOPVS. Rostrum compressum,
capite vix longius, rectum, attenuatum.
Digitus posticus nullus.
- 359. TRINGA. Rostrum capite vix longius, te-
nue. Digiti duo tantum, basi palmati.
TRINGA Vanellus rostri mandibulis versus api-
cem subgibbis.
- 360. ARDEA. Rostrum compressum, rectum,
attenuatum. Digitus posticus rectus.
ARDEAE Genua nuda.
CICONIAE oculi orbita nigra.
MYCTERIAE frons nuda.
- * 361. ANHIMA. MARCGRAV. Rostrum modice
curvum, capite haud longius. Alæ calca-
ratae. Frons cornuta.
- * 362. CARIAMA. MARCGRAV. Rostrum ANHI-
MAE, sed alæ inerimes, & frons cristata.
Genus *Palamedeae* LINN. Marcgraviana hæc
Genera in unum coniungit.
- 363. TANTALVS. Rostrum longum, arcuatum.
teretiufculum. Genæ nudæ. Cauda trun-
cata. Digitus posticus rectus.



- *364. NVMENIVS. BRISSON. Genæ plumosæ.
Rostrum longum, arcuatum, subteres.
Cauda apice truncata. Digitus posticus
parvus, deflexus.

SCOLOPAX I - 4). LINN.

ORDO II.

Digitis omnibus liberis.

- †365. SCOLOPAX. Rostrum longum, rectum,
teretiusculum. Cauda brevis, attenuata,
apice rotundata. Digitus posticus parvus.
366. RALLVS. Rostrum rectum; mandibula in-
feriore prope apicem quandoque gibbo-
sula. Digitus medius Tibiæ subæqualis,
posticus segmentis 6 - 8).
367. FVLICA. Rostrum rectum, mandibula in-
feriore ad apicem gibbosula. Frons calva,
colorata. Digitus medius tibia longior,
posticus segmentis 12), omnibus margi-
natis, aut membrana lobata alatis.
368. PARRA. Rostrum rectum. Nares in medio.
Frons carunculata.
369. CANCROMA. Rostrum crassius ac in aliis
longipedibus, idemque gibbosum. Digiti
antici quatuor.
370. PSOPHIA. Rostrum conoideum, fere ut in
OTI, mandibula superiore longiore. Na-
res oblongo - lineares. Callus sub digito
postico.
371. OTIS. Rostrum modice incurvum. Nares
ovatæ. Alæ volatui minus aptæ. Pedes
tridactyli, cursorii, absque digito postico.
372. STRVTHIO. Rostrum conicum, breve,
Nares ovatæ. Alæ sine rectricibus, hinc
volatui ineptæ. Pedes cursorii. Digiti 2-
3), absque postico.

Gallinis

Gallinis accedit ovis numerosis, robore corporis, digestionē facili, cursu, statione procul ab aquis.

D I V I S I O IV.

GALLINAE.

Plerisque Nares membrana fornicatæ. Pedes cursorii, validi. Tibiæ omnino reticulatæ. Remiges primariæ maiores sæpius arcuatæ. Digiti subtus callosi.

Gens valida, vigil, sapida carne, volatu recto, ovis numerosis, voce inamœna, nido plerisque terrestri.

373. DIDVS. Rostrum medio coarctatum, rugosum. Mandibulæ utriusque apex inflexus. Alæ volatui ineptæ, rectrices circinatæ, ut in STRUTHIONE.
374. PAVO. Rostrum conicum, apice incurvum. Caput pennis cristatum. Pennæ uropigii elongatæ, ocellatæ.
375. MELEAGRIS. Rostrum PAVONIS, sed Caput carunculatum. Palea gutturalis unica.
376. CRAX. Rostrum bali ceratum. Mandibula Maris tumore fungiformi. Pennæ capitis revolutæ.
377. PHASIANVS. Genæ subnudæ. Palea gutturalis. Tibiæ Maris spina ossea calcaratæ.
378. NVMIDA. Rostrum PHASIANI, at cera spuria testum. Palearia carunculata, aut plica ad angulos oris. Tibiæ in omni sexu inermes.
379. COLVMBÆ. Rostrum rectum, apice deflexum. Membrana narium mollis, tumida. Tibiæ breves.

Removenda a Passeribus ob Tibias reticulatas, & nares semiclausas.



380. **TETRAO.** Rostrum conicum, convexum; apice incurvum. Mandibula superior, aut supercilia papillosa. Cauda brevis.

* 381. **VROGALLVS. GESNER.** Supercilia papillosa ut in **TETRAONE**, sed Rostrum **STRIGIS**, margine inflexum; mandibula inferiore minime truncata. Nares plumis tectæ. Pedes lanati. Cauda longa.

D I V I S I O V.

RAPACES.

Sordidæ, carnivoræ; rostro valido, dente uno aut pluribus notato; nido rudi elevato.

382. **STRIX.** Rostrum aduncum, setis pennaceis ad basim, ceræ loco tectum. Aures amplæ, capillitio obtectæ. Pedes lanati.

Noctu evolat, stridet, ivata peculiarem sonum edit.

383. **FALCO.** Rostrum aduncum, basi cera tectum. Avis noctu latens, interdium circumvolans, sibilans.

384. **VULTR.** Rostrum mandibula superior recta, dein adunca. Caput antice denudatum.

385. **BVCEROS.** Rostrum magnum, ferratum, incurvum. Frons nuda, osseo-gibbosa.

386. **RAMPHASTROS.** Rostrum magnum, ferratum, incurvum, inane. Lingua pennacea.

D I V I S I O VI.

PSITTACEAE.

Et hisce Rostrum validum, at in **PSITTACO** accipitrinum, basi ceratum. Nares rotundatæ, aut ovatæ. Digiti antici duo, postici totidem. Nidus intra foramina Arborum.

387. **BVPHAGA.** Rostrum crassum, rectum. extrorsum gibbosius, subtetragonum, obtusum, breve. Cauda cuneiformis.

Si Tibiæ scutatæ, locanda erit inter **MEROPEM**, & **ORIOLV**M.

388. **CROTOPHAGA.** Rostrum arcuatum, compressum, dorso carinatum. Nares ovatæ.

389. **PSITTACVS.** Rostrum aduncum; maxilla superiore mobili, inferiore obtusa. Nares rotundatæ.

Scandit rostro & pedibus, frequenti descensu adscensuque arborem denique interimens.

G E N S II.

Tibiis scutatis.

Tibiarum pars anterior ubique testâ segmentis, seu annulis inæqualibus, ab uno sulco laterali ad aliud extensis.

D I V I S I O I.

NEGLECTÆ.

Ita dictæ, ob rudiorem, quem nobis præbent, cibum. His rostrum tenuius ac in *Psittaceis* & *Rapacibus*, voxque inamœna. Neglectarum primæ **TROGON**, & **CVRVI** **ROSTRA** scandens rostro ut **PSITTACVS**, cui succedunt aliæ scandentes pedibus, dein aliæ ambulantes, quarum prima **PARVS**, naribus setosis, ut **SITA** & **CORVUS**, dein cæteræ quarum agmen claudit **TROCHILVS**, cui proximæ **SYLVIAE** pumillæ.

O R D O I.

Scandentes.

390. **TROGON.** Rostrum aduncum, ferratum, capite brevius.

* 391.



- *391. *CURVIOSTRA*. SCOP. Rostrum crassum; mandibula superiore deorsum, inferiore fursum flexa.

LOXIA Curvirostra LINN.

Rostrum scandit, Strobilum unguibus tenet & ori admovet, garrula & gregaria, coloribus varians, ut *PSITTACVS*.

392. *CERTHIA*. Rostrum tenue, modice arcuatum, tibiis longius, acutum. Lingua subbifida. Digiti antici bini.

- *393. *GALBVLA*. WILLVGB. Rostrum rectum, attenuatum, subtetragonum. Lingua brevis. Digiti antici tres.

ORIOLVVS Galbula LINN.

394. *CVCVLVS*. Rostrum eultratum; utraque mandibula modice incurva. Nares marginatae. Digiti antici duo.

Pullum ex ovo a *MOTACILLA alba* exclusum vidi.

395. *YVNX*. Rostrum rectum, acutum. Lingua lumbriciformis, exerenda. Digiti antici duo.

396. *PICVS*. Rostrum prioris, sed validius, & dorso acutum. Lingua & Digiti duo, *Torquillæ*, sed cauda rigidior, bulbusque capitis crassior.

397. *SITTA*. Rostrum fere *Pici*, at nares setis tectæ, & Digiti antici tres.

398. *BVCCO*. Rostrum breve, teretiusculum, basi setis tectum. Rictus oris amplus.

ORDO II.

Ambulantes.

a) *Naribus tectis.*

399. *VPVPA*. Rostrum *CERTHIAE*, at Lingua integerrima, & Pedes ambulatorii.

400. MANACVS. BRISSON. Rostrum breve. Pili ad nares & oris angulos. Cauda brevis; rectricibus 10).
401. PARVS. Rostrum rectum, subulatum. Lingua truncata, fetis ciliata.
402. CORVUS. Rostrum rectum validum convexum. Nares fetis aut plummis tectæ. Lingua bifida.
403. LANIVS. Rostrum incurvum; mandibula superiore ad apicem denticulo notata, ut in FALCONE, a quo remouent Tibiæ, Vox, Nutrimentum, Nidificatio, Volatus, Corpus purum, aliaque.
404. AMPELIS. Rostrum rectum, convexum. Lingua bifida. Nares, saltem in A. *Garulo*, fetis tectæ.

b) *Naribus patulis.*

405. CORACIAS. Rostrum & Lingua Corvi; at nares nudæ.
406. GRACVLA. Rostrum & Digiti ut in Corvo at Lingua integra.
407. PARADISAEA. Rostrum apice marginatum. Capistrum plumosum, longe extensum. Digiti antici tres; postico crassiore. Tibiæ obscure scutatae.
408. MEROPS. Rostrum modice arcuatum, angulato - compressum. Lingua apice lacinata.
409. ORIOLVS. Rostrum rectum, modice convexum. Lingua bifida. Nares oblongæ.
- * 410. XANTHORNVS. BROWN. Rostrum rectum, acutissimum, convexum; integro, & in frontem excurrente angulo corneo. Nares parvæ, ad basim rostri. Lingua bifida. Digiti antici tres. PALLAS.



411. **ALCEDO.** Rostrum rectum, angulatum. Lingua brevis acuta. Nares angustae, ad dorsum rostri. Digitus medius subpalmat. Cauda brevis.
412. **TODVS.** Rostrum tenuius, ac in **ALCEDINE**, obtusum, depressum, basi setosum; setis patulis.
413. **TROCHILVS.** Rostrum valde tenue, apice tubulosum. Lingua filiformis, tubulosa, ex binis filis coalitis.

D I V I S I O II.

C A N O R A E.

Gens garrula, cantillans, pinguescens, gratum cibum suppeditans; rostro recto; naribus oblongis, prope basim rostri; pedibus tetradactylis: digitis anticis tribus; ovis saepius quinis.

O R D O I.

Tenuirostres.

- † 414. **SYLVIA.** Scop. Denticulus ad apicem Mandibulae nullus. Vibrissae nullae. Volatus mutus.
415. **MVSCICAPA.** Os vibrissis instructum. Rostrum depressum.
416. **TVRDVS.** Tibiae scutis duobus prope digitos, alibi nullis.
417. **STVRNVS.** Nares ellipticae, superne marginatae. Tibiae scutis octo.
- † 418. **MOTACILLA.** Denticulus ad apicem mandibulae. Cauda motatoria. Volatus vocalis. Nidus terrestris.
419. **ALAVDA.** Digitus posticus ungue proprio non longior. Nares setulis tectae.

O R D O II.

Crassirostres.

- †420. EMBERIZA. Rostrum ad latera modice compressum, versus apicem protinus attenuatum.
421. LOXIA. Rostrum lateraliter non compressum, & tam crassum, ut fere angulum rectum constituat.
- †422. FRINGILLA. Rostrum sensim convergens, lateraliter non compressum, minusque crassum, ac in LOXIA. Avis gregaria.
423. TANAGRA. Rostrum basi subtrigonum, apice declive.
- *424. COLLVS. BRÜNNICH. Rostrum conicum, apice aduncum.

D I V I S I O III.

BREVIPEDES.

Rostrum breve, depressum, apice incurvum. Rictus amplus. Nares patulæ. Pedes breves, gressui inepti. Cantus rudis, aut nullus.

- *425. APVS. BELLON. Alæ arcuatæ, ultra caudam sedentis extensæ. Nares ellipticæ, duplicatura in exteriori cantho instructæ. Mandibula utraque apice deflexa. Digiti quatuor, omnes antici.

HIRVND *Apus*. LINN.

426. CAPRIMVLGVS. Dens obsoletus ad apicem Mandibulæ superioris. Vibrissæ marginales, utrinque septem.
- †427. HIRVND. Dens rostri nullus. Vibrissæ nullæ. Tibiæ nudæ, & plumosæ.

Hybernatur etiam in Africa supra arenam, & tecta domorum, ADANSON. inter Europæ Carices, & Arundines PONTOPIDAN. KLEIN.



LECHE. a me vero in cava arbore inventa,
quæ in calefacto cubiculo evigilavit, dein
periit.

Vsvs. Aves edules, inprimis TETRAONES,
PHASIANI, horumque Pulli, Ova, & ca-
strati Mares, nec non ANATES, SCOLOPA-
CES, FVLICAE, ac *Canoræ* omnes, infidiis
ideo maxime expositæ; ut patet ex tam va-
riis eas venandi & capiendi modis. Has
voluit Natura, ut fœtida eliminent CORVI,
Amphibia destruant ARDEAE & FALCONES,
arbores disseminet TVRDVS cum CVRVI-
ROSTRA. Sylvarum squallorem leniant *Ca-
noræ*, & Insecta extirpent aliæ. MELEA-
GRIS *Gallopavo* iunior devastat in hortis lar-
vas Lepidopterorum Brassicæ infensas.



TRIBVS XII.

KLEINII. (*Mammalia*.)

Cor biloculare, calidum. Pulmones respirantes, ut in *Avibus*; sed *Mammæ* lactantes in femina vivipara, ac genitalium & viscerum internorum longe alia fabrica. *Quadrupedibus* artus a trunco & capite distincti, plerisque articulati. Cetaceis vero pinnæ natatoriæ.

Magno ecquidem hiatu distant, *Aves* a *Mammalibus*, quibus *Amphibia* spuria, ex statione & habitu, *Cetaceis* propiora viderentur; sed non potui separare Animalia calida a frigidis, nec *Aves Insectis* ideo adiungere, quod utraque tribus ovipara sit, & SPHINX nectar hauriat e floribus ut TROCHILVS.

Heu quam polymorpha in his Natura! quædam propria facie distincta, nonnulla Piscibus, alia Homini similia. Sunt aquatilia, terrestria, amphibia, volitantia. His tegmen nudum, iis pilosum, his maxillæ dentatæ, aliis edentulæ; quibusdam artuum fines ungula tecti, aliis unguibus armati. Statio quoque, statura, vox, sua fere cuique. Quædam carnivora, agilia, inquieta, solitaria; alia phythophaga, insectivora polyphaga, ignava, gregaria. Ruminant aliqua, alia minime. Hybernant non pauca, persistunt nonnulla, alia cuniculos inhabitant, dum cetera domicilio destituta incerta lege vagantur, noctu, aut interdiu, Animalibus aliis, aut Vegetantibus infensa.

Horum Scientia ex ovo ordienda secundum cuiusque descriptionem, diætam, æconomiam, ut ex Historia fines Creatoris eruantur. LINN.



Hinc Gentium characteres ex structura, statione, proprietatibus; generici vero ex dentibus, auriculis, ore, pedibus, caudaque inprimis desumendi.

Hanc Zoologiæ partem illustrarunt hoc ævo BRISSONIVS, GRONOVIVS, LINNAEVS, AVBENTONVS, BRÜNNICHIVS, PALLAS, HALLENIVS, post inventa GESNERI, ALDROVANDI, RAII, BELLONII, MARCGRAVII, CATESBEII, PISONIS, SEBAE, aliorumque.

G E N S I.

Cetacea.

Mammalia heteroclita, ichthiomorpha, pelagica, nuda, plagiura, macrocephala, gigantea quaedam, instructa fistula verticali aquam spirante.

Hæc inter sese differunt fistularum situ, & numero; capitis, maxillarum, labiorumque forma; dentium substantia, magnitudine, figura, lingua, rictu, oculis, pinnarum situ, genitalium fabrica, pariendi lactandique modo, structura interna.

428. **BALENA.** Maxilla superior laminis corneis dentium loco instructa. Fistula duplex verticalis.
429. **PHYSETER.** Maxilla inferior dentata. Fistula unica, verticalis.
430. **MONODON.** Maxilla superior dentata; dente unico, aut duobus, rectis, longissimis. Fistula unica.
431. **DELPHINVS.** Maxilla utraque dentata. Fistula unica.

G E N S II.

Quadrupedia.

Mammalia pilosa ; maxilla inferiore mobili ; artubus plerisque articulatis ; pedum extremitatibus denudatis, unguulatis, unguiculatis.

Horum quoque partes præcipuæ sunt *Caput*, *Truncus*, & *Artus*.

Caput porrectum, aut deflexum, in quo *Nares* carunculatæ, cristatæ, prominulæ, approximatae, marginatæ, rotundatæ, truncatæ, obtusæ, nudæ, pilosæ.

Lingua teres, plana, acuta, rotundata, lævis, scabra, ciliata, extensilis.

Labia integra, fissa, simplicia, geminata, varicosa, glabra.

Dentes nulli utrinque aut præsentés in unica, vel utraque maxilla, triplices nempe.

Incisores s. *Primores*, antichi, remoti, approximati, solitarii, conferti, distincti, duplicati, porrecti, paralleli, erecti, recumbentes, æquales, inæquales, elongati, obtusi, subulati, cuneati, lobati, bifidi, spatiformes.

Canini, s. *Laniarii* medii, primores inter & molares, longi, breves, solitarii,



approximati, acuti, obtusi, incurvati, conici, elongati.

Molares, lobati, tricuspidati, denticulati, truncati.

Mystaces, f. pili longiores & crassiores ad Os, Oculos, Genas.

Cornua nulla, aut praesentia, simplicia, ramosa, cava, integra, teretia, compressa, palmata, rugosa, laevia, scabra, carinata, annulata, recta, recurva, erecta, lunata, intorta, arcuata, depressa, uncinata, divaricata, resupinata, breviva, longa.

Auriculæ nullæ, praesentes, parvæ, maiores, erectæ, pendulæ, rotundatæ, oblongæ, simplices, duplicatæ.

Palearia laxa, pilosa.

Truncus inermis, cataphractus, aculeatus, lineatus, virgatus, fasciatus, maculatus, ocellatus, varie coloratus.

Dorsò lævi, tophoso, gibbo, setoso, cistifero.

Artus f. Pedes & Cauda plerisque.

Pedes distincti, coaliti, natatorii, gressorii, plerisque quaterni f. antici palmis, & postici plantis instructi, digitati; digitis liberis, aut membrana connexis; ungui-

unguiculati, aut ungulati :
ungula unica, duplici,
multiplici.

Cauda e vertebrae multiplicatis, ex-
teriorum minoribus, nul-
la praesens, abbreviata,
mediocris, longa, nu-
da, pilosa, comosa, floc-
cosa, pennicilliformis,
flabelliformis, disticha,
recta, incurva, recurva,
intorta &c.

Ordines quadrupedum 1) a Pedibus ungula-
latis, aut unguiculatis,

RAII, KLEINII, HALLENI, BRVN-
NICHII.

2) a Dentibus, LINNAEI.

3) a Pedibus & Dentibus simul
BRISSONII.


Sed leges adfinitatum obstant ne HIPPOPO-
TAMVS a PHOCA, VESPERTILIO a NOCTI-
LIONE, RHINOCEROS ab ELEPHANTE divel-
lantur, & in unum agmen coeant aquati-
lia cum terrestribus, CANIS cum PHO-
CA &c.

Hinc mihi Ordines erunt sequentes.

DIVISIO I.

AQUATILIA,

Mammalia amphibia aut subamphibia, Ce-
taceis proxima, auriculis nullis, aut par-
vis instructa, dentata, aut edentata, pe-
dibus inermibus, ungulatis, unguiculatis,
natatoriis.



- *432. MANATVS. RONDELET. Pedes postici connati, pinnam referentes; antici pentadactyli. Auriculæ nullæ. Dentes lanarii tecti.

TRICHECHVS *Manatus* LINN.

- *433. PVSA. SCOP. Pedes antici unguiculati, postici connati in pinnam sexlobam, ad quorum originem superne exit pinna lanceolata, horizontalis. Dentes incisores quatuor, canini supra sex, infra quatuor. Auriculæ nullæ. Pili breves.

Descriptionem & iconem dedit Cl. MÜLLERVS S. N. *Tom. I. Tab. XI. fig. 6.*

434. PHOCA. Pedes postici mutici, pinnæformes, distincti. Cauda intermedia, brevis. Pedes antici breves, incurvi. Caput collo crassius. Labium superius setosum. Auriculæ nullæ.

P. ursina gregaria, zelothypa, æstate abstemia, velocissime natans, bellicosa, provida, solers.

P. leonina mugiens, unipara, ut prior, æstate dormit adulta, irata stridet dentibus, certat cum hoste.

P. vitulina pinquescens; cranio tenui, cruore viscido; ventriculo duplici.

- *435. ROSMARVS. GESN. Pedes quatuor distincti. Dentes canini superiores deorsum longe exerti. Labium superius setosum, Auriculæ nullæ.

TRICHECHVS *Rosmarus* LINN.

Vicitat testaceis, defixis sese promovens dentibus.

- *436. LVTRA. RAIL. Pedes quatuor distincti. Digni palmati. Auriculæ parvæ. Cauda setosa.

MVSTELLA *Lutris, Lutra, Lutreola.* LINN.

LVTRA victitat Piscibus, Cancris, excavat in littore sub radice cuniculum, parit proles sæpius 4), gerit utero dies circiter 63). Huic scrotum ut in Cane, & folliculi duo ad anum, olidum, densumque humorem plorantes. Inde adfinitas cum **CASTORE**, & **MVSTELLA**, non ea tamen, ut ideo tantum ab hac dividi non possit, cum & alia Animalia odoratum succum cystide propria, aut sinu inclusum gerant, ut **MOSCHVS**, **SVS Taiacu**, **ANTILOPE Cervicapra**.

437. **CASTOR**. Pedes quatuor distincti. Digiti palmati. Auriculæ parvæ, rotundatæ. Cauda nuda, compressa.

Aggerem exstruit, restaurat, cauda confirmat, aut cuniculum fodit in littore, in quo parit. Devastat arbores, gerit utero dies circiter 112), parit proles etiam 12). Ad anum Castoris folliculi, in quibus succus suaveolens, mellei coloris. Testes reconditi.

- * 438. **HYDROCHAERIS**. BRÜNNICH. Animal proboscideum, barbatum; capite canino; pedibus digitatis; palmatis; cauda nulla; auriculis brevibus; dentibus caninis nullis.

Habitat in Piscinis, noctu exit, sedet super postica, ut **SIMIA**; hinc a **SVE** diversissimum.

439. **HIPPOPOTAMVS**. Pedum digiti quatuor, solea unguulati. Labia crassa, obtusa. Corpus nudum, etiam 3000 lb. Auriculæ parvæ, rotundæ. Maxilla infer. dentibus fenis: lateralibus ultimis maioribus; molares utrinque septem.



Vicitat Plantis, pinquescit adultus, parit in
sicco proles binas. Huic cauda brevis, ut
in ELEPHATE, apice setosa.

DIVISIO II.

TERRESTRIA.

ORDO I.

Ungulata.

**) Non ruminantia.*

440. ELEPHAS. Dentes primores nulli, canini superiores elongati. Proboscis longa, flexilis. Auriculæ latæ, pendulæ, longæ. Pedes antici pentadactyli, postici tetradactyli. Digiti solea ungulati.

Animal inter Quadrupedia hucusque cognita maximum; corpore subnudo; pene piloso; testiculis parvis; absque scroto & vesicula fellea.

441. RHINOCEROS. ELEPHATI proximus; corpore pedibusque crassis, cute crassa & nuda; cauda pendula; ungulis pluribus: at diversus cornu nasali, conico, simplici, aut duplici, labio superiore propendente, extensili, auriculis caudaque pilosis.

Vicitat Herbis, grunit, seque in cœno volutat, ut SVS, terram revolvit, lambendo enecat. Dentes primores utrinque bini, canini nulli.

- * 442. TAPIRVS. BRÜNNICH. Corpus pilosum. Nasus inermis. Pedes antici ungulis quatuor, postici tribus. Statura BOVIS, Habitus SVS. *Tapyerete* MARCGRAV.

443. SVS. Caput conicum, apice truncatum & marginatum. Laniarii inferiores exerti.

SVS

Sus *Scrofa* gruniens ; Mas *Verres*. FEMINA *Scrofa*, *castratus Maialis* ; mammis 10 - 12) & pluribus, pinguescens, omnivorus, sese in cœno volutat, fricat ad truncum, terram revolvit querendo radices, cito pinguescit *Lichene islandico*, gerit utero menses 4), parit proles 8 - 16.

Grex integra Svis *Scrofa* ungula unica, eaque in nonnullis ferrea solea munita, naso latiore ac multo crassius marginato, ac in nostris, ex *Tracia Schemnicium* nuper venit, cuius pedem anticum & posticum etiamnum possideo.

444. EQVVS. Ungula unica. Dentes primores utrinque sex.


E. *Caballus* hinniens, vivax, edoctus trahit, portat, regitur freno, nutritur gramine, propagatur feliciter repetita copula electi Maris, gerit utero paulo ultra Menses 11), stando parit, conservatur stalla salubri, cella solitaria, alimento idoneo ac tempestivo, frictione, potu puro, læditur *Pbellandvio*, potu frigidaë in æstu, solea male clavata, *Conope*, cursu nimio, *Oestro* ; laborat tumore colli, dente lupino, rana, plethora, mucosali, colica, ischuria, scabie, orthopnæa, tartaro pedum &c.

E. *Asinus* ragians, adultior pilos deponit, misere victitat, maiali venere gaudet, regitur baculo.

Ex hoc & Eavo hybridus *Mullus*.

**) *Ruminantia*.

Ventriculo quadriloculari in *Camelo*, quadruplici in aliis, nempe *Rumine* amplo *Reticulo* angusto, *Omaso* plicato, *Abomaso* chilifero.



445. CAMELVS. Incisores inferiores sex. Labium superius elongatum fissum. Cornua nulla. Pedes didactyli. Penis retrorsum tendens.

Viscera fere ut in Eævo, cui similis statura & usu æconomico.

446. GIRAFFA. BRISSON. Incisores inferiores octo. Cornua indivisa, antice flexa. Labium superius ultra inferius dependens. Cauda tenuis, apice setosa, brevis. Vterque sexus cornutus. Collum longum, tenue. Pedes postici breviores,

447. CERVVS. Cornua ramosa, annua, corio villoso tecta. Cystis biliaria nulla.

- * 448. ANTILOPE. PALLAS. Cornua persistencia. Ungulæ spuria, parvæ. Cystis biliaria. Os cordis nullum.

Differt a CAPRA pilo cervino, habitu, cornuum situ, figura ac substantia plerumque nigra & opaca.

CAPRA *Rupicapra*, *tartarica*, *Dorcas*, *bezoartica*, *Cervicapra*. LINN.

449. CAPRA. Cornua, concava, non annulata. Sinus lacrymalis nullus. Dentes canini nulli, incisores octo. Cauda brevis.

Delectatur gemmis arborum, hinc Sylvis infensa.

450. OVIS. Cornua concava, complanata, rugosa. Dentes Capræ, at tegmen lanigerum, & Cauda longior.

Animal timidum, ballans, siccioris pabuli cupidum, rarius potans. Mas *Aries*, Femina *Vervex*, Proles *Agnus*, immensæ utilitatis ex lacte, caseo, lana, carne, corio, fimo. Colitur delectu parentum, pabulo gramineo sicciore, aromatico, sub-

fyl-

sylvestri, aqua pura, muria, statione sicca, aere renovato, lanificio tempestivo, mulctu moderato, Arietibus subinde introductis. Facile ægrotat morbis sæpius contagiosis, scabie, Pyria, Tumoribus, Fasciola, Hydatide, Hydrope, Vertigine, Peste; læditur. *Ranunculo, Drosera, Andromeda, Cicuta, Equiseto, Anemone, Insectis*, Sole æstivo, aquis putridis, pabulo humido.

OVIS *Strepsiceros* in Hungaria frequens, non est species diversa ab *Ariete*.

451. BOS. Cornua lævia, concava, lunata. Cauda apice setosa. Mas *Taurus*, Femina *Vacca*, Proles *Vitulus*, lambendo pilos evellit, deglutit, unde Aegagropilæ, ut in OVE. Muriam amat, procul a radice herbam detruncat. Huius quoque utilitas summa sub iugo, ex carne, lacte, fero, caseo, butyro, corio, ossibus, cornubus, fimo. Propagatur electis Matribus, conservatur gramine muria condito, furfure, herbis alpinis, stalla ampla & depurata, frictione, Pectinatione, potu puro. Eius morbi sunt Pestis, Angina, Arthritis, Tumores, apoplexia, Icterus, Diarrhoea, Hæmaturia, Hernia. Læditur *Culice, Pediculis, Equiseto*, foliis quercinis, *Viperæ* morfu, pascuo paludoso, potu aquæ stagnantis, aut vitriolicæ.

Bos *Bison* pectore iubato, vertice setoso, mento barbato, lambendo necat.

452. MOSCHVS. Cornua nulla. Dentes laniarii superiores solitarii, exerti. Statura, & cauda leporina. Habitus ANTILOPIS.



M. moschiferus folliculo umbilicari, fovente succum viscidum, suaveolentem.

M. Grimia foveolis binis inter oculos, exsudentibus liquorem pinguem, flavescentem, odoratum.

ORDO II.

Vnguiculata.

*) *Mammis. quatuor & pluribus.*

a) *Dentibus primoribus binis.*

453. LEPVS. Auriculæ longæ. Labium superius fissum. Cauda brevissima. Dentes incisores supra & infra bini, contigui.

L. timidus. Pedes antici pentadactyli, postici tetradactyli. Membrana nictitans nulla. Solea pilosa. Incisores superiores duplicati. Nascitur videns, dormit apertis oculis, post octiduum ab lactatur, retrorsum mingit ut CAMELVS.

L. Cuniculus gregarius, antra fodiens, caput palmis detergens, ut prior.

454. CAVIA. Dentes primores superiores duo remoti, inferiores quatuor contigui. Pedes antici tetradactyli, postici plerumque tridactyli. Cauda perexigua, aut nulla. Incessus reptabundus. Claviculæ nullæ. Pedes breves. Vox fere porcelli, ingenium debile, victus vegetabilis, partus creber, proles numerosæ, vita brevis. PALLAS.

455. HISTRIX. Corpus spinis horridum. Laniarii nulli. Labium superius fissum. Auriculæ planæ. Lingua tuberculosa. Penis ad apicem tuberosus.

Calculus biliaris in hoc Genere haud infrequens. Copula ERINACEI.

H. *macroura* LINN. an huius Generis sit, quærant Autoptæ.

456. ERINACEVS. Corpus spinis horridum. Lanarii utrinque duo.

E. *malacensis* caudatus; dentibus primoribus superioribus quatuor; auriculis pendulis, subnudis; an non Histrix?

457. MVS. Dentes primores contigui, superiores ad apicem sulco exarati. Cauda teres, parce pilosa.

Plerique fodiunt, victitant frugibus, mollia legunt, & comminuunt, ut nidum parent, palmis cibum ori admovent, noctu inprimis excurrunt.

M. *Porcellus*, *Aguti*, *Paca*, *leporinus*, proprium Genus forte melius constituerent, LEPOREM inter & MVREM ambigens.

458. SCIVRVS. Cauda longe pilosa. Palmæ & Plantæ subtus callosæ. Mystaces ad genas. Ungues validi.

Posticis insidet, palmis cibum ori admovet, iratus murmurat, stridet, victitat vegetabilibus, territus saltitat ab una arbore in aliam, dormiens cauda caput protegit, e nido educatus mansvescit.

Mus Marmota, & *volans* LINN.

459. SOREX. Rostrum attenuatum, elongatum. Dentes superiores primores bifidi.

Odor ingratus. Cauda murina. Labium superius longius. Pedes nudi. Funambulus ut ARANEA, victitat radicibus.



b) Dentibus primoribus anticis senis,
excepta DIDELPHI.

460. TALPA. Dentes incisores inferiores octo.
Pedes breves, armati unguibus validis.

T. *europæa* cauda brevi, auriculis nullis, intestinis absque cæco, palmis validis fodiens, exponit terram ut fertilior reddatur. Pellitur variis, at certius inundatione. PONTOPIDAN.

461. MUSTELLA. Dentes incisores inferiores sex. Lingua lævis. Corpus longum respectu pedum. Digiti liberi.

Animal terrestre, agile, inquietum, latens in foraminibus ædium, excavatis arboribus, & inter saxa, infensum nidis Avium, Gallinis, Cuniculis, Muribus, Sciuris, Ovis.

Hinc VIVERRA *Genetta* ob linguam lævem huiusce Generis Animal.

462. VIVERRA. Dentes MUSTELLÆ, sed Lingua aculeata. Auriculæ rotundatæ.

Odor nonnullis singularis. Victus, mores, pedes V. *Nasucæ* breves, lingua *Viverræ* lævis, coniungunt Genus hoc cum priore.

463. FELIS. Ungues retractiles. Lingua retrorsum scabra. Visu excellit, stat coram hoste elato dorso, laceffita efflat, unguibus ferit, scandit, clamore absono, rixando nuptias instituit, Mater sævit in proles.

464. CANIS. Dentes primores inferiores laterales lobati. Lingua lævis. Ungues exerti. Nullum Animal Cane docilius, nullum Homini magis amicum. Circumit locum antequam procumbat. Cauda & auriculis pathemata indicat,

indicat, somniat, pandiculat, oscitat, latrat, ululat, volutat se supra cadavera, percussus exclamat, æstuans anhelat hiantem ore, gramina degustat, adultus mingit elato crure, carnes appetit, lambendo potat, senescendo canescit circa os, & oculos, gerit utero diebus 60 - 63), parit proles 1 - 12), vivit raro ultra annos 18), infestatur Acaro, Pulice, Lumbricis, corripitur scabie dorsali, & contagiosa, Paralyfi posteriorum, Epilepsia, Alvi obstructione, Diarrhœa.

C. *Lupus* habitu, ululatu, pruriendi modo, aliisque proprietatibus priori similis.

465. VRSVS. Caput subconicum. Membrana nitens. Oculi parvi. Pedes calcaneis innixi. Penis scatens osse curvato.

Animal macrourum, forte pilosissimum, hybernans, infensum BOVI, API, FORMICAE, delectatur baccis, ZEA *Mays*, iunior palmam fugit, gerit utero Mens. 9), parit in cryptis proles 2 - 3), scandit arbores, enecat amplexu, Hominem vero nonnisi provocatus aut laceffitus aggreditur.

466. DIDELPHIS. Dentes primores superiores decem. Folliculus abdominalis. Cauda seminuda.

D. *Marsup.* captat Aviculas, Gallinas, edit & vegetabilia, scandit arbores. Saccus abdominalis mammas tegens, proles excipiens, instructus musculis quinque osse proprio utrinque adfixis.

Nonnulli dentes primores superiores octo ponunt, eosque intervallo quodam hinc remotos.



c) Dentibus primoribus nullis.

467. MIRMECOPHAGA. Lingua teres, extensilis, longa. Caput exiens in rostrum.

Auriculæ nullæ. Mammæ abdom. 8) inquin. 2). Penis magnus. Testiculi reconditi. Caro neglecta.

Vicitat Formicis, dormit tota die deflexo capite, noctu obambulat.

468. MANIS. Lingua teres, extensilis. Caput exiens in rostrum. Tegmen squamosum.

Os angustum, pedes breves, ungues validi, squamæ durissimæ.

Corpus contrahit in globum, ut ERINACEVS.

469. DASYPVS. Corpus testa ossea cataphractum. Formicis infensus, habitat in cuniculis.

***) *Mammis duabus.*

470. BRADYPVS. Dentes canini. Tegmen pilosum.

Vicitat foliis & fructibus, scandit arbores, raro bibit, aquam metuit, facile capitur, cum intra diem vix 50) passuum iter instituat.

B. *tridactyli* vultus & Auriculæ fere, ut in SIMIA.

471. VESPERTILIO. Caput grande. Riçus oris spatiosus. Dentes ferrati. Auriculæ aliquo loco intus transversim striatæ. Brachia longa & Palmæ digitis quasi in radios membranacearum alarum longe protensis. PALLAS.

Noctilio. LINN.

Diutif-



Diutissime hybernat, e Terra non evolat,
Insecta vesperi, aut noctu venatur, pro-
les parit raro binas.

Bestiis adnumerat Cl. ERXLEBEN.

472. LEMVR. Dentes antichi inferiores sex, lon-
giores, compressi, approximati.

LEMVR *Catta simiæ* proximum Animal.

473. SIMIA. Dentes antichi utrinque quatuor,
approximati. Laniarii solitarii, longiores,
Molares obtusi.

474. HOMO. Vnicum esse Hominem, ad DEI
imaginem factum, indubiam fidem sacræ
litteræ faciunt. Sed & eundem duplici,
eoque inefabili harmonia invicem agente
principio, esse compositum, sapientiores
omnes uno ore fatentur, quorum

Vnum incorporeum, immortale, sui
conscium libere cogitans, seu
potens detegere, detectasque &
aliis per nomina rebus inposita
manifestare earundem relationes,
causas, effectus, indeque dedu-
ctum verum, aut falsum.

Aliud vero materiale & minime iu-
dicans, iners, unde Machina ha-
bitu, dentibus, aliisque notis Si-
miæ proxima, subnuda, longæ-
va, nullius climatis inpatiens, fe-
re innumeris morbis obnoxia, a
Physiologis fuscè descripta.

Hominis status 1) *infantis*, aquosus, va-
giens, iners, *germi-
nans*.



- 2) *puerilis*, mucosus, incon-
stans, æmulator, *cau-
lescens*.
- 3) *iuvenilis*, igneus, audax,
docilis, *florens*.
- 4) *virilis*, sanguineus, for-
tis, negotiosus, *fructi-
ficans*.
- 5) *senilis*, melancholicus,
debilis, rigidus, *de-
folians*.

Cum vero perfecta cuiusque status humanæ
vitæ conditio in eo posita sit, quod bene
iudicemus; rectum vero iudicium Scienti-
am boni, & mali postulet, ita legibus opus
fuit, quæ doceant, id esse bonum, quod
iis conforme, malum vero, quod vetitum.

Ne itaque Homo natura inscius, male agen-
do sibi, aut alteri noceat,

cicurandus *Parentum* Religione & Disci-
plina,

erudiendus *Magistrorum* Præceptis &
Exemplo,

perficiendus *Societatis* Criterio & Dicta-
tura;

Vt sciat

Esse DEVM æternum, optimum, omni-
scium, omnipotentem, Naturæ aucto-
rem, Virtutis præmium, peccati vin-
dicem.

DEVM *adorabis* & *illi soli servies*.

Se Telluris incolam esse, ut honestum
utili præferat, ut sit mitis, sobrius,
tran-

tranquillus, credatque se ad maiora
natum, quam ut mancipium sit sui cor-
poris, quod non aliter considerandum,
quam ut vinculum libertati nostræ cir-
cumdatum;

*Turpe enim est, quod Hystrio ludit in scena,
id sapientem non agere in vita. CICERO.*

Sui similes diligere sicut se ipsum; nam

DEVS est mortalem iuvare mortali, & hæc
ad æternam gloriam via est. **PLIN.**

Quam nesciunt illi, quos torquet Auri
fames, livor, ambitio, qui potestate
abutuntur, qui oneri impares subiici-
unt humeros, & qui alios deprimunt,
ut sese extollant.

L' Uomo ingiusto nuoce al Pubblico.
nocendo anche ad una sola persona.

MVRATORI.





APPENDIX

PLANTAE.

Tribus XXXI. inter Chenopodium & Betam.

BASSIA. ALLION. Calyx monophyllus, quinquefidus. Stamina quinque. Styli duo. Semen orbiculatum, sulco circulari inscriptum, quod maturum tegitur calyce in capsulam quasi mutato, & spinulis quinque radiato.

ANIMALIA.

Tribus II. post Lerneam.

SALPA. FORSKAEL. Molluscum sæpius subangulatum, gelatinosum, oblongum, utroque apice pervium, intus vacuum; intestino obliquo.

Species huius Generis sæpius gregariæ miro modo coherens, motumque corporis per systolen & diastolen siphonica arte perficiunt.

Corpus nonnullis appendiculatum, aliis nudum.

PTEROTRACHEA. FORSKAEL. Molluscum gelatinosum; pinna gelatinosa, mobili ad abdomen vel caudam; oculis duobus intra caput.

PHISOPHORA. FORSKAEL. Molluscum gelatinosum, e vesicula aërea pendens; membris gelatinosis, sessilibus ad latera; tentaculis subtus plurimis.

Inter Lumbricum & Nereim.

FISTV-



FISTVLARIA. FORSKAEL. Molluscum teres, longum, subcoriaceum, undique papillosum; tentaculis oris plurimis, retractilibus, apice dentatis.

Species huius Generis siphonizant, reciproce spirantes ex apertura laterali ori proxima, fila emittente post mortem.

Tribus VIII. Distrib. IV.

GIBBIVM. SCOP. Antennæ cerambycinæ, corpore breviores. Elytra connata. Alæ nullæ.

Corpus & habitus fere Pulicis feminae, sed paulo maius. Labium superius denticulatum. Thorax planiusculus, antice angustior. Lineola nigra, obsoleta, longitudinalis elytra distinguens. Palpos examinare non potui.

Differt a *Cerambyce* elytris connatis, corpore aptero, thorace, totoque habitu, a *Ptino* antennis attenuatis, aliisque notis; ab *Herodio* FABRICII. antennis setaceis.

Communicavit R. D. Math. PILLER.

Tribus X. inter Chætedontem & Labrum.

ACANTHVRVS. FORSKAEL.

Diversus a *Chætedonte* dentibus rigidis, membrana branch. off. 3 - 6), cauda in utroque latere aculeo uno vel pluribus.

SCARVS. FORSKAEL. inter *Sparum* & *Vranoscopum*.

Dentium loco maxillæ ipsæ eminentes, margine dentato - crenatæ, osseæ.




Ani situm in nulla specie annotavit FORSKÆ-
LIVS; ex analogia tamen cum *Sparo* huc
retuli.

Huiusce Generis foret & SPARVS *insidiator*
PALLASII.



INDEX LAPIDVM.

<i>A</i> chates	17	Filtrum	17
<i>Alumen</i>	14	Fluor	17
<i>Amiantrum</i>	16		
<i>Ammoniacum fixum</i>	13, 15	<i>G</i> alena	6
vulgare	13	<i>Gemma</i>	17
<i>Aphronitrum</i>	15	<i>Gneifum</i>	17
<i>Ardesia</i>	16	<i>Gypfum</i>	15
<i>Argentum</i>	4		
<i>Argilla</i>	16	<i>H</i> eliotropius	17
<i>Argilla</i>	16	<i>Hepaticus</i>	15
<i>Arsenicum</i>	12	<i>Hydrargyrum</i>	3
<i>Asphaltum</i>	14		
<i>Aurum</i>	2		
		<i>I</i> aspis	17
<i>B</i> asalter	16		
<i>Bismutum</i>	5	<i>L</i> azulus	17
<i>Bolus</i>	16	<i>Lithontrax</i>	14
<i>Borax</i>	13, 14	<i>Luna cornea</i>	13
<i>C</i> admia fossilis	8	<i>M</i> agnes	9
<i>Calamina</i>	8	<i>Marga</i>	15, 16
<i>Codnarius</i>	15	<i>Mica</i>	16
<i>Calx</i>	15	<i>Minera ferri spatosa.</i>	15
<i>Cobaltum</i>	12	<i>Molybdena</i>	12
<i>Cos</i>	17	<i>Murka</i>	17
<i>Creta</i>	15	<i>Muria</i>	13
<i>Crystallus</i>	17		
<i>Cuprum</i>	10	<i>N</i> icolum	12
		<i>Nurum</i>	14
<i>D</i> iasprum	17		
		<i>O</i> phites	14
<i>F</i> errum	9		



P etrefacta	15	Spathum	15
Petroleum	14	Stannum	7
Platinum	1	Stalactites	15
Plumbum	6	Stearites	16
Pseudogalena	8	Stibium	11
Pumex	16	Suillus	15
Pyrites	9	Sulphur	14

Q uartzum	17	T opbus	15
		Trapezium	17
		Turfa	14

S abulum	17	V itriolum	14
Sal amarum	14	Vitriolum	14
commune	13		
mirabile	13, 14		
Serpentinus	16	Z eolites	17
Silex	17	Zincum	8
Sinapis	17		





INDEX PLANTARVM.

* A blania	1201	Aeschynomene	1404
* Abroma	1284	Aeschynomene	1415
Abrus	1408	Aesculus	1490
* Abutilon	1307	Aethusa	323
Acana	229	* Agaricum	1658
* Acacia	1337	Agaricus	1660, 1663
Acalypha	1094	Agave	167
Acanthus	717	Ageratum	413
Acer	1114	Ageria	879
Achilea	461	Agrimonia	989
* Achimenes	722	Agrostemma	1501
* Achirophorus	366	Agrostis	78
Achras	857	Agrostis	79
Achyranthes	1615	Aiouea	277
* Acioia	1329	† Aira	80
* Acisanthera	260	Aira	79
Acnida	1571	Aiuga	657
Aconitum	1180	Aizoon	971
Acorus	119	Albuca	141
* Acofta	386	Alcea	1269
* Acourea	1378	Alchemilla	993
* Acronychia	1478	* Aldinia	711
Acrosticum	15	Aldrovanda	1028
Actea	1211	Alettris	156
Adamarans	1510	Alettris	157
Adansonias	1314	* Alewrightes	1292
Adelia	1108	Albagi	1407
Adenanthera	1348	Alisma	1168
* Adenostemma	415	Alopecurus	71
* Adenia	1313	Allamanda	576
Adiantum	17	Allionia	347
Adonis	1166	Allium	144
Adoxa	883	Allophyllus	1075
Aegopodium	326	Alnus	1633
Aegylops	99	Aloe	153
Aegyphylla	858	Alpinia	97, 202
Aerva	227	† Alfine	1522
		* Alstonia	871
	A 2	Al-	



Alstroemeria	171	* Aniba	1552
* Alternanthera	1612	Annona	1151
Althea	1270	Anthemis	464
<i>Althea</i>	1274	† Anthericum	140
† Alyssum	1467	<i>Anthericum</i>	125
<i>Alyssum</i>	1472	Antidesma	1104
* Amanita	1673	Antichorus	1015
* Amanoa	1548	Antirrhinum	723
Amaranthus	1616	Anthoceros	1653
Amaryllis	174	Antholiza	185
<i>Ambelania</i>	875	Anthospermum	489
<i>Amblatum</i>	708	Anthoxantum	61
Ambrosia	395	Anthyllis	1382
Ambrosinia	41	<i>Antura</i>	876
Amellus	448	<i>Apalaroa</i>	232
* Amerinum	1390	* Apargia	363
Amethystea	661	* Apeiba	1198
Aminania	921	* Apella	281
Ammi	316	Aphanes	994
Amomum	197	Aphyllanthes	124
Amorpha	1356	Apium	327
Amygdalus	951	Apluda	100
Amyris	1500	Apocynum	596
Anabasis	1039	* Aporetica	1122
Anacardium	1504	Aquartia	861
Anacyclus	462	Aquilegia	1179
Anagallis	802	* Aquilicia	1264
Anagyris	1351	<i>Arabis</i>	1448, 1451.
Anastatica	1464	Arachis	1387
<i>Anavinga</i>	1046	Aralia	287
Anchusa	615	<i>Arbor ad Morichal</i>	928
* Ancistrum	341	Arbutus	882
Andrachne	1990	Arctium	382
<i>Andromeda</i>	841	Arctopus	292
Andropogon	97	Arctotis	475
Androsace	790	Arduina	876
Androsenum	1251	Areca	53
Andryala	364	<i>Arenaria</i>	1522
Anemone	1161	Arethusa	190
Anethum	306	Aretia	787
Angelica	303	Argemone	1239
* Angolamia	280	* Argophyllum	1299
Anguria	569	* Argythamnia	1089




Aristida	72	Ayenia	1488
Aristolochia	216	Aytonia	22
* Arnebia	618		
Arnica	474	<i>Baccharis</i>	424
<i>Arnica</i>	428	<i>Bacopa</i>	500
* Arouna	1537	Backea	941
Artedia	299	<i>Bacobothrys</i>	872
Artemisia	397	Baetris	54
* Artocarpus	38	* Baillaria	452
* Aruba	1130	* Balanophora	1544
Arum	46	Ballota	652
Arundo	85	<i>Balinora</i>	469
Afarum	214	* Banara	1233
* Ascarina	1621	Bannisteria	1143
Asclepias	593	* Banksia	1605
Aspalathus	1393	* Barreria	767
Asparagus	149	* Barringtonia	1225
Asperugo	622	Barteria	714
<i>Asperula</i>	487	Bartsia	733
Asphodelus	442	Bafella	1570
Asplenium	14	* Bassovia	873
† Aster	428	Batis	1617
* Asterocephalus	350	* Battara	779
Astragalus	1400	Bauhinia	1364
Astrantia	335	Befaria	1069
Astronium	1532	Begonia	1106
Athamanta	309	* Bellevalia	870
<i>Athamanta</i>	301, 325	<i>Bellidiastrum</i>	428
Athanasia	403	Bellis	441
* Atractylis	376	Bellium	440
Athrodactylis	50	Bellonia	500
Atragene	1164	* Benteca	875
Atraphax	1599	Berberis	1053
Atriplex	1564	* Bergera	1508
Atropa	772	Bergia	1016
<i>Atropa</i>	762	<i>Bernardia</i>	1092
Avena	79	* Bertiera	518
† Avena	98	Besleria	597
Averrhoa	1050	<i>Besleria</i>	710
Avicenia	720	Beta	1566
* Aulax	350	Betonica	645
Axyris	1500	Betula	1633
Azalea	840		



Bidens	406	Briza	82
Bignonia	730	Bromelia	206
Bignonia	687	† Bromus	74
Bickera	467	Brossæa	844
Bikukulla	1437	Browallia	709
* Bineetaria	1302	Brownæa	1286
Biscutella	1458	Brunfelsia	698
Bisserula	1401	Brunia	900
* Bistella	820	Bryonia	574
* Biwaldia	1051	Bryum	1648
Bixa	1242	Bubon	301
* Blackburnia	906	Buchnera	754
Blæria	837	Bucida	232
Blakea	1013	Buddleia	810
* Blakstonia	1256	Buffonia	1525
* Blakwellia	1503	Bulbocodium	161
Blasia	1654	Bunias	1465
Blechnum	8	Bunias	1466
Blitum	1569	Bunium	318
Bobartia	92	Buphtalmum	463
Bocconia	1235	Bupleurum	317
* Bockia	275	* Burghartia	1027
* Boehmeria	1603	Burmammia	158
Boerhavia	485	Bursera	208
* Bohatschia	1456	Butomus	1171
Eoletus	1664	Buxbaumia	1646
Boletus	1661	Buxus	1091
Bombax	1315	Byssus	4
* Bonaveria	1423	Byttneria	1125
Bontia	686		
Borago	624		
Borassus	48	* Cabomba	977
Borboia	1375	Cacalia	416
* Borrichia	458	Cachrys	321
Bosca	1582	Caetus	969
* Botrytis	1670	Cacontia	276
* Bourgia	603	* Cadaba	1474
Bourreria	604	Cadbeia	1128
Brabeium	1619	* Cadia	1354
* Brachyoglottis	432	Cæsalpina	1345
† Brassica	1444	Calamus	59
* Breinia	1203	Calceolaria	671
Breynia	221	* Calcitrapa	373




Calea	402	Carissa	585
Calendula	445	Carlina	381
Calepina	1472	Carlina	385
Calla	42	Carpesium	408
Callicarpa	862	Carpinus	1634
Callicornia	460	Carpinus	1635
Calligonum	1556	Carpobolus	1668
* Calinea	1193	* Carpodetus	264
Callisia	1024	Carthamus	380
Callitriche	32	Carthamus.	376
Calophyllum	1221	Carum	326
Caltha	1172	Caryophyllus	953
Calycanthus	987	Caryota	57
Cambogia	1220	* Cascaria	1529
* Camdenia	819	* Casimira	1062
Camelia	1313	* Calspia	1255
Cameraria	587	Cassia	1343
* Cammerfonia	927	Cassine	912
Camocladia	1054	Cassipourea	967
Campanula	559	Casslyta	889
* Campecia	1344	Castanea	1630
Camphorosma	1557	* Casuarina	39
* Cananga	1153	Catananche	368
Canaria	560	* Catalpa	687
Canarium	1055	Catesbæa	538
Canna	203	* Catha	1025
Cannabis	1563	Caturus	1192
Capnoides	1428	† Caucalis	297
Capparis	1228	Caucanthus	1079
Capparis	12, 583	* Gausea	928
Capraria	746	Ceanothus	915
* Caprosma	869	Cecropia	1620
Capficum	770	Cedrella	1489
Capura	155	Cedrus	1639
* Carandas	583	Celastrus	917
Carapichea	339	Celofia	1655
Cardamine	1451	Celsia	747
Cardiospermum	1138	Celtis	1578
† Carduus	375	Cencrus	105
Carduus	374	Cencrus	65
Carex	112	† Centaurea	378
Carica	1509	Centaurea	377, 386
* Cariëteria	255	Centella	898



Centunculus	808	Cicer	3394
Ceodes	1585	Cichorium	367
Cephalanthus	343	Cicuta	319
Cerastium	1521	Cimicifuga	1112
Ceratocarpus	239	Cinchona	503
Ceratonia	1336	Cineraria	431
Ceratophyllum	30	Cinna	60
Cerbera	578	* Cipura	168
Cercis	1350	* Circæa	249
Cerinthæ	611	* Cirsium	374
Ceropegia	590	Cissampelos	1105
* Ceruana	404	Cissus	291
Cestrum	778	Cistus	1191
Chærophyllum	331	Citharexylon	682
Chaleas	1044	Citrus	1254
Chamærops	49	Clandestina	708
Chara	28	Clathrus	1666
* Charachera	719	Clavaria	1659
* Charadra	1231	Clavaria	1656
Cheiranthus	1441	Claucena	1073
Cheiranthus	1449	Claytonia	786
Chelidonium	1236	Clematis	1163
Chelidonium	1230	Cleome	1441
Chelone	776	Cleonia	637
* Chemnicia	498	Clerodendron	690
Chenopodium	1565	Clethra	1009
Cherleria	1528	Clibadium	902
* Chesnea	339	Cliffertia	991
* Chimarrhis	502	Clinopodium	628
Chiococca	529	Clitora	1418
Chionanthus	856	Clusia	1230
Chironia	830	Clusia	1107
Cblora	805	Clypeola	1460
* Chloroxylon	911	Clypeola	1457
Chomelia	527	Cneorum	1080
Chondrilla	362	Cnicus	374
Chrysanthemum	443	Coccoloba	1585
Chrysobalanus	955	Cochlearia	1469
Chrysocoma	423	Cocos	52
Chrysogonum	454	* Codia	904
Chrysophyllum	880	Codon	829
Chrysosplenium	995	Coffea	534
Cicca	1092	Coix	110



Colchicum	162	* Corynocarpus	1067
Coldenia	610	Corypha	47
* Colletia	907	Costus	202
Collinsonia	666	Cotula	446
* Colpoon	230	Coryledos	1149
Columnea	696	Coublandia	1345
Colutea	1398	Coumarouna	1370
Comarum	980	Coussarea	530
Combretum	265	* Coutarea	507
Cometes	1081	Coutoubea	496
Comelina	130	Crambe	1472
* Commerfonia	918	Craniolaria	729
Conserua	5	* Crantzia	710
* Conohria	1266	Crassula	1149
Conium	315	Crategus	957
Connarus	1322	Cratæva	1214
Conobea	707	* Crena	973
Conocarpus	234	Crepis	356
Convallaria	151	Crescentia	689
Convolvulus	760	Cressa	783
Conyza	424	Crinum	166
Copaifera	1369	Crithmum	333
* Coprosma	866	Crocus	178
* Corallorhiza	196	* Crocostylis	1283
* Corbichonia	1196	Crotolaria	1395
Corchorus	1487	Croton	1098
Cordia	600	Croton	1097
Cordia	601	Crucianella	487
Coreopsis	450	Cruciza	1610
Coriandrum	334	* Cuba	1365
Coriaria	1049	Cucubalus	1523
Coris	806	Cucubalus	1501
Corispermum	1568	Cucumis	568
Cornucopia	83	Cucurbita	570
Cornus	279	* Culhamia	1116
Cornutia	691	Cuminum	325
Coronilla	1405	Cunila	667
Coronilla	1423	Cunonia	1007
Coroupta	849	Cupania	1493
Corrigiola	1531	* Cuphea	931
Cortula	792	Cupressus	1638
Coryllus	1632	Curatella	1175
Corymbium	481	† Curcuma	198



Cuscuta	818	* Dickia	877
Cyanella	134	Dictamnus	1135
Cycas	51	* Diervilla	552
Cyclamen	794	* Digera	1058
Cymbaria	704	Digitalis	725
Cynanchum	594	* Dilatris	181
Cynara	379	Dillenia	1160
Cynoglossum	621	Diodia	493
Cynometra	1359	* Dionea	1006
Cynomorium	238	Dioscorea	145
Cynosurus	69	Diosma	1124
Cyperus	114	<i>Diosma</i>	1303
* Cyphia	263	Diospyros	881
Cypripedium	192	* Diphyfa	1397
Cyrilla	1025	Dipfacus	345
* Cyrtandra	679	Dirca	1587
Cytinus	215	* Disa	188
Cytisus	1388	Dodartia	737
		Dodecatheon	793
D actylis	76	* Dodecaspermum	964
<i>Dactylis</i>	62, 80	Dodonaea	1550
Dahuronia	966	<i>Dodonaea</i>	1115
* Dais	885	Dolichos	1412
Dalechampia	1191	<i>Dolichos</i>	1421
Daphne	1588	* Donatia	1078
Datisca	226	* Dondisia	1443
Datura	764	Doronicum	477
Daucus	298	Dorstenia	1576
Dayena	1305	* Dortmanna	556
Decumaria	259	<i>Draba</i>	1470
* Deguelia	1376	<i>Dracena</i>	149
Delphinium	1181	Dracocephalon	629
Delima	1209	Dracontium	45
Dentaria	1442	* Drimys	1132
<i>Dentella</i>	504	Drosera	1524
Dialium	228	Dryas	984
Dianthera	715	Drypis	1530
† Dianthus	1513	<i>Duchola</i>	1082
<i>Diapensia</i>	787	* Dugortia	956
* Dicera	1192	* Dupinia	847
* Dichondra	597	Duranta	692
		* Duria	1316



E benus	1379	Erinus	721
Echinopora	293	Eriocaulon	897
Echinops	393	Erioccephalus	479
Echites	591	Eriophorum	115
Echium	625	Erithalis	540
Eclipta	471	* Ernstingia	1477
* Ehrhardia	277	Ervum	1428
Ehretia	602	<i>Eruca</i>	1438
Elæagnus	241	Eryngium	338
Elæocarpus	1222	Erysimum	1454
<i>Elæis</i>	53	<i>Erysimum</i>	1454
* Elaphrium	1003	Erythrina	1420
Elate	56	Erythronium	133
Elaterium	566	Erythroxyton	1181
Elatine	1526	Ethulia	410
* Elatostoma	1575	* Evea	340
* Elcaia	1295	* Evrardia	1484
Elegia	120	* Evodia	1123
Elephantopus	392	Evolvulus	761
<i>Elicbrysum</i>	421	Evonymus	916
Ellisia	774	Eugenia	954
<i>Ellisia</i>	775	Eupatorium	420
Elvela	1657	Euphorbia	1109
<i>Elymus</i>	73, 82	Euphrasia	735
* Embothrium	905	* Euriandra	1133
* Emerus	1411	Exacum	811
Empetrum	1045	Exoecaria	1625
Encelia	468		
* Enourea	1328	* F abricia	1407
* Epacris	839	Fagara	1485
* Eperua	1367	<i>Fagara</i>	1003
Ephedra	1641	Fagonia	1144
* Epibiastrum	1136	Fagus	1630
Epidendrum	191	* <i>Favamea</i>	492
Epigæa	342	* Farsetia	1459
Epilobium	252	* Fedia	483
Epimedium	1440	* Ferberia	1274
Equisetum	1642	Ferraria	172
* Eraclyssa	1082	Ferula	313
Eranthemum	816	Festuca	75
Erica	838	<i>Festuca</i>	76
Erigeron	427	Fevillea	572



Ficus	1573	* Geruma	1033
† Filago	421	Gesnera	551
* Filix	10	Gethyllis	177
* Firensia	601	Geum	983
Flagellaria	152	Giesekia	1118
* Foeniculum	328	* Ginannia	1366
Fontinalis	1648	Ginora	932
Forskalea	1128	Gingidium	319
* Forsteria	221	* Glabraria	1257
Forbergilla	936	Gladiolus	185
Fragaria	981	* Glaucium	1237
Frankenia	1514	Glauz	797
Fraxinus	1036	Glechoma	658
* Freyeria	908	Gleditschia	1338
Fritillaria	138	Glinus	944
Fuchsia	513	Globba	509
Fucus	7	Glocularia	893
† Fumaria	1435	Glochidion	122
Fumaria	1436	Gloriosa	135
		* Gluta	1492
		Glycine	1402
G alanthus	169	Glycyrhiza	1386
Galax	784	Gmelina	688
Galega	1385	Gnaphalium	421
Galenia	1549	Gnetum	1622
Galeopsis	641	Gnidia	1589
* Galium	487	Gomphrena	1613
Garcinia	1215	* Gordonia	1311
Gardenia	539	Gorteria	430
Garidella	1182	Gossypium	1280
* Gaunia	94	Govania	225
Gaura	266	Gratiola	676
Gaster	1668	Grævia	1216
Gendarussa	711	Grias	1229
* Geniostoma	759	Grielum	1145
Genipa	517	Griselinia	1373
Genista	1389	Grislea	934
Gentiana	805	Gronovia	284
Geoffræa	1432	Grubia	1074
Geranium	1324	Guaiacum	938
Gerardia	743	Gualtieria	843
* Gerberia	1297	* Guapira	890
Geropogon	370	Guapoya	1476

* Gua-




* Guarea	1300	Hemionitis	11
Guertarda	506	Heracleum	311
Guilandina	1352	Hermannia	1320
<i>Guilandina</i>	1342	Hermas	294
Gundelia	388	Hernandia	1086
Gunnera	237	Herniaria	1553
* Guopia	1043	† Hesperis	1447
* Gymnocarpus	1594	Heuchera	1030
* Gymnopogon	580	<i>Heynaffoli</i>	1060
<i>Gypsophylla</i>	1502	<i>Hibiscus</i> 1276, 1277, 1278,	

1307

H æmanthus	173	Hieracium	355
Hæmatoxylon	999	Hillia	525
Halleia	510	Hippia	442
Halleria	549	Hippocratea	1148
* Haloragis	270	Hippocrepis	1409
* Hamalocenchrus	64	Hippomane	1095
Hamamelis	1486	Hippophae	242
* Hambergera	276	Hippuris	235
Hamelia	514	Hiræa	1142
<i>Hapalaurbus</i>	1024	Hirtella	1037
<i>Hartogia</i>	1124	* Hoferia	846
Hasselquistia	310	Holeus	98
Hebenstretia	701	Holosteum	1520
Hedera	290	* Homalium	1188
* Hedicaria	1152	Hopea	1252
Hedyotis	490	Hordeum	68
Hedysarum	1403	Horminum	630
<i>Hedysarum</i>	1374	Hottonia	799
* Heinzia	1370	<i>Houmire</i>	1246
<i>Heisteria</i>	1434	Houstonia	814
Helenium	437	Hudsonia	1542
Helianthus	455	Hugonia	1294
Heliæteres	1120	<i>Humulus</i>	1563
Heliconia	205	Hura	222
Heliocarpus	1248	Hyacinthus	159
Heliotropium	617	<i>Hyacinthus</i>	134
Heliophylla	1452	* Hybanthus	1331
Helleborus	1174	Hydnum	1662
Helonias	127	Hydrangea	998
<i>Helvella</i>	1657	Hydrastis	1158
Hemerocallis	164	Hydrocharis	210
		Hydrocotyle	337



Hydrolea	826	Ischæmum	96
Hydrophyllum	608	Isnardia	1032
Hymenæa	1341	Isoetes	27
Hyobanche	718	Ispyrum	1178
Hyosciamus	757	Itea	925
Hyoseris	365	Iva	478
Hypecoum	1442	* Ivira	1119
* Hyperanthera	1349	Iuglans	1626
Hypericum	1250	Iuncus	123
<i>Hypericum</i>	1248	Iungermannia	1650
Hypnum	1647	Iuniperus	1639
Hypochoeris	372	Iussia	256
Hypoxis	163	<i>Iussia adfinis</i>	255
<i>Hypopifolia</i>	926	Iustitia	675
Hystopus	654	<i>Iustitia</i>	711
I		Ixia	179
Iacquinia	860	Ixora	523
Iambolifera	1040	* K	
<i>Ia arandiba</i>	1212	Kaelpinia	1041
* Iaravæa	948	<i>Kaempferia</i>	198
Iasione	557	<i>Kabiria</i>	412
Iasminum	851	<i>Kalmia</i>	841
Iatropa	1096	* Kallstroemia	937
<i>Iberis</i>	1451	<i>Katoubeca</i>	529
* Icaia	1475	* Ketmia	1278
* Idefia	878	Kiggelaria	1004
Ilex	865	Kleinhovia	1290
Illecebrum	1535	Kleinia	414
Illicium	1134	Knautia	346
Impatiens	1330	* Kniphofia	1510
Imperatoria	304	Knoxia	492
Indigofera	1416	* Koelpinia	1047
* Inga	1358	Koenigia	1604
* Inocarpus	888	* Kosaria	390
Inula	428	Krameria	1609
* Ioffelinia	1457	* Krugeria	1438
<i>Ipomea</i>	760	Kuhnna	419
* Ireon	1032	* Kundmannia	332
Iris	184	* L	
Iresine	1614	Labatia	863
<i>Iroucana</i>	1551	Lachnæa	1590
Ifatis	1471		




Lactuca	354	* Libanotis	301
Laetia	1200	* Licania	887
Lagerstroemia	1279	Lichen	1655
Laeſs	1268	Lichen	1, 2, 3
Lagoecia	295	* Lidbeckia	433
* Lagunezia	949	* Lignonia	1334
Lagurus	79	Ligusticum	314
Lamium	642	Liguſtrum	854
* Langleia	1046	Lilium	137
Lantana	685	* Limbarda	429
Lapſana	359	* Limborchia	496
Laſerpitium	302	Limeum	1008
† Lathræa	708	Limodorum	187
Lathyrus	1429	Limonia	1505
Lavatera	1267	Limofella	753
Lavandula	656	* Linconia	1035
Laugieria	516	Lindernia	702
* Laurentia	555	Linnæa	550
Laurus	891	Linum	1034
Lawſonia	1070	Liparia	1355
Laxmannia	895	Lippia	548
Leca	845	Liquidambar	1627
Lechea	1527	Liriodendron	1159
Lecythis	848	Liſianthus	824
Ledum	841	Lithospermum	616
* Leighia	412	Litorella	780
* Leinkeria	1607	Loaſa	1258
Lemna	23	Lobelia 131, 554, 555, 556	
* Leoniceia	932	* Lochneria	1232
Leontice	1071	Loeſſingia	1516
† Leontodon	303	Loeſſelia	739
Leontodon 358, 360, 363		* Loghania	1076
† Leonurus	646	Lolium	66
Lepidium	1462	Lonchitis	12
* Lepra	2	* Lonicenia	936
Lepidium	1470	Lonicera	547
Lepidium	1461	Lonicera	552
* Leptospermum	959	* Lophantus	1068
Lerchea	832	Loranthus	247
Leucadendron	896	† Lotus	1413
Leucadendron	894	Lotus	1414
Leucoium	170	Ludwigia	251
Leyſſera	438	* Luſſa	565



Lunaria	1455	Manettia	499
Lupinus	1512	Mangifera	1057
† Lychnis	1511	Mangium	958
Lychnis	1501	Magostan	1045
Lycium	776	Manisuris	106
Lycoperdon	1668	Manuela	744
Lycoperdastum	1668	* Mapania	91
Lycopodium	1643	* Mapouria	520
Lycopus	660	Maranta	199
Lycopsis	623	Mararungia	870
Lygeum	84	Marchantia	1651
* Lygistum	511	Marcgravia	850
Lythmachia	801	Marfilea	24
Lythrum	930	Marrubium	651
		Martynia	728
* M		Matayba	1468
Maba	858	* Matelea	768
* Mabea	1546	Mathiola	528
Maconcava	863	Matourea	877
Macroneium	827	Matricaria	439
* Macuna	1421	* Mautabea	873
* Mærua	1229	Mautouchi	1373
* Mæsa	872	* Mayaca	1026
Magnolia	1157	Mayepa	904
Magostan	1051	* Meborea	218
Maguilea	966	Medeola	148
Mahagoni	1014	Medicago	1422
Mahernia	1260	* Meisteria	383
* Mahurea	1204	* Meibomia	142
* Maicta	946	Mela leuca	1253
Mailelou	693	Melampodium	454
* Maireia	831	Melampyrum	734
Malachra	1273	Melanthium	127
Malanea	527	Melastoma	942
* Malasma	751	Melastoma	948
* Mallococca	1226	Melia	1303
Malope	1272	Melianthus	1325
Malphigia	1066	Melica	80
Malva	1271	Melicytus	1263
* Malviscus	1277	Melicoccus	1062
Mammea	1205	Melicocca	1501
Manabea	521	Melicope	1301
Manilkara	874	Melissa	633



* Melistaurum	1287	Monotropa	1017
Melitis	632	Monsonia	1012
Melochia	1321	Montia	785
* Melodinus	584	* Montiva	749
Melothria	563	Moranda	1312
Memecylon	273	Morina	482
Menais	866	Morinda	537
Menispermum	1113	* Moringa	1342
Mentha	659	Morisonia	1227
Mentzelia	261	Moronobea	1249
Menyanthes	800	Morus	1572
Mercurialis	1103	* Moullava	1346
* Merulius	1660	* Mourera	1241
Mesembryanthemum	970	Mourouchi	1365
† Mespilus	957	Muciligo	1671
Messerschmidia	607	Mucor	1669
Mesua	1317	Mucor	1670, 1671
* Micrelium	466	Munchausia	974
Michelia	1156	Muntingia	1217
Micropus	405	Murræa	1293
Milium	87	Musa	204
Milleria	465	Mussaenda	526
Mimosa	1337, 1353	Myagræum	1472
Mimulus	736	Myginda	1056
Mimusops	1065	Myosotis	619
Minuartia	1539	Myosurus	1177
Mirabilis	782	Myrica	1618
* Miroxylon	1208	Myriophyllum	31
Mitchella	546	* Myriosperrum	1357
Mitella	933	Myrrhis	324
* Mitina	385	Myrsine	879
Mnemosilla	1443	Myrthus	960
* Mniarum	236		
Mnium	1648	N	
Moehringia	1522	Nacibea	495
Moelleria	1551	Naias	29
Mokof	846	Nama	821
Mollugo	1540	Napimoga	262
Mollucella	650	Napæa	1306
Momordica	567	Narcissus	175
Momordica	563	Nardus	63
Monarda	662	* Nasturtium	1462
Monnieria	1433	Nasturtium	1470



Nauclea	899	Ononis	1396
* Neckeria	1436	Ononis	1425
* Nestandra	1593	Onopordon	394
* Needhamia	1426	Onosma	612
* Nemia	750	Ophiorrhiza	328
Nepenthes	217	Ophioglossum	18
Nepeta	648	Ophioxylon	545
Nephelium	1110	Ophira	274
Nerium	592	† Ophrys	195
Neurada	258	† Orchis	193
* Nicandra	762	Orelia	805
Nicotiana	758	Origanum	627
Nieburia	469	Ornithogalum	143
Nigella	1183	Ornithopus	1406
Nigrina	825	Orobanche	708
Nitraria	1224	Orobis	1431
Nissolia	1372	Orontium	118
Nissolia		Ortegia	1541
* Nonatelia	515	* Orygia	1189
Nolana	763	Orygia	1196
* Norantea	1186	Oryza	93
* Nothria	1304	Osbeckia	939
Nyctanthes	852	Osmites	473
* Nyctelea	775	Osmunda	19
Nymphæa	211	Osmunda	9
Nyssa	245	Osteospermum	444
		* Osterdikia	1029
		* Ostria	1635
O bolaria	738	Osyris	243
Ochna	1129	Othonna	434
* Ocotea	943	Ovieda	699
Ocymum	631	* Ouratea	1011
Oedera	389	Ouroparia	517
Oenanthe	320	* Outea	920
Oenothera	353	Oxalis	1323
Olax	867		
Oldenlandia	494	P achira	1282
Olea	855	Pacouria	871
Olyra	111	Pacourina	383
Omphalea	1088	Pæonia	1176
* Oncoba	1213	* Paliurus	915
* Onobrychis	1374	* Pallasia	62
Onoclea	10	Paloue	1358



Panax	289	Peplis	497
Paneratium	176	Perdicium	422
Panicum	88	Pergularia	595
Papaver	1238	* Peribea	1574
Paragueiba	767	Perilla	649
* Pardisium	460	Perin Panel	1047
* Pariana	101	Perinkana	1225
Parietaria	1559	Periploca	593
Parigueta	1027	Pernettya	560
Parinari	956	Perpensium	1624
Paris	1048	* Persicaria	1600
* Parita	1276	Petefia	522
* Parivoa	1368	Petefia	524
Parkinsonia	1362	* Petitia	859
* Parfonfia	926	Petiveria	1555
Parnassia	1020	Petrea	741
Parthenium	470	Peucedanum	308
Passæa	1425	Peziza	1667
Passerina	1592	Peziza	1657, 1667
Passiflora	1499	Phaca	1399
Pastinaca	312	Phalaris	73
Parabca	524	Pbalaris	64
Patagonula	609	Phallus	1665
* Patura	1038	Phallus	1664, 1665
Pavetta	521	Pharnaceum	1334
* Pavia	1502	Pharus	108
Paulinia	1326	Phascum	1643
Paypayrola	1334	Phascolus	1419
* Pecheya	530	Phellandrium	322
Pectis	436	Philadelphus	972
Pedalium	742	† Phleum	70
Pederota	672	Phleum	62
Pedicularis	731	Phlomis	647
* Pekea	1131	Phlox	773
Peganum	1243	Phoenix	55
Peltaria	1456	Phormium	128
* Pemphis	929	Phryma	640
Penæa	836	Phylica	918
* Pennantia	1545	* Phyllachne	544
* Pentaglossum	927	Phyllanthus	1085
Pentapetes	1318	Phyllipea	708
Penthorum	1001	Phyllirea	850
Peplis	923	Phyllis	296



Phyllyrea	853	Polytrichum	1649
Phyſalis	765	* Pometia	1494
Phytheuma	561	* Pongelium	1361
Phytolacca	1584	<i>Pontalexſie</i>	538
Picris	356	Pontederia	154
Pilularia	26	* Pontopidana	849
Pimpinella	329	Populus	1628
Pinguicula	673	<i>Porana</i>	798
Pinus	1636	Porella	1645
Piper	43	Portlandia	505
* Pirigara	962	Portulaca	1000
* Piripea	748	<i>Pofogueria</i>	545
Piſcidia	1417	* Poſſira	1439
Piſonia	779	* Potalia	834
Piſtacia	1579	Potamogeton	34
Piſtia	213	Potentilla	982
Piſum	1430	Poterium	990
* Plagianthus	1319	Pothos	44
Plantago	809	* Pouteria	835
Platanus	1623	Pradium	639
Plectronia	282	Premna	694
Plinia	1207	Prenanthes	355
* Plotia	868	* Prestonia	1275
Plukenetia	1093	Primula	791
Plumbago	1262	<i>Primula</i>	787
Plumieria	588	Prinos	879
† Poa	82	* Priva	681
Podophyllum	1363	Prockia	1219
Poinciana	1355	Proſopis	1358
Polemonium	1261	Protea	894
<i>Policourea</i>	519	* Protium	272
<i>Polue</i>	1366	Proſerpinaca	230
Polyanthes	165	Prunella	636
Polycarpon	1517	Prunus	952
* Polycephalos	387	Pſidium	961
Polycnemum	1611	Pſoralea	1380
Polygala	1434	Pſychotria	533
† Polygonum	1598	Ptelea	1497
Polymnia	467	<i>Ptelea</i>	1115
Polypodium	13	* Pteranthus	1608
* Polyporus	1661	<i>Pteris</i>	10
Polypremum	812	Pterocarpus	1360
* Polyſcias	286	Pterocephalus	348



Pteronia	399
Pteronia	402
Pulmonaria	613
* Pulina	1
* Pulsatilla	1162
Punica	965
Pyrola	1010
Pyrus	968


* Q ualea	200
Quapoya	1467
Quaraiba	1297
Quassia	1126
Quercus	1631
Queria	1539
Quisqualis	1506

* R acoma	1547
Racoubea	949
Raiania	224
* Rampspekia	543
Randia	540
Ranunculus	1167
Rapa	1438
Rapanea	868
* Rapatea	903
Raphanus	1444
Raphanus	1437
Raphanistrum	1443
Rapistrum	1460
Rapourea	878
* Raputia	677
* Ravenalla	209
Rauwolfia	579
Reaumuria	1787
* Remeira	90
Reseda	1482
Restio	121
Rhacoma	781
* Rhagadiolus	360
Rhamnus	914

Rhamnus	907, 209, 915
* Rhaponticum	317
Rheedia	1210
Rheum	1597
Rhexia	940
Rhinanthus	732
Rhizophora	1063
Rhodiola	1149
† Rhododendron	841
Rhus	1498
Rhus	1049
* Rhynea	1185
Ribes	283
Ricardia	508
Riccia	25
Ricinus	1099
Ricoria	1455
* Rindera	620
* Rinorea	1265
* Ripogonum	150
Rivina	1583
* Robertia	582
Robinia	1392
* Robinsonia	963
* Rochea	1340
Roela	558
Robamson	498
* Roia	1014
* Rokeika	996
* Rolandra	342
Ronaeletia	501
* Ronobea	535
Roridula	811
* Rotala	1538
* Rottböllia	1060
Roridula	813
Rosa	986
Rosmarinus	664
* Rotala	1577
Roupala	1607
* Rourea	1064
Royena	788
Rubia	488



Rubus	979	Sarracena	1197
Rudbeckia	457	Satureia	655
Ruellia	716	* Savastania	942
Rumex	1596	Saururus	1117
Rumpfia	910	Sauvagea	1019
Ruppia	35	Saxifraga	997
Ruscus	147	† Scabiosa	349
* Ruffelia	705	Scabiosa	348, 350
Ruta	1480	Scabrita	669
		Scævola	554
S abicea	514	* Scandalida	1414
Sabina	1639	Scandix	301, 324, 331
Sacharum	86	* Sceura	864
* Salanthus	248	* Schæfferia	1042
Sagina	1522	* Scheffeldia	777
Sagittaria	1169	* Scheffera	257
* Sagonea	833	Scheuchzeria	125
Salacia	219	Schinus	1507
Salicaria	926	Schmidelia	1121
Salicornia	1567	* Schobera	606
Salimori	603	Schoenus	117
* Salmonia	919	Schrebera	817
Salix	1629	Schwalbea	740
Salsola	1631	Schwenkia	678
Salvadora	1581	Scilla	140
* Salvinia	21	Scirpus	116
Salvia	663	Scleranthus	1554
Samara	1059	Scolimus	371
Sambucus	536	* Scopolia	269
Samyda	789	Scopolia	1447
Samolus	803	Scoparia	807
Sanguinaria	1240	Scorpiurus	1410
Sanguisorba	992	Scorzonera	352
Sanicula	336	Serophularia	724
* Sanfovinia	1022	Scutellaria	635
Santalum	532	Secale	67
Santolina	411	Securidaca	1371
Sapindus	1139	Securidaca	1415
* Sapium	1083	† Sedum	1149
Saponaria	1501	Sedum	1149
Saraca	233	* Schima	102
Sarothra	1515	Seguferia	1190
		Selago	700



Selinum	305, 309	* Smithia	1476
Sempervivum	1149	Smyrnium	330
Senecio	425	* Sododa	1491
Septas	1170	Socoyena	518
† Serapias	194	Solandra	288
Seriola	396	Solanum	769
Seriphium	480	Soldanella	795
Serpicula	268	Solidago	426
Serratula	375	Sonchus	357
Sesamum	727	Sophora	1347
* Sesbania	1415	* Soramia	1206
Seseli	325	Sorbus	957
Sesleria	70	Souroubea	1076
Sesuvium	976	Sparganium	36
* Shawia	418	Spartium	1388
Sherardia	486	Spatelia	1023
Sibbaldia	985	Spermacoce	491
Sibtorpia	752	Sphæranthus	391
* Sicelium	524	Sphagnum	1544
Sicyos	564	Spergula	1522
Sida	1308	Spigelia	822
Sideritis	644	Spilanthus	407
Sideroxylon	581	Spinacia	1562
Sideroxylon	180, 582	Spinifex	105
Sigesbeckia	472	Spiræa	978
Silene	1501	Splachnum	1648
* Siliquaria	1437	Spondias	1511
Silphium	453	Stachys	643
* Simaba	1127	Stæhelina	400
* Simira	519	Stapelia	593
Sinapis	1436, 1438	Staphylæa	1137
* Singana	1202	Staphylea	1022
* Sipanea	504	Statice	901
Siphonanthus	605	Stellaria	1522
Siptorpia	749	Stellera	1591
Sirium	913	Stemodia	745
Sisymbrium	1453	Sterculia	1100
Sison	319	Steris	771
Sisyrrinchium	186	Stewartia	1309
Sium	319	* Stilbe	892
* Skinnera	254	Stipa	77
Sloanea	1244	Stilago	220
Smilax	146	* Stisseria	874



<i>Stoebe</i>	421	* <i>Tekelia</i>	180
<i>Stilingia</i>	1084	<i>Telephium</i>	1518
<i>Stratiotes</i>	212	<i>Terminalia</i>	244
<i>Strumpfia</i>	285	<i>Tetracera</i>	1146
<i>Strutiola</i>	1606	<i>Tetragonia</i>	975
<i>Struthiopteris</i>	9	<i>Tetragonotheca</i>	467
<i>Strychnos</i>	541	<i>Teucrium</i>	658
<i>Styrax</i>	886	<i>Thalia</i>	201
<i>Subularia</i>	1463	<i>Thalictrum</i>	1165
* <i>Suæda</i>	1536	<i>Thapsia</i>	307
<i>Suriana</i>	1141	<i>Thea</i>	1195
* <i>Suzygium</i>	988	* <i>Thelimitra</i>	189
<i>Swertia</i>	805	<i>Theligonum</i>	240
<i>Swietenia</i>	1288	* <i>Themeda</i>	103
<i>Symphytum</i>	614	<i>Theobroma</i>	1285
<i>Symplocos</i>	1249	<i>Theobroma</i>	1284
<i>Syringa</i>	815	<i>Theophrasta</i>	798
T		<i>Thevetia</i>	577
		<i>Thesium</i>	1602
<i>Tabernemontana</i>	586	<i>Thlaspi</i>	1461
* <i>Tacca</i>	271	* <i>Thoa</i>	1192
* <i>Tachia</i>	497	<i>Thryalis</i>	1481
<i>Tachigali</i>	1365	<i>Thryalis</i>	1505
* <i>Taligalea</i>	684	* <i>Thryocephalon</i>	104
<i>Tagetes</i>	435	<i>Thuia</i>	1637
* <i>Talifia</i>	1018	<i>Thymbra</i>	638
<i>Tamarindus</i>	1327	<i>Thymus</i>	626
<i>Tamarix</i>	1327	<i>Tibochina</i>	942
* <i>Tamonea</i>	680	* <i>Ticorea</i>	1298
<i>Tamus</i>	223	* <i>Tigaree</i>	950
<i>Tanacetum</i>	409	<i>Tilia</i>	1247
<i>Tanacetum</i>	402	<i>Tillæa</i>	1147
<i>Taonabo</i>	847	<i>Tillandsia</i>	207
* <i>Taparira</i>	1483	<i>Tinus</i>	884
* <i>Tapogomea</i>	344	* <i>Tita</i>	967
<i>Tapuguepe</i>	1392	<i>Tococa</i>	935
* <i>Tapura</i>	755	* <i>Tocoyena</i>	517
* <i>Taralea</i>	1377	<i>Tomex</i>	1072
<i>Tarchonanthus</i>	398	* <i>Tonina</i>	1543
<i>Targionia</i>	1652	* <i>Tontalea</i>	1495
* <i>Tattia</i>	262	<i>Tontanea</i>	524
<i>Taxus</i>	1640	* <i>Topobea</i>	945
* <i>Teichmeyeria</i>	1212	† <i>Tordylium</i>	300



<i>Tordylium</i>	297	<i>Tulipa</i>	136
<i>Torenia</i>	713	<i>Turia</i>	575
<i>Tormentilla</i>	982	<i>Turnera</i>	924
* <i>Toulucia</i>	1479	<i>Turræa</i>	1289
* <i>Tournefolia</i>	1097	<i>Turritis</i>	1448
<i>Tournefortia</i>	598	<i>Tussilago</i>	417
<i>Touroulia</i>	963	<i>Typha</i>	113
<i>Tozzia</i>	712		
<i>Trachelium</i>	562	U lex	1383
<i>Tradescantia</i>	129	<i>Ulmus</i>	1558
<i>Tragia</i>	1087	<i>Ulva</i>	6
<i>Tragopogon</i>	351	<i>Uniola</i>	89
<i>Tragopogon</i>	366	<i>Urena</i>	1268
* <i>Tragus</i>	65	* <i>Urospermum</i>	366
<i>Trapa</i>	267	<i>Urtica</i>	1560
<i>Tremella</i>	1672	* <i>Usubis</i>	1121
<i>Trewia</i>	1194	<i>Utricularia</i>	674
* <i>Trevouxia</i>	575	<i>Uvaria</i>	1155
<i>Thrianthema</i>	999	<i>Uvularia</i>	132
<i>Tribulus</i>	1140		
<i>Tribulus</i>	437	V accinium	512
<i>Trichilia</i>	1052	<i>Valantia</i>	487
<i>Trichomanes</i>	16	<i>Valeriana</i>	484
<i>Trichosanthes</i>	571	<i>Valeriana</i>	483
<i>Trichostema</i>	634	<i>Valicaria</i>	538
<i>Tridax</i>	447	<i>Valisneria</i>	40
<i>Trientalis</i>	796	<i>Vallisneria</i>	823
<i>Trifolium</i>	1381	<i>Valsa</i>	1656
<i>Triglochin</i>	126	<i>Vandellia</i>	703
<i>Trigonella</i>	1384	<i>Varronia</i>	599
* <i>Trigonia</i>	1335	<i>Vateria</i>	1184
* <i>Trilix</i>	1218	<i>Vatica</i>	1077
<i>Triopteris</i>	1115	* <i>Veilhemia</i>	157
<i>Triosteum</i>	553	<i>Velezia</i>	1519
<i>Triplaris</i>	1595	<i>Vella</i>	1468
<i>Triplacum</i>	95	* <i>Veltis</i>	384
* <i>Trisetaria</i>	81	<i>Veratrum</i>	127
<i>Triticum</i>	73	<i>Verbascum</i>	756
<i>Triumfetta</i>	1245	<i>Verbena</i>	668
<i>Trollius</i>	1173	<i>Verbesina</i>	449
<i>Tropæolum</i>	1332	<i>Veronica</i>	670
<i>Trophis</i>	1580		
<i>Tulbagia</i>	160		



* Verucaria	3
Viburnum	531
Vicia	1427
Vicia	1426
Vinca	589
Viola	1333
* Virea	361
* Virola	1577
Viscum	246
Visnu	819
Vitex	695
Vitis	1496
Vocho	919
Volkameria	683
* Volutella	1041
* Votomita	278
Vouapa	1438
* Voyria	804

W achendorfia	131
* Waldschmidtia	232
Walteria	1281
* Waria	1154
* Wedelia	459
Wedelia	467
Weinmannia	1002
* Wernisekia	1246
* Wilchia	1446

Wilkea	693
Willichia	766
Winterania	1296

X anthium	396
Xeranthemum	401
* Xilophylla	1533
Xilopia	1150
Ximania	1061
* Xiphidium	182
Xyris	183

Y ucca	139
---------------	-----

Z amia	58
Zannichelia	33
Zanonia	573
Zantoxylon	1111
Zea	109
* Zilla	1473
Zinnia	451
Zizania	107
Ziziphora	665
* Ziziphus	909
Zoegea	476
Zostera	37
Zygophyllum	1259



INDEX ANIMALIVM.

A carus	119	<i>Apate</i>	200
<i>Acarus</i>	118	Aphis	181
<i>Acheta</i>	233	Aphrodita	41
Acipenser	334	† Apis	142
<i>Acrydium</i>	233	<i>Apis</i>	141, 143
Actinia	42	* Apes	107
<i>Aesbna</i>	154	* Apus	425
<i>Agrio</i>	154	Aranca	117
Alauda	419	Ardea	360
* Albula	255	<i>Ardea</i>	360
Alca	341	Arca	98
Alcedo	411	Argentina	259
Alcyonium	26	Argonauta	77
* Altica	213	* Argus	172
* Alucita	170	* Argyreus	171
* Alurnus	231	<i>Ascalaphus</i>	155
Amia	280	Ascaris	50
Ammodytes	309	* Ascia	175
<i>Ammonia</i>	78	Ascidia	55
Ampelis	404	† Afilus	125
Amphysbena	313	<i>Afilus</i>	128, 133
* Anableps	258	* Aspredo	271
Anarrhichas	306	* Astacus	111
Anas	351	Asterias	33
<i>Andrena</i>	141	Atherina	281
* Anhima	361	Attelabus	203
* Anhinga	344	* Avocetta	343
* Anguina	5		
Anguis	314	B alena	428
<i>Anguis</i>	318	Balistes	328
<i>Anobium</i>	216	* Battus	173
* Anthrocera	163	<i>Bibio</i>	128
Anomia	79	Blatta	240
* Anostomus	261	Blennius	273
* Antilope	448	Boa	317
* Apalus	219	Bombylius	131



* Bombyx	164	* Cellularia	22
Bos	451	Centrifcus	332
* Bostrichus	199	Cepola	295
* Brachionus	18	† Cerambyx	235
Bradypus	470	<i>Cerambyx</i>	230
Bruchus	217	* Cercaria	11
† Buccinum	69	* Cerocoma	205
Bucco	398	Cerithium	58
Buceros	385	Certhia	392
Bulinus	64	Cervus	447
† Bulla	74	Chætedon	299
<i>Bulla</i>	69, 75	* Chalcides	318
Buphaga	387	Chama	94
† Buprestis	227	<i>Chama</i>	83, 89
<i>Buprestis</i>	218	<i>Chamaeleon</i>	320
* Bursaria	10	Channa	310
Byrrhus	198	<i>Chaos</i>	4
C æcilia	312	Charadrias	357
Calionymus	303	* Charax	283
* Callichthys	264	Chermes	146
Callidium	236	* Chion	90
Callyodon	249	Chiton	101
<i>Callorynchus</i>	330	Chlarias	285
* Calopus	230	Chrysis	146
Camelus	445	† Chrysomela	206
† Cancer	112	<i>Chrysomela</i>	225
<i>Cancer</i> IIO, III, II3,	114	Chymera	330
Cancroma	369	† Cicada	179
Canis	464	Cicindella	234
† Capra	449	<i>Ciconia</i>	360
<i>Capra</i>	448	† Cimex	184
Caprimulgus	426	<i>Cimex</i>	185
Curabus	232	<i>Cistela</i>	219
Cardium	93	<i>Clerus</i>	204
* Cariama	36	Clio	39
Cassida	207	Clupea	243
* Cassis	71	† Cobitis	257
Castor	437	<i>Cobitis</i>	258
<i>Cataphraetus</i>	335	† Coccinella	198
* Cataractes	336	<i>Coccinella</i>	225
Cavia	454	Coccus	183
Callepora	30	* Codakia	184
		Coluber	31



Columba	379	† Donax	92
† Colymbus	339	Donax	90
Colymbus	340	Doris	57
* Collus	424	* Dofinia	97
Conops	126	Draco	321
† Conus	73	Dytiscus	190
Corallina	23		
Coratias	405	E cheneis	266
Coracinus	287	Echinus	32
Cordylus	320	Elapbrus	234
Corvus	402	Elater	228
Coryphæna	294	Elestris	293
Coryphæna	278	Elephas	440
Cottus	298	Elops	248
Cottus	276	Emberiza	420
Crax	376	* Emerita	113
Cricomphalos	97	† Empis	134
Crotalus	315	* Encheleis	3
Crotophaga	388	Encheliopus	263
Crocodylus	320	Ephemera	157
* Cryptcephalus	218	Equus	444
Cucuius	209	* Erax	128
Cuculus	394		
Culex	122	F alco	383
Curculio	202	Fasciola	53
* Curvirostra	390	Fistularia	252
* Cyclidium	6	Flustra	24
Cyclopterus	327	Forficula	239
Cynedus	286	Formica	149
† Cypræa	75	† Fringilla	422
Cypræa	74	Fulgora	176
Cyprinus	244	Fulica	367
		Furia	13
D afypus	469		
Delphinus	431	G adus	272
Dentalium	67	* Galbula	393
† Dermestes	200	* Gasteropelecus	204
Didelphis	466	Gasterosteus	296
Didus	373	* Geometra	166
Diodon	329	* Giraffa	446
Diomedea	337		
Donacia	237		



* Globaria	54
† Gobbius	293
* Gonium	9
Gonorynchus	251
Gordius	51
Gorgonia	27
Gracula	406
Graphium	174
Gryllus	233
Gulaforicis	84
Gymnotus	267
Gyrinus	191

H ematopus	358
† Halioris	60
† Helix	59
Helix	60, 63, 64
Hemerobius	158
Hepatus	284
* Heruca	48
Hippobosca	132
Hippopotamus	439
* Hirbea	136
Hispa	221
Hister	196
Histrix	455
Hirudo	52
† Hirundo	427
Hirundo	356, 475
* Holocenthrus	250
Holothuria	43
HOMO	474
† Hydra	16
Hydra	16
* Hydrochæris	438
* Hydrophillus	192

I chneumon	145
Iguana	320
Isis	28
Iulus	104

* K olpoda	8
-------------------	---

L abrus	300
Lacerta	320
* Lagria	225
Lamia	235
† Lampyris	223
Lampyris	220
Lanius	403
Laplifia	38
Laria	217
Larus	355
Lepas	109
Lepisma	108
* Leptocephalus	275
† Leptura	237
Lepus	453
Lerneæ	40
* Lethrus	195
Leucopsis	145
Libellula	154
Liquiperda	235
Limax	58
* Liparis	269
Locusta	233
* Lophius	331
Loricaria	265
Loxia	421
Loxia	391
Lucanus	193
* Luttra	436
Lymexilon	209
* Lytta	220

* M acroglossum	161
Maetra	91
Madrepora	31
* Malachius	227
* Manacus	400
* Manatus	432



Manis	468	Myxine	44
Mantis	241		
<i>Mantis</i>	156	N ais	14
Medusa	34	* Natica	63
Meleagris	375	* Naucoris	187
† Meloe	211	Nautilus	78
<i>Meloe</i>	219, 220	Necydalis	215
<i>Melyris</i>	201	Nepa	186
Membracis	177	Nereis	47
Mergus	250	† Nerita	62
Merops	408	<i>Nerita</i>	63
Millepora	29	Nicrophorus	201
Mirmecophaga	467	Niridula	199
* Monas	1	Noctilio	471
Monoculus	106	* Noctua	165
<i>Monoculo adfuit</i>	18	* Nomada	141
Monodon	430	† Notonecta	188
Mordella	210	Notoxus	204
Mormyrus	247	* Numenius	364
Mosehus	452	Numida	378
† Motacilla	418		
Mugil	263	O estrus	441
Mullus	297	Oniscus	105
Murana	311	* Onocrotalus	345
† Murex	70	Opatrum	206
<i>Murex</i>	69	† Oriolus	409
Mus	457	<i>Oriolus</i>	393
† Musca	130	<i>Orthocera</i>	78
<i>Musca</i> 124, 128, 129, 130,		† Ostracion	329
137		<i>Ostracion</i>	329
Muscicapa	415	Ostrea	80
Mustella	461	Otis	371
<i>Mustella</i>	436	Ovis	450
* Mutella	83	Oxyopus	209
Mutilla	150		
Mya	87	P aderius	214
<i>Mycteria</i>	360	Palamedea	362
<i>Mylabris</i>	211	Panorpa	153
<i>Myopa</i>	133	Paradisra	407
Myrmecoon	155	Paramecium	7
* Mystus	262		
† Mytilus	81		
<i>Mytilus</i>	84, 85, 87		



Parra	368	Pulex	121
Parus	401	Purpura	70
Patella	61	* Pusa	433
Pavo	374	* Pyralis	167
Pediculus	120	* Pyrochroa	222
Pedipes	64		
Pegasus	335	R	
† Pelecanus	346	* Ragio	129
Penguinus	337	Raia	324
Pennatula	20	Rallus	366
Perca	291	Ranphastros	386
* Pescis	276	Rana	323
Petromyzon	326	Raphidia	156
Phacton	349	* Reduvius	185
† Phalangium	116	Rhagium	235
Phalangium	115	* Rhingia	127
Phasianus	389	Rhinoceros	441
Phoca	434	Rhyncops	342
Phoenicopterus	352	* Rosmarus	435
Pholas	99	* Rotaria	15
* Pholis	288	Rotifer	15
Phryganea	159		
Physerer	428	S	
Picus	396	Salamandra	320
Pimelia	219	Salmo	260
† Pirmia	82	Salmo	261
Pinna	85	Saperda	237
Planorbis	65	Scabrites	208
Platalea	353	Scarabæus	194
Pleuronectes	268	* Scaurus	208
* Plottus	348	Sciæna	287
Podura	109	Scincus	320
Polynemus	281	Sciurus	458
Pomphylus	78	Scolia	144
Pratincola	356	Scomber	277
† Prionus	229	† Scolopax	365
Prionus	235	Scolopax	364
Procellaria	354	Scolopendra	103
Psittacus	389	Scomber	277
Psophia	370	Scorpæna	289
* Pteria	85	Scorpio	115
* Pteridium	278	Sepia	36
Ptinus	316	Sepidium	219



Serpula	66	T	
Sertularia	21	abanus	123
* Sicus	133	Talpa	460
* Sigara	189	Tamagra	423
Signanthus	333	Tantalus	363
Silpha	201	* Tapirus	442
† Silurus	270	† Tenebrio	209
Silurus	262, 264	Tenia	48
Simia	473	Tenia	49
Siphunculus	56	Tendredo	152
Siren	319	Terebella	45
Sirex	145	Terebra	70
Sitta	397	Teredo	102
Solen	86	Termes	148
Sorex	459	Testudo	322
† Sparus	301	Tethio	55
Sparus	286	Tethys	37
* Spectrum	160	* Tettigonia	178
Sphaeridium	200	Tetradon	329
* Spheniscus	338	Tetrao	380
Sphex	144	Teuthis	284
Spongia	25	Thipbia	145
* Spondylis	204	Thryps	180
Spondylius	103	Thynnus	145, 146
Squallus	325	* Tinea	169
Squilla	110	Tipula	130
Staphyllinus	214	Todux	412
* Stenocorus	236	* Tortrix	168
Stenocorus	235	* Trachelia	356
Stramoteus	305	Trachinus	274
* Stratiomys	137	Trichechus	432, 435
Strix	335	Trichiurus	308
† Strombus	76	* Trichoda	12
Strombus	72, 73	Trigla	290
Strutio	372	Tringa	359
Sturnus	417	Tritoma	200
* Styrex	135	Triton	35
* Sula	347	* Trochilium	162
Sus	443	Trochilus	413
* Sylvia	414	Trochus	65
* Synodus	246	Trogon	390
Syringogonopyges	23	* Trombidium	118
* Syrphus	124	* Truxalis	242



Tubularia 19
Turbo 68
Turdus 416

Vorticella 15
Vultus 384

Venus 95

Vertigo 65

Vespa 147

Vespertilio 471

* Vibrio 4

Viverra 462

* Volsella 54

Volvox 2

† Voluta 72

Vorticella 17

* Xanthornus 410

* Xiphosura 114

Xyphias 253

Yunx 395

Zeus 292

* Zonitis 238





